BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
35 K
24

14-35-K.24 I

57.4.10.

57. 57
6. 6
10. 22

Cat. inscrip. c.k.

LEXICON
DE PARTIBVS ædium Franciſci Marij Grapaldi Parmenſis.

Ab autore denuo auctum & recognitum.

CVM INDICE.

Collegii Romani Soc. Jesu



VINCENTI

LVGDVNI

APVD HÆREDES SIMONIS VINCENTII.

M. D. XXXV.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

14-35-k-24

FRANCISCVS MARIVS GRAPALDVS PARMENSIS LECTORI, S.

ANtonio Quintiano primi in hac urbe nominis bibliopolæ, cõpluribusq́ alijs, qui ſturnatim (ut loquar) huc conuolabant, annũ ab hinc ſeptimũ libellos noſtros dedimus diſſeminandos. Satio peracta eſt, & meſſis ipſa cum ſpicilegio in horreis condita. Placuit igitur rurſum (quæ noſtra eſt auiditas) ſationis aleam ſubire. Et iterum ecce ſationem habes lector meſſor'ue candidiſſime. ſolum altius repaſtinatum, elegantius excultũ eſt. fimus pinguior inſperſus, glebæ duriores protritæ. Ne pigeat campum intrare, ſpica uel una decerpta, hinc ad lætiora abiturus, ſi ad manum non fecerit. Scias tamen pauca latifundia ſine glabretis aut rubiginetis inueniri. Ipſe equidem operam ſedulam impendi: tu lege, mete, excute alienos labores, & conde quæ bona ſunt. Apludam grana'q́ abortiua æquum eſt pullos pipientes depaſcere, uel formicas in horreolis ſuis hypogæis ſepelire. Vale, & quicquid id eſt, æqui boni conſule.

ILLVSTRI ORLANDO MARCHIONI Pallauicino, uiro principi, Franciſcus Marius Grapaldus Parmenſis, Sal.

CVM MVLTI LIBELLI, cõplurimaq; uolumina, candidiſsime uir, eruditorum omnium fauiſſor conſtantiſsime, hac potiſsimũ de cauſa ſæpius legantur, quia uiris optimis, illuſtribusúe dicata ſunt, ego haſce ſtudiorũ meorũ primitias, ſeu magis lubet, hæc nugamẽta gerris Syracuſanis uaniora, ſub tuo nomine ædere conſtitui, ut cum legentes uiderint, tibi, in quo uirtutes de excellentia inter ſe certare iam norunt omnes, eſſe dicata, auidius legant, reuerentiusq; obſeruẽt. Sunt autem de partibus ædium, additis quæ conuenire uidebantur ex probatiſsimis, quãtum potui, ſcriptoribus, & in primis Plinio luce doctrinarum ſplendidiſsima, quorum uerba ſæpiculè inter legẽdum notabis, nec de omnibus, ſed quæ crebra lectione occurrerunt memoria, ingeniumq; ſuggeſsit. His equidem multa, illa uerò quàm plurima apes ex floridis herbantibusq; pratis millilegulas ſecutus, in ſchedulis calamo digeſsi, magis dictionum ſtudens interpretamẽtis, quàm locorum ſingulorum idoneis (ut architecti ſolent) diſpoſitionibus. Domus enim tam ampliſsimæ ſtructuram non docere, uerũ ædificatæ partes deſcribere, hoc eſt, ſingulis nomina ſua reddere, & breuiuſcule fortaſsis quàm decebat, elaboraui. Cõplura fateor me uel addere, uel diffuſius ſcribere potuiſſe, quo=

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

rum quibuſdam cõſulto, ne in immẽſum opus creſceret, falce imperaui: quædam quom obſoleta, tum nimis triuia lia, minimè cõuenire uiſa ſunt. Præterea alius alio plura & ſcire & rimari poteſt, nemo omnia: homines ſumus. Mihi autem ſatis eſt huius materiæ, quam publicæ utilitatis ergò ſuſcepi, maximam partem tradidiſſe hoc breui enchiridio, quod à ſemidocto intra decimeſtre ſpatiũ & conceptum & æditum pigmentariorum olitorũ, & artificum turbæ ſemidoctulæ emptionẽ (ſi uenerit in auctione) præſtolabitur. Afranius quippè nauci non daret, nec licitator Plautus Cicum offerret. Ea tamen omnia qualia cunq; ſunt, his præcipuè ſaturnalibus (quæ nũc Chriſtiana religio ex ortu redemptoris ſaluberrimo Natalitia rectiſsimè nuncupat) ad te mitto tanquàm xeniola, ueterũ morẽ Romanorum imitatus, ut cũ talis ſepoſitis teſſeris, ſcrupis, & alueolo poſt ludum, quem tẽpus poſtulat, in ocio fueris (Si tamen Africani Scipionis exemplo eſſe potes ocioſus) hæc legas, legendoq; cœlũ expolitionis (dum modo caſtigatoris & non reformatoris operam requirere uideantur) adhibeas: & illa ueluti Aeſculapius Virbiũ, aut reſtituas ad uitam, aut iuuante Vulcano, ut Plato tragica poëmata, liberes infamia, ſi peruenire non merentur ad famam. Noui enim ingenij tui acumen, noui acerrimũ illud tuũ iudiciũ, quod mediusfidius tanti facio, quanti Catonem illũ adoriam gladio adeptũ, M. Cicero Romanæ princeps eloquentiæ faciebat, & merito: in te nanq; ſumma doctrina & lepos uiget, Atticus muſarum (ut dicunt) eloquio comparandus. Quam ob rem ſi has meas nugalas non improbaueris, ſublimi feriam ſidera uertice. Vale, & Marium tibi addictum excipe.

AD EVNDEM PRINCIPEM, FRANCIS. M. GRAPALDVS.

Signa dabit plaſtes, leporem uenator, & auceps
Perdices, crepidas ſutor, & arma faber,
Iſitia & fartor, ſumen, uentremq; faliſcum,
Inſtar pyramidis bubſequa lactis opus,
Et figulus capides, ientacula dulcia piſtor,
Crœſus opes numos diuitis arca Mydæ.
Attalicum textrix, redolentia coccina Lydus
Infector, uates grande poëma dabit.
Aſt ego quæ potui, ne ſpernas munera, gerræ
Sint licet, eſt etiam grata Corolla Ioui.
Fœlix uiue diu, Marij non immemor, Euan,
Phœbus, Calliope tu mihi ſolus eris.

PHILIPPVS BEROALDVS BONONIENSIS IN LAVDEM OPERIS.

Tectum nobile, multiplex, uenuſtum,
Cellas, horrea, porticus, columnas,
Menſas, balnea, fornices, dietas,
Extruxit tibi doctus Architectus.
Nec perpendiculo, decempedaq;
Metatus, calamo ſed eleganti
Structuram uariauit & poliuit.
Lector perſpice, rem ſtatim probabis.

BERNARDINVS SAXO.

GVIDANVS.

Aedes attalica domo uel aula
Tanto nobilior Neroniana,
Quanto corporeæ minore uires
Cenſentur precio uigore mentis.
Quis te Dædalus, aut eo quis æde
Maior te fabricauit Archimedes?
Parmenſis Marius, diu ſuperſit
Tali cum lare tantus architectus.

GEORGII ANSELMI

NEPOTIS.

Priſca fides ſileat radiantia tecta Neronis,
Luculli nitidas marmora ſecta domos.
Maius opus ſtruxit Marius, cui liuor & ignis
Ipſaq; non poterit longa nocere dies.

M. ANTONII BREMII.

Quiſquis amas uno quaſi cuncta uidere libello,
Hunc eme, nam fiet bibliotheca tibi.

CAPITA HVIVS OPERIS.

LIB. I. *Cap.* I. Fol.12.*continetur.*

Paries,Veſtibulum,Ianua,Limen,Sera,Atrium,Periſtylium & Porticus.

Cap. II. Fol.25.

Cauædium,Puteus,Ciſterna,Fons, Siphonculus, Antlia,Harpax.

Cap. III. Fol.32.

Cella,Vinum, & illius genera, Defrutum uinum & Omphacium,Acetum,Lora,Flocces,Vappa,Torcular, Tinia,Colum,Infundibulum.

Cap. IIII. Fol.43.

Cellariū,Caſeus,Succidia,Perna,Sumen,Vulua ſuilla, Lucanica, Axungia, Butyrum, Oleum & Oliuum, Mel,Sal,Ouum,Saccarum,Aromata.

Cap. V. Fol.58.

Hortus,Menta,Amaracus,Serpyllum,Libanotis.Salvia,Ocymum, Apium, Anethum, Aniſum, Fœniculum, Ruta,Saturea, Pyretra,Lactuca,Eruca, Portulaca,Bugloſſus,Beta,Inula,Sinapi,Braßica,Atriplex,Blitū, Coriandrum, Cucumis, Cucurbita, Raphanus, Paſtinaca, Rapum,Napus,Allium,Cepa, Bulbus,Porrum,Malua, Aſparagus,Capparis, Eryngion,Carduus,Roſa,Viola, Lilium,Vites,Olea,Platanus,Laurus,Buxus,Cupreſſus, Sabina,Iuniperus,Hedera,Myrtus.

Cap. VI. Fol.91.

Piſcina,Murena,Muſtella, Anguilla, Mugilis, Mullus,Loligo,Lupus,Aurata,Mena,Scarus,Acipenſer,Paſſer & Solea,Rana,Rhombus,Lacertus,Gobius,uel Cobius,Oſtreum,Concha,Teſtudo,Cochlea,Cancer.

Cap. VII. Fol.107.

Leporarium,Elephans, Leo, Tigris, Aper, Ceruus, Vrſus,Lepus,Caprea,Erynacius,Glires,Simia.

Cap. VIII. Fol.119.

Stabulum,Equus,Mulus,Aſinus,Camelus,Canis,Præſepium,Furculæ ſiue Furcillæ,Raſtelli,Fœnũ, Stramentum,Fiſcina,Strigilis,Frena,Habenæ, Ephippium, Monile,Poſtilena,Phalera,Helcium,Clitella.

Cap. IX. Fol.137.

Ornithones,Aquila, Pauo,Phaſianæ, Perdix, Coturnix, Porphyrio, Grus, Ciconia, Anſer, Anas, Cygnus, Struthiocamelus,Gallus,Capo,Gallina, Pulli gallinacei, Turtur. Ficedula, Turdus, Merula, Sturnus, Pſitacus, Pica, Coruus, Cornix, Graculus, Alauda, Caßita, Carduelis.

Cap. X. Fol.158.

Thermæ,Piſcina,Vrnarium,Apodyterium,Laconicum,Propnigeon,Sphæriſterium, Baptiſterium, Labrũ, Lintea,Guttus,Strigilis.

LIB. II. Cap. I. Fol.167.

Scalæ,Contignatio,Pauimentum,Proceſtrium.

Cap. II. Fol.172.

Baſilica.

Cap. III. Fol.174.

Cœnaculum, Feneſtra, Laquearium, Polymychos, Abacus,Maluuium,Gutturnium,Candelabrum, Calix, & alia uaſa, ut Cryſtallina, Murrhina,&c. Poculum, Apyroton, Vrceolus, Menſa, Cilibæ, Tripodes, Sedile, Mappa,Salinum,Cultellus,Quadræ,Structores menſarum, Panis, Vinum, Lances, Scutella, Epulæ, Bellaria,

Nuces,Mala,ut Citrea, Apyrina,Cydonia,Pruna,Perſica,Ceraſa,Zizipha,Mora,Meſpila,Sorba,Pyra, Caryota,Oliua,Vua,Ficus,Muſcarium, Caniſtra, Scopæ.

Cap.IIII. Fol.230.

Culina,Ignis,Focus,Caminus,Pruna,Folles, Suphurata, Batillum, Cocula, Cucuma, Cacabus, Olla,Ahenum,Vrnarium,Peniculi,Concha,Guttus,Sartago,Teſtus, Cratis, Veru, Tudicula, Pyxis,Culter, Tyroceneſis,Mortarium,Molæ.

Cap.V. Fol.253.

Cynæcium,Speculum,Colus,Acus,Cunabula.

Cap..VI. Fol.262.

Cubiculum, Lectus, Scamnum, Culcitra, Ceruical, Puluinus,Toralia,Gauſape,Aulæa,Conopœum, Cubitus, Pecten, Sudarium, Speculum, Auriſcalpium, Vnguenta,Arca,Veſtis,Alueus,Loculi, Lucerna, Horologium,Matula,Latrina.

Cap.VII. Fol.293.

Valetudinarium,Morbi capitis,oculorum, narium, aurium, faciei,oris,ceruicis, alarum & manuum, uentriculi & interiorum,coxæ & pedum,Febris.

Cap. VIII. Fol.305.

Sacellum.

Cap.IX. Fo.308.

Bibliotheca, Liber,Charta,Membrana,Scheda,Pugillaris, Graphium, Pluteus, Atramentarium, Calami, Penna,Tempocon,Anulus,Scrinium.

Cap.X. Fol.320.

Armamentarium,Galea,Lorica,Manica,Ocrea,Calcar,Clypeus, Haſta, Lancea,Bipennis, Gladius, Pugio,

Vagina, Venabulum, Dolones, Iaculum, Arcus, Pharetra, Funda, Baliſta, Tormentum.

Cap. XI. Fol. 339.

Granarium, Fruges, Triticum, Siligo, Far, Spelta, Oriza, Hordeum, Secale, Milium, Faba, Vicia, Cicer, Piſum, Lens, Faſiolus, Lupinus, Vannus, Cribrum, Sextarius, Radium, Culeus.

Cap. XII. Fol. 352.

Turris, Tranſtra, Tibicines, Delitia, Templum, Imbrices, Pectenatum, Stillicidium, Subgrundia, Tubuli, Culmen.

FRANCISCI MARII GRAPALDI PARMENſIS, DE PARTIBUS ÆDIUM.

LIBER I.

MVNDI RVDIMENto homines feri & inculti ante fruges cognitas querna glande ac fructibus, quos paſsim é terra natura produxerat, uictitabant, in ſpeluncisq́; aut habitabant, aut tecta ſyluarum incolebant: uerum agreſti illo & ferino uictu aliquantulum poſito, cœpere primum alij tuguriola de fronde harundinibusq́; contexere: alij (quemadmodum Doxius Cælij filius) exemplo ab hirundinum nidulis ſumpto, luto acerato extruere loca, quæ cannulis temeré contecta ſubirent: mox cogitationibus ſuis adijcientes res nouas, non ſolum humiles caſas, ſed & ampliſsimas domos fundatas, & lateritijs parietibus, aut lapidibus erectas, materiaq́; & tegulis tectas conſtruere cœperunt: ueluti Athenis, Eurialus, & Hyperbius fratres excogitaſſe dicuntur. Procedente demum tempore luxus ille Romanorũ ſumptuoſiores ac ſplendidiores erexit, & picturæ honore, & ex toto ferè orbe marmoribus translatis: & (quod maius eſt) ſolerti inuento ex arena in cruſtas ſectis: qui-

Domorũ inuentio.

bus non contĕtis luxuria etiam addidit, ut trabes & pa rietes tanquam uaſa inaurarentur, compluraq́; ac diuer ſa ad habitandum loca, non tantum utilitatis opportuni tatisúe, ſed & uoluptatis cauſa ponerentur. De quibus *ne longius quàm res exigit, noſtra procurrat oratio, hinc exordior.* Candidè *& feliciter lege.*

PARIETES, VESTIBVLVM, IANVA, ATRIVM, PERI=STYLIVM, CAPVT I.

Parietũ genera. *INter parietes, architectorum omnium ſententia, lateritij præferuntur, utpote ſi ad perpendiculum fiant æterni: ideoq́; ad publica, ut plurimũ, & priuata opera, ſatrapũ domos, & ampliſſimas principum regumq́; aulas ponuntur: è ſilice tamen Græci diu probauere.* Erecti *ſunt & marmorei, quos* Romæ *primo ſcænam* M. Scauri *ædilis habuiſſe memorant.* Ve*rum excogitata arte marmora ſecandi in laminas, fuere* Plin. lib. 36. c. 6. *in pretio cruſtati, cruſta tantum marmoris intecti: qua* Paries. *primum* Romæ *totius domus ſuæ parietes in* Cælio *monte legimus* Mamurram *è* Formijs, *equitem* Romanum *operuiſſe. Sunt autem priuatarum ædium & publicarum, ſignificantq́; ſtructuram domus uniuerſæ corpus* Inſula. *ambientem: quæ ſi undiq; uiam habuerit,* Inſulam *faciet.* Muri *uerò primum à* Traſone *erecti: ſiue mœnia urbium, & oppidorum.* Structuræ *quoq; quæ ædes intus diſtinguũt ac ſeparant diuerſis nominibus ad uaria ope* Intergerini & Mediani parietes. *ra uſusq; plurimos: parietes dicuntur &* Intergerini *&* Mediani: *id genus omnia, iactis in ſolo ſtabili fundamen=*

tis,calce,arena,lateribus,marmore,gypſo,cæmentis cre
ſcunt & conſtruuntur, At ſi ſtabile ſolum non fuerit ex
uligine uel aquarum exundantia, Fiſtuca inſtrumen=
to ſublicæ paliq; ex alno imprimis pangentur ad funda=
mina. Calx ipſa de albo ſaxo aut ſilice, optima coqui=
tur, fornace calcaria per calcarios ad ſtructurã: quæq;
erit ex ſpiſſo ſaxo & duriore utiliſsima, iuſtã tamen
arenæ,ab ariditate hærendoúe,mixtione temperata:un=
de Arenatum à calce & arena:& Arenarium ubi fodi=
tur.Eius ſunt foſsitia, fluuiatica, & marina: inter quas
craſsior Sabulum nuncupatur. Foſsitiæ quartam par=
tem calcis, fluuiaticæ & marinæ tertiam addere conue=
nit. Laterum quoq; ex intrita fiunt genera tria: Lydo=
ron ſiue Didoron longum ſeſquipede, latum pede, Te=
tradoron è palmis quatuor, Pentadoron è quinq;. Δῶ=
ρον enim Græci palmum appellant, & Δῶρα mu=
nera, quòd manu darentur: unde Antidora. Variant
autem nationes laterum nomina & formas, quæ omnes
ſiue oblongæ,uel incuruæ,ſeu quadrangulæ, ut in fron=
tatis, trianguleúe fuerint, fornace latericia durandæ
ſunt. Marmoris in ædificijs etiamnum uſus probatur,
qui apud Romanos adeò percrebuit, ut nauibus ad id
præparatis ex longinquis regionibus,tranſmarinis pro=
uincijs,extremis nationibus aduehereñtur in urbem mar
mora,nulla ferè alia,quàm delitiarum cauſa. Hinc Pli=
nius alpes (quas in portento propè habuere ueteres)
ab Hannibale Pœno, mox à Cymbris ſuperatas, cædi in
mille marmorum genera conqueritur. Eſt enim Parium
candidiſsimum à Paro è Cycladibus inſula: ſimile ex Li=
guria uehitur ad nos, quòd à loco Cararienſe uocita=

Calx.
Arena.
Arenatum.
Arenarium.
Sabulum.
Laterum genera tria.
Plin.lib.35. cap.14.
Marmoris uſus & uaria nomina.

mus: tale Liguſticum olim Lunenſium lapidicinæ dede-runt. Lucullus marmori, quod ferè atrum erat, illo de-lectatus, nomen impoſuit: cuius colũnas duodequadra-genum pedum Scaurus in atrio collocauit, quæ poſtea in theatro Marcelli translatæ ſunt. Laconicum uiride
Ophites. *eſt, cunctis hilarius: Ophites à maculis ſerpentium qui-*
Porphyrites. *bus diſtinguitur, nomen accepit: Porphyrites rubet,*
Leucoſtictos. *candidis interuenientibus punctis Leucoſtictos uoca-tur. Primnm autem uerſicoloria marmora Latomia-*
Baſſaltes. *chiorum dedere. Baſſaltes ferrei coloris eſt & duri-*
Onychites. *ciei: unde nomen mutuatur: Onychites, qui & Onyx, ex Arabiæ montibus eſt, è quo uaſa potoria in Germa-niam perducuntur. P. Lentulus Spinter amphoras ex eo*
Alabaſtrites. *& urceos magnitudine cadorum oſtendit. Alabaſtriten quoq; candidum cauare ſolent ad myrothecia, quoniam*
Tophus. *unguenta incorrupta ſeruare creditur. Eſt Tophus la-*
Pumex. *pis fricabilis candidus, & minus inquit Plinius, ponde-roſus qui Porus uocatur. Eſt pumex Græcè κισηρὶς quaſi pertuſus eroſusq́; à uermiculo, qui κὶς dicitur, qualis hordearius triticariusq́; eſt. Sed de his iam ſatis. Difficile nãq; eſſet enumerare ſingula genera in tanta multitudine, quum quilibet locus ſuũ ferè marmor pro-ducat. Primus autem peregrinum marmor Numidicum, quod fuit in columnis, habuit L. Graſſus orator, quem ob id M. Brutus in iurgijs Venerem palatinam appella-*
Cæmentum. *uit. Cæmenta uerò dicuntur omnis rudior materia, qua ædificia conſurgunt: ſed propriè lapides uulgares ſubdu-ri. Plinius in xxxvj. Medios parietes farcire fractis cæ-*
Cæmentarij. *mentis. Inde Cæmentarij fabri murarij, qui parietes du-cendo, domos ædificant, nomen acceperunt. Hi de pretio*

totius operis faciundi, ſi cum domino conuenerint, ædificandumq; id conduxerint, Redemptores uocitantur. A cæmento Cæmentitij parietes etiam dicti. Hoc ſcitu dignum, ordines ipſos laterum in parietibus ſtruendis à Vitruuio Coria nominari, quæ uulgò turba opificum Curſus appellat. Sed eidem flexus angulorum in ædificijs & parietibus exterior, Verſura dicitur, quam Græci καμπὴν uocant: & ἀγκῶνες etiam à cubiti uerſura quandoq; legimus. Gypſo quoq; parietes cameræ, & infumibula additis arũdinibus, leuiſſimè ſuſpẽdũtur. Vſus eius & in albarijs pro tectorio. Sed in hoc præfertur maltha, quæ Plinio authore, fit è calce recenti & intrita: quæ in mortarijs, hoc eſt Lacunis & conceptaculis, maceratur & fermenteſcit. Eo madido ſtatim utuntur, quoniam celerrimè coit, ac ſiccatum dureſcit. Optimum coquitur è lapide ſpeculari: quo & ſculptores & pictores prototypa, ectypa, iconia ſimulachra, & compluria alia producunt, ac formas faciũt. Fit & è lapide marmoroſo, quod in albarijs apud nos probatur (parietibus nãq; extructis calx inducitur) unde calcata ædificia, calce cõtecta, Loricationẽ & tectoriũ appellãt, & præcipuè ſi leue politumúe fuerit, ut ſuperinduci poſſit penicillis: uel Albariũ uel pictura, & cæteræ id genus circũlitiones, quæ ſtructurã plurimũ uenuſtant: nã & calx interdum aſpere relinquitur, ita ut grumuli emineant. Plinius de cucurbitis in xviij. Reptãtibus inquit, flagellis ſcandẽtes parietũm aſpera in tectũ uſq; natura ſublimitatis auida. Quo loco per arteſum aſpera pleriq; lectitabant, ab arta calce aſpera tectoria, uel ab ἀρτάω appẽdices è ligno interpretãtes. Sed de hoc aliàs. Porrigi

Redemptores. Coria. Curſus. Verſura. Maltha. Loricatio. Tectorium. Albarium. Pictura. Arteſes.

tur autē ſæpiculè extra parietē in facie domus, mutulis è marmore ſuppoſitis, locus ad aſpectandum, inſtar ſug= Podium. *geſtus uel pulpiti, quem* Podium & Podiolum *per dimi=* Podiolum. *nutionem rectißimè dicemus.*

VESTIBVLVM.

VEſtibulum *ante ianuam locus, à particula ue, quæ modo intendit, modo minuit, & ſtando com poni uidetur.* Domos *nanq; amplißimas ædificaturi, an= te ianuam uacuum reliquere, in quo togati clientes, qui patronum, qui diuitem orbum ſalutatum ex cōſuetudi ne ueniebant, priuſquàm per admißionales in ſalutato= rio admitterentur conſiſtebant, & neq; in uia ſtabant, neq; intra ædes erant.* Ab *hac igitur conſiſtitione, & quadā quaſi conſtabulatione, ſpatia illa* Veſtibula *ſunt appellata.* Plautus *in* Moſtel.

Vide *ueſtibulū ante ædis hoc & ambulacrū huiuſmodi.*

Alij à Veſta *deduci exiſtimarunt (* Ouidius *in* Faſt.

Hinc *quoq; ueſtibulum dici reor unde precamur,*

Quam *fanur* Veſtam *quæ loca prima tenet.)*

domuſq; partem non rectè primorem ſignificare. Græ Propylæum. *ci* προπυλαῖον *dixerunt.* M. Cicero Offici. ij. Phale= *reus* Demetrius *qui* Periclem *principem* Græciæ *uitu= perabat, quòd tantam pecuniam in præclara illa pro= pylæa profuderit.*

IANVA.

IAnua *primus ædium aditus eſt à* Iano *bifronte, cui omne principium conſecrauit antiquitas.* Cætera Oſtium. *intra ianuam generaliter* Oſtia *ſunt, ſeu ualuas ha= beant, ſiue fores: quamuis hæc uſus corrupit, nam & ianua, à qua ianitor, pro oſtio ponitur: & oſtium, à quo*

á quo oſtiarius, pro ianua. Græci θύρας *uocitant: unde* Thyræ.
θυρίδιον *oſtiolum, & pſeudothyra deducta:* Prothyra Thyridion.
quoq;, & Hypothyra *ualuarum hians illa cauitas. Ipſa* Hypothyra.
uerò oſtiorum latera Antas *appellamus, quandoq;* πα= Antæ.
ραστάδας: *à quibus* Antipagmenta *ualuarum ornamēta.* Antipagmenta.
At Poſtes, *quòd poſt oſtia ſtant, è populo, abiete, cupreſ=* Poſtes.
ſo, & id genus cæteris, clauis ferreis cōfixi ad egreſſum & ingreſſum prohibendum, & bullis auratis interdum ad ornatum & ſplendorem, in medio impaginum æque diſtincti, ſuper cardines deuoluuntur. Horat.

Veianius armis
Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro.

Poſuerunt & maiores ex ære. hinc Camillo Spurius Carbilius quæſtor obiecit, quòd in domo oſtia haberet ærata. nam Fores *propriè, & per diminutionem* Forulæ Fores. Forulæ.
dicūtur quæ foras aperiuntur. Plinius in.xxxvj. de Va= lerio Publicola & eius fratre: Adijci decreto ut domus eorum fores extra aperirentur, & ianua in publicum reijceretur. Et Plutarchus, parū diſſentiens à Plinio, me= morat primum. M. Valerio Publicolæ fratri, quum de Sabinis triumphaſſet, domum publicè poſitam, cuius fo= res extrà aperirentur, quum anteà cæterarum ædium intrò reſerando impellerentur: ut ex hac conceſsione honoris appareret quotidie eam domum aliquid publi= cè admiſſuram. Valuæ *quæ reuoluuntur & ſe uelant,* Valuæ.
ut ex Varrone Seruius atteſtatur. Porta *uerò pro=* Porta.
priè eſt murorum & caſtrorum (hinc decumana, hinc Decumana.
prætoria) quòd per eam portētur & exportentur cun= Prætoria.
cta. Alij, inter quos eſt Donatus, ab aratri portatione no= men accepiſſe exiſtimarunt. Subiunctis nanq; uacca

& tauro, qui urbem deſignabat, aratrum manu ſuſpen=
debat, ne ſulcum, quem primigenium dicunt, faceret ubi
Portunus deus. aditus ciuitatis erant relinquendi. Portarum deus Por=
tunus, unde & clauim manu tenebat, author Feſtus: ue=
luti nunc claues dantur diuo Petro, qui ianitor cœleſtis
Poſticum & Poſtica. aulæ uulgò creditur. Poſticum item oſtium, ſed in po=
ſteriore ædium parte tantum. Horatius:
Atria ſeruantem poſtico falle clientem.
Pſeudothyron. Ammianus Pſeudothyrō uocat. Eſt & poſtica ad fru
Poſticula. gum inuectionem domibus neceſſaria: unde Poſticula.
Apuleius: Per quandam breuem Poſticulam introuocat
me. Fores autem cum planulis ferreis, parietibus, ut ui=
demus, Cardinibus coniunguntur, & ſuper illos deuol=
Cardo. uuntur. Cardo ipſe quaſi cor ianuæ quo mouetur. Hu=
Carda dea. ius dea Carda quaſi Cardina apud Romanos fuerat, cu=
ius feriæ Kalendis Iunijs celebrabantur. Ouidius ſex=
to Faſtorum:
Prima dies tibi Carda datur: Dea Cardinis hæc eſt.
Hæc ſtriges nocturnas & lamias, puerorum, ut dice=
bant, cunas infeſtantes à limine ſummouebat.

LIMEN.

Limen tam ſuperior quàm inferior oſtiorum pars.
Iuuenal.
Pendentia liquit
Vela domus, & adhuc uirides in limine lauros. Et poëta:
Armatosq; uident ſtantes in limine primo.
Superliminare. Limen autem ſuperius, quod neoterici Superlimina=
re, Græci ὑπέρθυρον, & ὑπερθύριον. Suſtinere ſolent ſi=
Atlantes. gilla quædam incurua & gibboſa, quæ Atlantes dicun=
Telamones. tur, & à noſtris Telamones, uirili quidem effigie: nam

mulíebri ſi quæ in ædificijs etiam ſtantes erectæ fuerint, Caryatides uocabuntur, ut ſcribit Vitruuius *architectus. Limina è marmore* Numidico *primus in domo poſuit* Marcus *Lepidus,* Catuli *in conſulatu collega, uerum magna reprehenſione.* A Limine *Liminaris lapis: &* Poſtliminium *ius competens in captiuitate detentis, ſi ad propria repedauerint.* At Limen *ipſum à* Limo obliquo, *quòd ingredientibus exeuntibusq; tranſuerſum ſit: ut eſt apud* Donatum *&* Pompeium. *Liminis deum* Limentinum *ueteres &* Forculum *qui præeſſet foribus coluerũt.* Caryatides. Liminaris lapis. Poſtliminium. Limentinus & Forculus deus.

SERA.

S*Era qua admota oſtia clauduntur.* Diuus Hieronymus *in Pauli uita: Oſtium quod patebat occludens Sera obfirmauit. Adſerere enim eſt admouere, ut* Feſtus Pompeius. At M. V*arro à Sarire, quod eſt aperire, dictam exiſtimauit: inde Reſerare recludere.* M. Cicero. *Nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poßit, nec ita reſeranda ut pateat omnibus.* Nonius Marcellus *Patibulum uocat, quòd ea remota ualuæ pateſcunt. Serra aliâs qua quid ſecatur.* Vergilius: Adſerere. Sarire. Reſerare. Patibulum. Serra.

Tum ferri rigor atq; argutæ lamina ſerræ.

Hanc, *ut* Plinio *placet,* Dædalus *inuenit: ut apud* Seruium *legimus,* Perdix *illi nepos ex ſorore primus monſtrauit.* Ouidius *in* Metamorphoſi:

Ferroq; incidit acuto
Perpetuos dentes, & ſerræ repperit uſum.

Peſſuli quoque quibus oſtia claudimus, claueq; mox ſubdita reſeramus. Apuleius *in aſino aureo: Tunc* Myrmex *tandem claue peſſulis ſubiecta, pandit fores.* Peſſulus.

Itē:Subdita claui peſſulos reduco. Hinc Solomonis Canticorū quinto:Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo.ubi Nicolaus de Lyra oſtiolum in porta nimis frigidè interpretatus eſt.Vnde Oppeſſulata ianua, peſſulis firmata.

Oppeſſulata ianua.

Vectes.

Vectes item,quibus fores offirmantur.Vergilius:

Centum ærei claudunt uectes,æternaq; ferri
Robora,nec cuſtos abſiſtit limine Ianus.

Vectem Cyniras Agriopæ filius inuenit: cuius nomine & palus ferreus præſertim ſignificatur.

Clauis. Clauis etiam qua fores,arculæ,& id genus multa, & clauduntur & aperiuntur.

Conclaue. Vnde Conclauia, loca quæ ſub una eademq; claue clauſa ſunt,ut apud Pompeium. Terentius in Eunucho:

Dum apparatur uirgo in conclaui ſedet.

Vbi Donatus Conclaue inquit, eſt ſeparatior locus in interioribus tectis,quòd intra eum loca multa & cubicula clauſa ſint,adhærentia triclinio. At Cicero conclaue ipſum Triclinium eſt interpretatus. Clauem Theodorus Samius primo monſtrauit: à qua faber clauicularius.

Obex. Obices etiamnum peſſuli,clauſtra ſeræ, uncini uocitantur: & ab obijciendo (teſte Gellio) nomen acceperunt. Generaliter quæcunq; obſtacula dici poſſunt. Silius Italicus:

Et fidos certant obices acceerſere ſylua. Vergilius:
Ecce maris magna claudit nos obice pontus.

Repagula. Repagula itē ſunt,quæ patefaciendi gratia ita figuntur,ut è contrario pangantur:author Pompeius. Ouid.

Raptaq; de dextro robuſta repagula poſti.Oßibus illiſit.

Plinius: Abies ualuarum repagulis, & ad quælibet inteſtina opera aptißima.Hæc & repages.

Repages.

ATRIVM.

ATrium primus intra ædes aditus. Vitruuius: In urbe atria proxima ianuis eſſe debent, ruri à pſeudo urbanis ſtatim periſtylia. Lucæ. xj. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet. Et Poëta:

Atria longa pateſcunt.

Vbi, ut notauit Seruius, culinam facere antiqui conſueuerant: hinc atria dicta quaſi atra propter fumi fuliginem: ſiue ab Atriatibus Aethruriæ populis, ut author eſt M. Varro. Nam Pompeius atrium ante ædes genus ædificij propriè dictum putat, quaſi aterriū, quòd è terra oriatur: unde Atrienſis inter primores ſeruus nomen accepit: & Atriolum in amplis domibus, in quibus erat atrium maius. At proximus atrio locus Tablinū à tabulis, ut Græcè πινακοθήκη, dicebatur. Plinius in. xxxv. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarū: aliæ in foribus & circa limina animorū ingentium imagines erant, affixis hoſtium ſpolijs. Item: Imaginum pictores Sopylon & Dionyſium quorū tabulæ pynacothecas implent. Et Apuleius Floridorū ultimo: Medici (inquit) cū intrauerint ad ægrū uti uiſant: nemo eorum qui perpulchra tablina in ædibus uiſant, & lacunaria auro oblita. De tablino quoq; meminit in. vij. Vitruuius architectus. Eſſe tamen illa ferè uidetur differentia, quòd in Pinacothecis tabulæ dictæ, in tablino rerū in magiſtratu geſtarum monumenta continebantur.

Atrienſis. Tablinum. Pinacotheca. Cap. 2. Cap. ii.

PERISTYLIVM.

PEriſtylium columnis formam accipit: in treis enim, aut quatuor parteis habet porticus. Vitruuius,

Periſtylia (inquit) in tranſuerſo tertia parte longiora ſint quàm introrſus: columnæ & tam alta, quàm porticus latæ fuerint. Peryſtiliorum intercolumnia ne minus triũ quatuórue columnarum craßitudine inter ſe diſtent. Item coniunguntur his domus ampliores habentes latiora periſtylia, in quibus pares ſunt quatuor porticus altitudinibus, aut una quæ ad meridiem ſpectat excelſioribus. Id autem periſtylium, quod unam altiorem habet Rhodiacum. *porticum, Rhodiacum dicitur: habent enim domus egregia ueſtibula, & ianuas proprias cum dignitate, porticusq́; periſtyliorum albarijs, & tectorijs, & ex inteſti-* Inteſtinũ opus. *no opere lacunarijs ornatas, ubi inteſtinum opus è ligno* Sublicium. *fabrorum accipies, quod & Sublicium, & Oecodomicum ædibus aptum. Suetonius in Auguſto, & M. Varro* Periſtylus. *Periſtylum appellant: cui nomen dedit* περὶ *Græca præpoſitio, &* ϛυλὶ *columna: quemadmodum ab* ἐπὶ *capi-* Epiſtylium. *tellum* ἐπιϛύλιον *nominatur. Inde tetraſtylon, decaſty-* Pycnoſtylum. *lon, à columnarum numero: & pycnoſtylon, in quo denſiores, ſpiſſæq́; ſunt columnæ.*

PORTICVS.

PORticus apud antiquos ad deambulationẽ & umbram erectæ ſunt. Martialis:

Claudia diffuſas ubi porticus explicat umbras.

Et Suetonius in Domitiano: *Solicitior indies, porticuum, in quibus ſpatiari conſueuerat, parietes phengite lapide diſtinxit: è cuius ſplendore per imagines, quicquid à tergo fieret, prouideret. Primi eas domibus addiderunt* Tyrrheni, *in quibus ſeruorum & concurrentium turba diuerteret: quæ imitati* Romani *poſtmodum, & in melius aucta, ad ſuam rempublicam trãſtulerunt,*

ut ſcribit Diodorus. Celeberrimæ autem Porticus Romæ fuerunt, Corinthia, ab ære Corinthô, quod erat in columnis, ad circum Flaminium erecta à Cn. Octauio: Pompeia, Claudia, Liuia, ab authoris nomine: & Porticus Catuli, quam de manubijs Cymbricis erexerat. Subterraneas autem Cryptoporticus appellant. Sunt & miliariæ porticus ex paſſuum numero: ſicut à ſtadijs, quas Vitruuius Stadiatas uocat: niſi quis miliarias porticus accipiat pro eis, in quibus multæ porticus conuiuæ procumbebant. Suſtentantur omnes columnis, quæ ideo dictæ ſunt, quòd culmina ſuſtineant, authore Pompeio. Harum tria potiſſimum habemus genera: Teretes. Quadrangulas, & in his Striatas. Quadrangulæ potiſſimum angulares, quæ Antes: ceteræ Medianæ. Plinius eleganter concham, & Apuleius Metaphoricōs frontem ſtriatam dixere. Quanta autem debeat eſſe craßitudo, longitudoq; illarum in ædificijs, docet locupletiſſimè Vitruuius in tertio, & in quarto: Circa Striglium (inquit) caua & angulos Striarum: nam Striæ in columnis erunt partes extantes & prominulæ: Strigles uerò cauæ & conditæ, ipſiq; canaliculi. Apud ueteres Doricæ in ima craßitudine ſextam partem altitudinis habuerunt, nonam Corinthiæ & Ionicæ, ſeptimã Tuſcanicæ. Fuerũt præter has & Atticæ columnæ, quaternis angulis pari laterum interuallo. Columnas è marmore peregrino primus Lucius Craſſus orator, de quo ſuperius, in domo ſua poſuit. Quod in ſummo earum ponitur in opere Epiſtylium nuncupatur. Plinius: Sic patris ædes Iouis quamuis lapideas columnas & Epiſtylia circundarent. Sed & trabem, quam columnis imponunt

Porticus celebriores olim apud Romanos.

Cryptoporticus.

Porticus miliariæ &, ſtadiatæ.

Colũnæ eorũq; genera.

Striæ.

Strigles.

Epiſtylium.

in ſtructuris architecti, hoc nomine ſignificamus. Quod
Spira. Baſis. ſupponitur, Spiram eruditiores, cæteri Baſem dixerunt: quæ ad plura refertur. Idem: In Epheſiæ Dianæ æde, de qua prius ſermo fuit, primum columnis ſpiræ ſubditæ & capitella addita. Spira item genus operis piſtorij, & funis nauticus in orbem conuolutus: ſed propriè circulus qui in ſeipſum non recurrit. Hinc in ornamentis capitis matronarum, & in ſerpentibus eſt ſpira. Plinius in nono: Lolliam Paulinam, quæ fuit Caij principis matrona, uidi ſmaragdis, margaritisq́; opertam, alterno textu, fulgētibus toto capite, crinibus, ſpiris, auribus, collo, monilibus, digitisq́;: quæ ſumma quadrigenties ſeſtertiū colligebat. Claudianus in raptu Proſerpinæ de ſerpentibus:

Nunc ſpiris Zephyros tranant.

Martianus Capella de nuptijs philologiæ & Mercurij.

Et ſpiris toruo nituerunt aſtra dracone.

Xyſtus. Inter porticus eſt Xyſtus lata ad hybernam exercitationem: ibi enim athletæ per hyemem exercebantur, ut ſcribit Vitruuius, qui docet quemadmodum facienda ſit.
Xyſtici. Vnde à Xyſto Xyſtici. Suetonius in Auguſto: Nec tamen eo minus aut Xyſticorum certationes, aut gladiatorum pugnas ſeueriſſimè ſemper exegit. Item: Non tam ſtatuarum & tabularum ornatu ædes ſuas, quàm Xyſtis &
Sueto. locus. nemoribus excoluit. Vbi Xyſtus pro ambulatione accipi poteſt, in qua arbuſcula ſunt in plurimas ſpecies effigiata: ueluti & penes Plinium ad Apollinarem: Ante porticum Xyſtus, conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctusq́; buxo. Nam, ut refert Vitruuius, Latini Xyſta am
Paradromidæ. bulationes appellāt, quas Græci παραδρομίδας. Cicero in Bruto: Cum ambularem in Xyſto, & eſſem otioſus

domi. De Xyſticis etiamnum Suetonius in Galba: Vt & ,ſi quid ſcænici aut xyſtici donatũ olim uendidiſſent, auferretur emptoribus.

CAVAEDIVM ET PVTEVS, CAPVT II.

C*Auædium, ut Plinius Cæcilius in epiſtolis, dictione mutilata: ſiue cauũ ædium, ut M. Varro, dictione integra, locus eſt ſub Dio uacuus, cinctus undiq; porticibus ad communẽ omniũ uſum. Quinq; autem generibus diſtinguitur, quorum nomina, Tuſcanicum, Corinthium, Tetraſtylon, Diſpluuiatũ, & Teſtudinatum. Singulorum ſtructuram & facies breuitatis cauſa ſcribere ſuperſedimus: tum etiã quia huiuſcemodi ſtructuris rarò nunc utimur, & cum utimur, ita mutamus, ita uenuſtamus, ut aliæ uideantur: quiſquis tamen illas noſſe uoluerit, inueniet in libro Vitruuij de architectura ſexto. Circa cauædium loca diſponentur, uniuſcuiuſq; rei utilitatis gratia parietibus diſſepta: ueluti penaria cella & uinaria, coquinæ, cœnatio, cubicula, & balneæ: Impluuium quoq;, quà impluere imber in domum poteſt. M. Varro: Si relictum erat in medio ut lucem caperent, deorſum quò impluebat impluuium, ſurſum qua compluebat compluuium, utrunq; à pluuia. Plautus in Amphytrione:* Cauædium. Puteus. Impluuium. Compluuium.

Deuolant angues Iubati deorſum in impluuium duo maximi.

Cicero in Verrem: Oſtendã in ædibus priuatis, Verrem longa difficiliq; uectura, columnas ſingulas ad impluuiũ nummis quadragenis milibus non nimis magnas habuiſſe locatas. Suetonius in Auguſto compluuiũ pro

impluuio poſuit: Enatam palmam ante ædes ſuas in com pluuium deorum penatium tranſtulit: utq; coaleſceret magnopere curauit. In eo autem Puteus fodiendus: nam in oppidis aut hic, aut ciſterna neceſſaria eſt, ne (ut inquit Ariſtoteles in Politicis) aqua deeſſe poßit, quæ & utilißima ad munditiam, & ſaluberrima eſt, ut Philoſophi & medici referunt, & nos ex uſu liquido cognoſcimus, niſi ciuitas fontium ſcaturigine redundet, impendio laudanda: quæ etenim cœlum uidet, aqua ſalubrior iudicatur, ut multi credidere. Plinius obſeruationem hãc uanam exiſtimat. De puteo igitur ciſterna, & fonte, nõnulla his aſcribenda duximus.

Puteus & ciſterna.

Puteorum origo.

PVteos primus Danaus Beli priſci filius ex Aegypto in Græciam, quæ uocabatur Argoſdipſion, aduectus, inuenit. Strabo quoq; ſcribit Danaides plurimos puteos Argis effodiſſe: quo ex facto uerſus ille uulgatus eſt:

Argos aquis uacuum Danaæ ſtruxere redundans.

Putearius.

Hinc Putearius, foſſor puteorũ: in quibus (ut ſalis, quæ notiora ſunt, taceã) argẽti metalla reperiũtur. Indicio eſt puteus in Hiſpania ab Hãnibale inchoatus, qui in dies illi ccc. pondo argenti ſubminiſtrauit. Ipſæ uerò aquæ puteorum reſpectu fontiũ malæ ſunt, ut ſentit Auicenna. Stagnãtes nãq; dãnautur: quæ profluunt, ſalubriores dicũtur. Hoc ſcitu dignum eſt, quod tradit Ariſtoteles in Problematis, ſummã puteorũ aquam infima ſalſiorem. Nec minus, quod referũt Seneca in quæſtionibus naturalibus, & Aphrodiſæus, puteanas aquas æſtate frigidas, hyeme calidas eſſe: quoniã calor per æſtatẽ aërẽ ambiens calidũ, frigus in terræ fugat penetralia, quo aqua

frigeſcit: hyeme uerò frigore aëra occupante calor in penitiſsima terræ deſcendit, & aquam caleficit. Natura quippe ita ſanxit, ut contraria in eodem loco & tempore ſimul non manerent. Hinc Lucretius:

Frigidior cur in puteis æſtate ſit humor?
Areſcit, quia terra calore: & deniq; ſi quid
Forte uaporis habet, properè dimittit in auras.
Quo magis eſt igitur tellus effœta uapore
Fit quoq; frigidior qui in terris eſt abditus humor.
Frigore comprimitur, porrò omnis terra coitq;
Et quaſi concreſcit: fit ſcilicet in coëundo,
Exprimat in puteos ſi quem gerit ipſa calorem.

Emittunt omnes ferè lanuginem, quæ Muſcus appellatur: unde Muſcoſi fontes ac putei, & Columellæ uerbum Muſcantur: non autem ab odore, qui & Muſcus dicitur, Græcè Sphagnos & βρύον, diuerſo tamen ab illo qui Moſchos uocatur. Muſcus. Muſcoſi fontes. Muſcari. Plinius libro 12. cap. 28.

CISTERNA.

Ciſterna aquam euripis, aquagijs, & canaliculis, ſiue nauicellis ſub ſtillicidio poſitis, ad imbres ſuſcipiẽdos in ea inductam continet. Ad quod alludẽs Horatius Flaccus in Satyris inquit:

Collectos ne bibãt imbres puteóſue perẽnes Iugis aquæ.

Sic autem ideo dicta uidetur, quòd ſit cis, id eſt infra terram, authore Feſto Pompeio. unde M. Varro diſciplinæ ruſticæ libro primo: Si omnino aqua non eſt uiua, ciſternæ faciendæ ſub tectis. Vlpianus iureconſultus: Ciſterna aquam uiuam non habet, & quidem ciſternæ imbribus concipiunt, ſed per glaream immiſſam & ſpongias purificatis. Medici ciſternarũ aquã inutilem aluo

confitentur, duritiaſq; faucibus facientem. Multi illam laudarunt, quòd leuiſsima ſit imbrium aqua, ex qua, ut plurimum, replentur: quod falſum eſſe in. xxxj. Plinius oſtendit. Probatur tamen aqua pluuia ab Auicenna, propter ſubtilitatem, licet facilè putreſcat. Decocta uerò nulli eſt æquiparanda, minore inflatione, & faciliore deſcenſu: quoniam ſubtilitas decoctione acquiritur. Inuentum fuit Neronis principis aquam decoquere, uitroq; demiſſam in niues refrigerare: ita ſine uitijs niuium uoluptas frigoris innocua contingebat. Optima eſt autem aqua aëri perquàm ſimillima, quæq; calefiat & refrigeretur celerius: quæ decocta uaſis cruſtas non relinquit, quæ legumina citius percoquit: & demũ quæ leuior eſt, ut ſentire uidentur Auicennas & Hippocrates. At plinius ad ſtateræ iudicium perrarò aliquam dicit leuiorem inueniri.

Aquarum quæ præſtantior.

FONS.

Fons dictus eſt, quòd inde aqua funditur è terra. Quæ fontana appellat:, cæteris ſalubrior eſt, & maximè terræ liberæ, ut Auicẽnas teſtatur: & cum nullus ſapor odórue aquarum ad cibos eſſe debeat, unus tamen in toto traditur orbe fons aquæ iucundè olentis, in Meſopotamia Cabura: quoniam (ut ferunt fabulæ) eius aqua Iuno eſt perfuſa. Fons erat Aethiopiæ, quo loti, perinde ac oliuo delibuti, uiolam redolebant: & in eius aqua nihil innatare poterat. ſed omnia peſſum ibãt in profundum, ut tradit Herodotus. In Germania trans Rhenũ maritimo tractu fons erat aquæ dulcis ſolus, qua epota intra biennium dentes deciderent, Plinius author eſt. Fons erat Thebis, Ciſſuſa nomine, in quo Bacchũ nu

Fontes celebriores.

Cabura.

Ciſſuſa.

trices, cum fuiſſet in lucem æditus, abluiſſe dicuntur in fabulis: nam color uini ſplendebat aſpectu translucidus, potuq́; mellitiſsimus, ut Plutarch. *in Lyſandro. Fons uti uino mixtus fuit* Paphlagoniæ, *ex quo potantes madulſæ, hoc eſt ebrij fiebant. Apud* Naſamonas *fons erat per diem frigidus, noctu calidus: de quo meminerũt* Italicus, Pomponius Mela, *&* Lucretius. *Eſt apud* Hammonis *fanum fons luce diurna frigidus, at calidus nocturno tempore fertur.* Solinus *Aganippen fontem* Boëtiæ *dixit à* Cadmo *fuiſſe monſtratum, cuius aqua facundiã pareret. E* Clitorio Arcadiæ *q biberint, fiunt abſtemij, id eſt uini oſores, & inuinij, ut recitant* Vitruuius, Vibius Sequeſter, *&* Ouidius *Metamorphoſeos ultimo his uerſibus:* Madulſæ. Aganippe. Clitorius.

Clitorio quicunq; ſitim de fonte leuauit,
Vina fugit, gaudetq́; meris abſtemius undis.

Fons autem Græcè πηγὴ. *Vnde* Pagus, *ſimul poſitæ uillæ, hoc eſt ruſticanæ domus plures, nomen accepit: quòd circa fontes hæ ponerentur. Hinc* Paganus, *ruſticus:* Semipaganus, *ſemiruſticus: &* Paganalia, *feſta ruſticorum, ut à fontibus* Fontani *dei, &* Fontanalia. Pagus, & ab eo deriuata.

SIPHONCVLVS.

SIphonculus *ſignare uidetur tubos, & fiſtulas, ſiue epiſtomia, quibus aquæ murmurantes emittuntur: tales conſpicimus in fontibus manu fabrefactis, in quibus ſunt huiuſcemodi lingulæ plures prominẽtes, & aquas pluriſariam euomentes.* Plinij *ex epiſtola ad* Apollinarem *hoc apertiſsimè uerba declarãt, quæ idcirco duximus ſubiungenda: In hoc fonte* Crater, *circà* Siphonculi *plures miſcent iucũdiſsimum murmur. Et paulo poſt: Eſtibadio aqua uelut expreſſa cubantium pondere Si-* De inſtrumẽtis ad aquarũ uſum pertinentibus.

phõculus effluit, cauato lapide ſuſcipitur, gracili marmore continetur, atq; ita occultè tēperatur, ut impleat, Fiſtula. *nec redūdet. Fiſtula uerò à ferēda ſiue fundēda aqua dicta uidetur: ſignificatq́;, ut Pomponius iureconſul. inquit, propriè tubos, per quos aquas ducimus: à cuius ſimilitudine inſtrumentū muſicū, & ulcus altum, & calloſum in corpore nomen ſortitur. Dicuntur & papillæ in fontibus quæ aquas fundūt. Varro in re ruſtica: Si adduxeris (inquit) fiſtulam, & in eā papillas impoſueris tenues, quæ eructent aquam. Alij mammas uocāt: Græci μασοὺς, ubera Coſtodorus. Siphonculos ipſos per dimi-* Siphones. *nutionē à Siphonibus appellamus, quibus ꝓpriè aquas, aliúdue liquidum interueniente ſpiritu attrahimus atq; emittimus. Seneca in quæſtionibus naturalib. Solemus duabus manibus inter ſe iunctis aquā concipere, & compreſſa utrinq; palma in modum Siphonis exprimere.*

ANTLIA.

Antlia machinula eſt ad aquā hauriendā excogitata: nā ἀντλεῖν Latinè haurire dicitur. Martia.
Cura laboratas Antlia tollit aquas.

Et Pompeius: Antlare haurire à Græco ἀντλεῖν deſcendit. Liuius: Florem antlabant liberi ex carcheſijs. Vtuntur ruſtici ligno oblongo ad aquam è puteis ex- Ciconia. *trahendam, urnula, quod Ciconiam, à roſtro ciconiæ* Telo & Tollo, onis. *alitis, Hiſpani dixere: illi uerò Telonem, quidam Tollo-* Trochleæ. *nem à tollēdo, ut Vegetius. Trochleæ nanq; rotulæ ſunt ſtriatæ è ligno uel ære, quibus aquas haurimus fune ductario & hydria. Lucretius,*

Multaq́; per trochleas & tympana pondere magno
Commouet, atq; leui ſuſtollit machina nixu.

Et ex interpretatione Diogenis Laërtij ſic ſcriptum inuenimus: Ego ita hiſce iampridem aſſuetus ſum, ac ſi ſonum iugiter trochlearum hauriam. Nam dum ſaxa, aquæ, ligna, marmora, & id genus cætera, per trochleam ſurſum ductario ſunc trahuntur, crepitus & ſonus concitatur. Ductarius autem ſunis eſt, qui per orbiculos trochleæ ducitur: Vrnæ uerò uaſcula quibus aquas haurire ſolemus, ſic ideo dictæ ſunt, quòd urinăt in aqua. Vrinare eſt enim in aquam mergi: unde Vrinātes & Vrinatores, qui in aquam merguntur apud Varronem. Et Caliſtratus iureconſultus ad legem Rhodiam de iactu ſcribit urinatores merces extrahere ex undis, quas leuandæ nauis cauſa in illas nautæ miſerant. Delphini ſidere oriente natus erit urinator, authore Firmico Materno. Complures equidē machinulæ ad aquā hauriandam parantur. Proxima æſtate cum ad monaſterium diui benedicti diuertiſſem in agro Mantuano citra Padum, Podilironum quod uocitant, uidi uerſatilem machinam, quæ æneis uaſculis quadratis, & equo belciario aquas hauriebant. De ſimili meminit Vitruuius: Ita cum rota à calcantibus uerſabitur, modioli pleni ad ſummum elati, & rurſus ad imum reuertentes infundent in caſtellum ipſi per ſe, quod extulerunt. Sunt enim Modioli uaſcula quadrata, quibus cum tympanis ad hauriendas ex puteo, ſiue lacu undas utuntur: quorum (ut eſt apud Frontinum de aquæductibus) alius erogatorius, alius acceptatorius. Tympana uerò machinæ ſunt tractoriæ, ut eſt apud Vitruuium in x. ad aquam hauriendam ſumma celeritate, aptiſſimæ ad ſalinas, & hortos irrigandos. Et Caſtellum, ut

Ductarius ſunis.
Vrnæ.
Vrinare.
Vrinatores.
Podilironum.
Modioli.
Tympana.
Caſtellum.

Crater. *Crater in fontibus, aquæ receptaculum, ex quo fiſtulis aqua decurrit, ut Iabolenus inrecõſultus interpretatur.*
Diuidicula. *At* Feſtus, *Diuidicula, inquit, antiqui dicebant, quæ nũc ſunt caſtella, ex quibus à riuo communi aquam quiſq; in ſuum fundum ducit.*

HARPAX.

HArpax inſtrumentum dicitur cum pluribus uncinis, quo uaſa & alia compluria, quæ uel in flumine, uel in puteis ceciderint, extrahimus. Dici poteſt
Harpago. *&* Harpago *inter nauium utenſilia numeratus, & ab Anacharſe Scytha philoſopho, ut dicitur, inuentus.* A Græcis *ambæ dictiones ſunt: nã apud illos* ἁρπάζειν *eſt rapere.* Triuiales *à lupo, quod rapax eſt animal,*
Lupus. *Lupum appellant.*

APOTHECA CAPVT III.

CELLA.

CElla locus à cælando, ubi aliquid condebant. Inde à carne Carnariã, à farina Farinariã, *à lignis* Lignariã, *à libris* Librariam, *à caſeo* Caſeariã, *& à uino* Cellam *uinariã dicimus, in qua ut nomẽ indicat, uinum ſeruatur.* Vitruuius: Habeatq; *coniunctã cellam uinariam, habentem à ſeptentrione lumina feneſtrarum. Cũ enim alia parte habuerit, quã ſol calefacere poßit, uinum quod erit in ea cella confuſum à calore, efficietur imbecillum.* Plinius xiiij. *Latus cellæ uinariæ aut certè feneſtras obuerti in aquilonem oportere, uel uſq; in exortum æquinoctialem ſterquilinia & arborum radices procul abeſſe, omniaq; odoris euitãdi facillimo in uino tranſitu.* De iiſdem Andinus poëta in Georgicis:

Nec cellis

Nec cellis ideo contende falernis.

Vbi Seruius expoſuit Apothecis:ita enim nuncupantur cellæ uinariæ.Plinius,Apothecas inquit,fuiſſe & diffundi ſolita uina, anno ſexcenteſimo trigeſimotertio urbis, apparet,indubitato uini opimiani argumento. Item: *Vina in Apothecis canis ortu mutantur quædam, poſteaq; reſtituuntur ſibi.Scribit Vlpia. Vina, quæ in Apothecis ſunt,fundo inſtructo legato non cedere, ſi ſint illic non uſus,ſed cuſtodiæ gratia : & ſic quæcunq; ibi quaſi in horreo habentur.Vbi horreum accipitur locus ad cuſtodiam non ſolum frugum:ſed rerum aliarum ſepoſitarum à quotidiano uſu : ueluti apud.*L.Apuleium *in* Metamorphoſi:*Demonſtrat horreum,ubi ueſpera ſagaciter argentum copioſum recondi uiderat. A quibuſdam* Entheca *nominatur.Cellam autem uinariam concluſam,& ſubterraneam,ſi loci conditio patitur (nam in pluribus regionibus Hypogea, ſubterranea loca fieri in ædibus uliginis mador non ſinit) ac ſubdiali omnino pauimento cum lacunula in medio ſternere, habereq; conducet : ut & uina incorruptiora ſeruentur, &, ſi quid cadorum uel ſeruorum uitio fuerit effuſum,colligi poßit. Lacuna ipſa & Lacunula dicitur liquidorũ in terra concauum receptaculum.M.Tulius, Lacunam impropriè ex furto dixit in auro factam. In hac ueteres teſtis, dolijs fictilibus,uina ſeruarunt: quæ ſi duas aures uel anſas habuiſſent,Diotæ nominantur.Horatius:* Apotheca. Horreum. Entheca. Vinaria cella. Hypogea. Vligo. Lacuna. Teſtæ. Diota.

Deprome quadrimum
Sabina ô Thaliarche merum Diota. Item:
Diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis amici.

Nam primu in alpibus, poſtea ruſtici cados ligneos

Cadi. *circulis cinctos excogitarunt. Cadi ipſi, Seriæ, Doliæ,*
Seriæ.
Dolia. *uaſa dicuntur, quibus uinum conditur. Epigrammata-rius poëta:*

In uaticanis condita muſta cadis.

Plinius. *Dolijs etiam interualla dari, ne inter ſe uitia ſerpant contagione uini ſemper ocyſſima.* Terentius: *Relcui omnia dolia, omnes ſerias.*

Cados optimos noſtri, qui ſunt materiarij, è quercu, robore, caſtanea producũt: quos circulis amerina ſalice
Vietor. *ligatis cingunt: Vietores dicti, quando Viere eſt ligare,*
Viere. *inquit Feſtus: unde Vimina. Vſi ſunt olim Tudertani Cal laicis finitimi dolijs & præſepibus aureis, ut eſt apud Strabonem. Illud autẽ ſcitu dignũ, quod tradit. M. Cato*
Vini probatio. *in rebus ruſticis ad uina probãda: Si uas ex hederæ ligno fiat, ut ciſſimbium: & uinum quod aquam habere dubitabis, in eo miſeris, uina trãsfluere, & remanere aquam, ſi mixta fuerit, inuenies. Opercula ipſa cadorum addita maſtice, & pice medicanda ſunt: apud nos per hyemem cinis, per æſtates arena adhibetur. Inde Columellæ uerbũ*
Operculare. *Operculare, operculis claudere. Fiſtulæ uerò ligneæ do-*
Fiſtulæ. *lijs in fronte ponuntur ad uinum aptius depromendum.*
Spina. *Additur illis Spina, hoc eſt lignum mucronatum, cuſpidatumúe, à ſpinis id nomen adeptũ, quæ in arboribus, in frutibus acutæ ſunt. Confert autem ſpinis fiſtulæ immittendis inuoluere ſtupã, ne perſtillet fiſtula: nam ſtupa ad*
Stipare. *ſtipandum optima: unde & ipſum Stipare deductum.*

VINVM, ET ILLIVS GENERA.

Vinum à ui nomen mutuatur, ut placet Varroni in libris linguæ Latinæ. Quatuor eius præ-

cipui ſapores: dulce, acutum, lene, & auſtrum. Dulce *minus inebriat, ut refert* Ariſtoteles *in* Problematibus, *ſtomacho innatat: auſterum facilius concoquitur.* Colores *quatuor, album fuluum, ſanguineum, & nigrum.* Vinum, *plantata primum uinea,* Noë, *ſub quo fuit diluuium, inuenit, ut* Lactantius *diuinarum inſtitutionum ſecundo teſtatur.* Gentiles *uerò* Dionyſium *(qui* Bacchus, Liber, Lieus, Leneus, *&* Euan*) uini repertorem fuiſſe fabulantur.* At *primus* Italis Saturnus *dedit, è* Creta *in* Latium *aduectus.* In Gallias *autem primò uinum* Aruns Aethruſcus, *uir clarus (teſte* Plutarcho*) aduexiſſe dicitur ex* Italia. Fuerat *equidem ante urbem uini penuria, ut* Marcus Varro *author eſt, qui ſcribit* Mezentium Aethruriæ *regem auxilium* Rutulis *tuliſſe contra* Latinos *uini mercede, quod iam in eorum agro haberi eſſet cœptum.* Sub *regibus quoque & tum poſtea,* Romulus *lacte non uino libauit.* Numæ Pompilij *lex fuit propter uini inopiam:* Vino *rogum ne reſpergito.* Et L. Papirius *imperator aduerſus* Samnites *dimicaturus, uouit uini pocillum, ſi uiciſſet.* Deniq; *inter dona, inquit* Plinius, *ſextarios lactis ſæpius nunquàm uini datos inuenimus.* Poſt *aliquot deinde annos* Romæ *& in* Italia *uini copia fuit, ingenioſiſsimaq; in potu uita apparuit ad bibendum generibus centum nonagintaquinque: &, ſi ſpecies æſtimentur, penè duplici numero excogitatis.* Vina *fuſca in album colorem mutari ſatis notum eſt, ſi lomentum, fabaceam farinam uino quis adijciat: uel ouorum trium lagœnæ uaſculo uinario infundat alborem ſale adiecto, diuq; commoueat, id quod* Palladius *&* Apicius *tradiderunt.*

Vini ſapores & colores.

Vini inuentor. Plura li. 2. cap. 4.

Lex Numæ.

Vina quomodo medenda.

At dulce ex auſtero origanum herba muſto immiſſa fa-cere exiſtimatur. Apud ueteres melle admixto fiebat mulſi nomen adeptum,ut oſtendit Epigrāmatarius poëta
Mulſum. *eo diſticho,cui lemma eſt mulſum:*

Attica nectareum turbatis mella falernum,
Miſceri decet hoc à Ganymede merum.

Oenomel. *Vnde Oenomel dicetur, quo uerbo utitur Vlpianus iureconſultus:nam ueluti hydromel & oxymel, ita Oe-*
Paſſum. *nomel rectè deducemus. Et paſſum dulce fuerat ex*
Sticha. Apiana uua. *uua, quam Græci ſticha uocant,nos Apianam.Hinc ui-ce mulſi eo pauperes utebantur, cum minoris eſſet pre-cij.Martialis:*

Gnoſia Minoæ genuit uindemia Cretæ
Hoc tibi,quod mulſum pauperis eſſe ſolet.

De dulcium ui- norū generibus Pli.li.14.cap.9. & de Ariſtæo li bro eodem,capi te.iiij. Pli.li.14. cap.7. *Inter uina quoque dulcia uinum fuit, quod Græci* αὔγλευκον *nominant,hoc eſt ſemper muſtum,id ferue-re prohibentes.Primus Ariſtæus mel uino miſcuit ſuaui-tate præcipua,ut ſcribit Plinius:Et mulſi nutritu multos (inquit)longam ſenectam toleraſſe, conſtat Pollionis Ro-muli exemplo,qui centeſimum annum excedens, cum à diuo Auguſto hoſpite interrogaretur, quanam ratione uigorem illum cuſtodiſſet:intus mulſo,foris oleo reſpon-*
Tortiuum. *dit.Habuerūt & compluria alia uini genera:Tortiuum*
Protropum. *nouiſſimè expreſſum, Protropum antequàm calcentur uuæ,ſponte diffluēs:& à regionibus nomē adepta, Chiū, Leſbium, Falernum, Cecubum, Setinum, Surrentinum, Calœnum,Signinum,Tarraconenſe, Spoletinum, Cere-tanum, Fondanum, & ex Chio, Aruiſium.Noſtra ætate præ cæteris Trebianum, Vernatiolum, Amabile, & ex Creta Maluaticum quod uocant,commendantur.*

DEFRVTVM.

DEfrutum fit muſto ad dimidiam partem decocto, ut ſcribit Plinius, à deferuendo dictum, authore Palladio. Inde uaſa defrutaria. Sapa uerò à ſapiditate mu ſto ad tertiam partem decocto: Græcè ab ἕψειν, quod eſt decoquere, ἕψημα nominatur. Cum Plinio minimè ſentit Marcellus, penes quem legimus. Sapa, quod nunc mellacium muſtum ad mediam partem decoctum, Defrutum ſi ex duabus partibus ad tertiam redegerant defrueſcien do. Huic accedit L. Columella: Nam muſtū, inquit, quàm dulciſsimum coquitur ad tertias, & decoctum, ſicut ſupra dixi, defrutum uocatur. Cuius igitur opinioni inhærendum ſit, iudicent alij, ipſe hoc unum ſcio in condimentis defrutum & ſapam penè ſapore non diſtare. Sapa. Hepſema. Mellacium.

OMPHACIVM VINVM.

OMphacium dici poteſt à nobis uinū ex uua immatura, quæ Græcè ὄμφαξ. Omphacium item oleum fit ex eadem, cuius medicinæ meminit Plinius in xxiiij. & in .xij. eius confecturam docet. Medici ex immaturis oliuis Omphacium oleum appellant, ut eſt apud Auicennam. Omphax. Omphacium oleum.

ACETVM.

ACetum, quod uitio cadi ſeu uetuſtate fieri ſolet, ſtomacho prodeſt. Serenus:

Et potu & fotu ſtomacho conducit acetum.

Et Dioſcorides uim Aceti eſſe dixit εὐςομάχιον. Colorem meliorem præſtat, & cibos ſaporesq́; nō alius ſuccus magis commendat aut excitat: præterea digeſtionem adiuuans, peſti aduerſatur, ut ſcribit Auicennas. Eius quoq; ad multa remedia uis efficax. Siquidē. M. Agrippa Aceti uis.

ſupremis annis graui morbo pedum conflictatus, cum dolorem illum perpeti nequiret, demerſis in acetum calidum cruribus, in acerrimo morbi impetu euaſit: nec mirum, quando aceti uis & calfacit, & refrigerat, ut ſcribit Aphrodiſæus. Ouum ſi in aceto diu fuerit, diſſoluetur, & cortex eius adeò molleſcet, ut ꝑ anulam tranſeat.
Ceruſſa. *Aceto plumbum efficitur Ceruſſa: æs quoque tranſit in*
Ærugo. *æruginem. Margaritæ ſimiliter diſſoluuntur. Horatius filius Aeſopi detractam ex aure Metellæ, ſcilicet ut decies ſolidum exorberet, aceto diluit inſignem Baccam. Extat Cleopatræ, & M. Antonij ſponſio, de qua Plinius & Macrobius meminerũt: & C. Caligulæ exemplum luxurioſiſsimum, qui ut ſcribit Suetonius, precioſiſsimas margaritas aceto liquefactas abſorbuit, & panes obſoniaq; ex*
Oxos. *auro conuiuis appoſuit. ὄξος Græci acetum dixere: un-*
Oxymel. *de Oxymel ab aceto & melle; cuius cõpoſitionem docet*
Oxygala. *Galenus in Pharmaceuticis. Oxygala quaſi lac aceto-*
Oxypora. *ſum. Oxypora condimenta, quæ ex aceto fiunt: à quibus*
Oxyporopolæ. *Oxyporopolæ uenditores. Ab aceto nos acetariũ condi-*
Aceti cõdimẽta. *mentum appellabimus, quo lactucas, erucam, tragopagum (nunc uulgò Barbam petræ) acetoſam, & id genus herbas cõditaneas, uel pedes porcinos elixos: Caparimúe ſalitum, ſiue ſiſeris radicem ſub cinere prunoſo coctam, & compluria alia cum aceto, oliuo, ſale, & aromatibus interdum condita, ad eſcam præparamus.*

LORA.

Deuteria. Secundaria. Tertiaria. *Lora, ſiue Deuteria, quæ Secundaria, ueluti apud nos per uini caritatem Tertiaria: fiunt maceratis aqua uinacëis poſt muſtum acinis expreſſum: inter uina operaria numeranda, ut ſcribunt Plinius & Marcellus.*

Quẽadmodũ lora optima fiat docet. L. Columella. Eiuſdẽ meminit. M. Varro rei ruſticæ primo: Eoq́; aqua additur, inqt, ea uocatur lora, ꝙ lota acina, ac pro uino operarijs datur hyeme. Habetur & uinũ, qd' licet merũ ſit, terræ tñ altricis plerũq; uitio aquatũ guſtu uidetur: id uillũ rectè dicemus, quale dãdũ eſt pueris, & ſpleneticis. Columel. lib. 12. cap. 40.

FLOCCES.

FLocces uini fæces, Author Nonius: unde. A. Gellius in noctibus Atticis: Appludam edit, & flocces bibit. Hinc Floccipendo & Floccifacio uerba deducta, quæ paruipendere ſignificant: flocces enim ferè nihili ſũt: ſiue potius à floccis, qui lanarum particulas notant à uelleribus diuiſas & euolantes. Terentius: Floccipendo. Floccifacio.

Inuidere omnes mihi mordere clãculũ, ego floccipẽdere.

Plautus in Caſina:

Tibi hic, dum propitius ſit Iupiter, tu iſtos minutos deos flocciſeceris.

Fit tamen exprimiturq́; è fæcibus uinum, quod Fecatũ M. Varro appellat: Græci τρύγινον à fæce quoq; , quam τρύγα nominant: & fæx ipſa ſiccata recipit ignes, ac ſine alimento per ſe flagrat, pluribus officinarum uſibus ſeruiens. Vina omnia ferè Ianuario menſe poſt uigeſimam lunam defæcanda ſunt: nam illis plurimum detrahitur, ſi relinquitur defæcatio: cui ſeſe immiſcentes, Defæcatores rectè dicemus: unde & Defæcatum uinum. Fecatum uinũ. Tryginon. Fex uini. Vina defecanda quando. Defecator.

VAPPA.

VAppa uinũ eſt, qd' odorẽ & saporẽ amiſit. Hora.

Qui Veientanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla uappamq́; profeſtis.

Inde homines uiles, trioboli, gerones, nebulones &

Lib. 4. cap. 20. *nugatorij Vappæ dicũtur. Plinius: Vitiumq́; muſto quibuſdam in locis ſponte feruere: qua calamitate cũ deferbuit, deperit ſapor, Vappæq́; accipit nomẽ probroſum, etiam hominum, cum degenerauit animus. Catullus:*
Satiſ'ne cum iſto Vappa frigoraq́; & famem tuliſtis.

Vitium eſt etiam ſi acet, unde fit acetum: ſi mucet
Mucidum. *mali odoris mucore contracto, à quo Mucidum uocant noſtrates.*

TORCVLAR.

Torcular, Lacus, & Prælum pro eodem literato-
Prælum. *res uſurpant: ſed propriè Prælum eſt trabs, qua*
Lacus. *calcantur uuæ, Prælij inde nomine deducto. Lacus qui cõtinet muſtum Prælo ex uinaceis expreſſum, & tranſmittit ut in dolia condatur. Columella: Antequàm Prælo uinacea ſubijciantur, de Lacu quamrecentiſſimum addito muſtum in amphoram nouam, eamq́; oblinito, & impicato diligenter. Tibul.*
Pleno pinguia muſta lacu.

Lacus ipſe Græcè ληνὸς: unde ληναῖος Bacchus, &
ληνὸς. *ληνοβάτης, uuæ calcator. Torcular uerò, ſeu lubet,*
ληνοβάτης. Torcular. *Torcularium, totum ipſum eſt inſtrumentum, ſiue machina, cuius ſtructura à M. Catone in re ruſtica deſcribitur: At Trapetum mola olearia. Vergilius:*
Trapetum. *Teritur Sicyonia bacca Trapetis.*

TINIA.

Tinia. *Tinia uaſa uinaria apud antiquos fuere, author Pompeius. Marcellus Tinas appellauit: &, ut manifeſtarium eſt, grandiora non erãt, ueluti apud nos ſub hoc uocabulo habentur, nec ad eos uſus parata. His naìq; è ligno fabricatis, & circulis cinctis, muſta cum*

urinaceis uoſtra tempeſtate ebuliunt,ponunturq́; à plu rimis in angulo apothecæ lateritia etiam cum fiſtulis in fronte ad muſta tranſmittenda productis. Apud ueteres autem inter Epitrapozia numerabantur. At Tinea uermiculus dicitur,ueſtes.chartas,& quædam alia erodēs, & Alueariјs infeſta. Ouidius: Tinea.

Agreſtes tineæ res obſeruata colonis. Auſonius:

Tineas carieḿq; pati te charta neceſſe eſt.

Martianus Capella: Vittisq; ſemuulſis,quas in Cumano antro poſt Sibyllam tinearū morſus cariesq́; carpebant.Eccleſiaſtici quoq; quadrageſimo ſecundo capite dicitur: De ueſtimentis procedit tinea, & à muliere iniquitas uiri. Et tineæ corporibus humanis, in quibus aluntur,& præſertim puerorū moleſtiſsimæ ſunt, quæ Lumbrici dicuntur, & Gæcè ἕλμινθες. Vnde Cornelius Celſus in pueris cenſet nihil tinearum uerminatione fore periculoſius,quando ſæpiſsimè necat. Lumbrici.

COLVM.

Colum genus eſt quaſilli è uiminibus contexti,à colando dictū: nam uina apud antiquos colabantur,ut eſſent iucundiora,quod à pleriſq; etiamnum hodie ſeruatur: uerum lineo colo,quod uitarunt in uinis præſertim generoſiſsimis maiores:quoniam eo colata uina perdere ſaporem exiſtimarunt. Horatius:

Integrum perdunt lino uitiata ſaporem.

De colo meminit Vergilius in Georgicis:

Colaq́; prælorum fumoſis diripe tectis.

Nam qualos è uermibus tantūmodo dicemus. De illo diſtichon eſt Martialis in apothecis. Sed uinarium id appellat à niue,qua ad uinum & aquam decoctam re= Quali. Colū uinarium.

Nix æſtiua. frigerandam ueteres utebantur. Hinc niuem ſeruari mẽſibus æſtiuis conqueritur Plinius, cum inquit: Seruatur algor æſtibus, cogitaturq́; ut alijs menſibus nix algeat. Seneca in naturalibus quæſtionibus: Vnguentarios, inquit, Lacedæmonij urbe expulere, & propere finibus ſuis cedere iuſſerunt, quia oleum diſperderent. Quid illi, ſi uidiſſent ſeruandæ niuis officinas. Heliogabalum imperatorẽ ſcribit Lampridius montem niuium in uiridario domus aduectis niuibus æſtate feciſſe.

INFVNDIBVLVM.

INfundibulum è ligno excauato, uel ære dicitur, per quod in uaſa latices ex ſolio, ut nomen indicat, infundimus, quo uocabulo utitur M. Cato in re ruſtica, & Columella: Raram, inquit, ſupra modum uelut per infundibulum tranſmittere imbres. Item: Alioquin plaga ipſa deorſum ſpectans non tantum recipit humorem, quam illa, quæ reflexa & reſupina, more infundibuli per medullam tranſmittit, quicquid aquarum cœleſtium ſuperfluxit. Vnde iuuenes & mulieres in primis meliora dogmata & conſilia audientes, comparãtur infundibulo: nam more infundibuli quantum hauriunt, tantũdem tranſmittunt & non continent. Flauius Vopiſcus in Aureliano de crapulatore: Bibebat, inquit, infundibulo appoſito plus orca. Ruſtici noſtrates Luram uocitant: Lura. antiquiores autem os culei & utris Luram dicebant, un Lurcones. Lemargi. de Lurcones capacis gulæ homines, ut Lemargi & degu Solium. latores catillonesq́; nomen acceperũt. Soliũ uerò ipſum, de quo mentionem fecimus, uas ſalignum, uel ex abiete dicitur, in apotheca præſertim, quo ad uinũ, plurimosq́; liquores transferendos, elutriandos, detrullandos, id eſt

tranſuaſandos & diffundẽdos, oleumq́; decapulandum utuntur. V*ſus eius & ad pannos lineos, uel canabinos, tum lixiuio calido, & cinere emaculandos.*

PENARIVM CAPVT IIII.
CELLARIVM.

C*Ellarium* (*quam Cellam promptuariã,* Cella prõptuaria.
alij Promptuarium appellant) *locus eſt,* Promptuariũ.
in quo condũtur, & ex quo promuntur ad uictũ neceſſaria. Diuus Hieronymus (*ſi tamen is eſt*) *Lucæ duodecimo: Conſiderate coruos quibus non eſt cellarium, neq; horreum, & deus paſcit illos.* *Eius qui curam gerebant, Cellarij di* Cellarij.
cebantur. Plautus *in captiuis:*

Sume, poſce, prome quiduis, te facio cellarium.

Eoſdem Promos & Condos *uocat, quòd de intus pro* Promus.
mant, & intus condant. ait enim in Pſeudolo: Condus.

Promus & condus ſum procurator peni. Auſonius:
Promuſq́; quàm condus magis. Horatius:
Foris eſt promus.

Quo loco piſcis genus perperam nouellus interpres exponit. A *penore etiam is locus* Penarium, *ut* Põ- Penarium.
peius & Varro *teſtantur, &* Penuaria *cella, ſiue* Pe- Penaria Cella & Penuaria.
naria, ut Caper contendit, nuncupatur. M. Cicero: *Semper enim boni aßiduiq́; domini referta cella uinaria, olearia, & penuaria eſt. Idem quarto* Verrinarum: M. Cato *ſapiens cellam penuariam* Reipublicæ *noſtræ, nutricem plebis* Romanæ *Siciliã nominauit.* Eſt *autem Penus non locus* (*ut triuiales grammatiſtæ, &* Penus.
quidam alicuius in doctrina nominis crediderunt) *ſed quicquid uictus gratia, ſiue eſculentũ ſit, ſiue poculẽtũ,*

conditur ac ſeruatur: ut ſcribit Q. Mutius libro ſecundo iuris ciuilis: Sabinus libro quinto ad Vitellium. Vlpianus de penu legata: Donatus Terentianum illud enarrans: Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum: M. Cicero in ſecundo de natura deorum. & A. Gellius: Qui & thus & cæreos, ligna quoq; penori adſcribi poſſe ex Maſſurij iureconſulti authoritate demonſtrat. Plautus in Pſeudolo.

Nam niſi penus annuus hodie conuenit, cras populo proſtituam uos.

Salgama. *Dantur & penario Salgama, cōditanea quæcunquæ ad uictum in uaſis ſeruata, ut fici in orcis, uuæ in ollis (unde ollares) Sorba fœniculi, olyuæ, pyra, & id genus multa in urceolis: unde Salgamarium uas, & Salgamarij uenditores. Nos uerò aromata, caſeum, carnes ſalitas, & nonnulla alia eſculenta penario noſtro dabimus ſeruanda, omiſſis frugibus, quas etiam ueteres promptuariæ cellæ dederunt, de quibus in horreo, ſuo loco dicemus. Vnde autem Penoris nomen deducatur, Phauorinus Gellianus oſtendit: Quæ etenim, inquit, longè uiſionis gratia contrahuntur & recōduntur, ex eo quòd non in promptu ſint, ſed intus & penitus habentur, Penus dicta ſunt.*

Salgamarium. Salgamarij. Penus unde. Gell. lib. 4. capite primo.

CASEVS.

CAſeus à coacto lacte dictus uidetur: nam fit lacte coagulato, hædino imprimis, uitulorúmue coagulo. Primus id coagulare & caſeum, ut uolunt, conficere monſtrauit Ariſteus Athenienſis. Lac uerò ipſum nihil aliud eſt, quàm ſanguis concoctus. Ex caſeis qui fiunt maximi cibi bubuli, & qui difficillimè tranſeant

Lac.

ſumpti,mox ouili:minimi cibi & qui facillimè deijciantur,caprini,fumo apud Romanos in uelabro (unde Velabrenſes) cõditi.Cum moles ſunt,alibiles magis, in corpore non reſides:ueteres & aridi contrà,authore Varrone Rei ruſticæ ſecundo.Auicẽnas quoq; ſcriptum reliquit,caſeum recẽtem & nutrire, & pinguedinem producere,uerum ſtomacho nõ conferre. Ariſtoteles in tertio Hiſto.animalium:Præcipuum inquit,lac ad conficiẽdum reponendumq; caſeum,ouilum caprinũq; eſt, mox bubulum.Equinum aſininumq; miſcent ad Phrygiũ caſeum faciẽdum:bubulũ quidem fertilius caſeo eſt, quàm caprinum.Cum ouilo caprinum miſcuere Siculi, ut nũc etiam,quicunq; copia id genus lactis abundant. Merum equinum ἱππάκην appellant. Prima nobilitas in Italia caſeo datur Parmenſi his temporibus, cum olim ſecunda Ianis daretur.Hinc nos diſticho: Velabrenſis caſeus. Cap.II. Caſeus recẽs & uetus. Caſeus Phrygius. ἱππάκη. Caſeus Parmenſis.

Non me ueſtinus preſsit,non Iuna,nec hyblæ. Plin.lib.28.c.9.

Bubſequa,ſum Parmæ nobile lactis opus.

Incorruptus diu ſeruatur,& is diutius,cuius coagulo inditum ſit cerebrum muſtellæ: quem etiam à muſculis,à ſoricibus nõ attingi Plinius atteſtatur. Zoroaſtrem legimus in deſertis caſeo uixiſſe annis.xx. ita temperato,ut carioſam uetuſtatem nõ ſentiret.Fit quoq; caſeus, quem Secũdarium uocant,ex ſero primi caſei,lẽto igne, ſiue potius tenui flammula,modico tamen lactis addito, tam diu ebulient:, donec ad ſummum natauerit. Recoctam paſsim dicimus, candida eſt, & quaſi ſpongioſa, nec guſtu inſuauis, multiſq; herbaceis pulmentis adhibetur. Salita etiamnum uice caſei utuntur ruſtici, ſemipagani,& tenuioris cenſus,paupertinæq; conditionis Caſeus ſecundarius. Recocta. Salita.

Serum. *hominès in cibarijs. Serum verò ipſum purgatoriam uim obtinens lactis, ſanies eſt diluta: quam lactis quodq; genus habere manifeſtarium eſt.* Lac ipſum Græcè γά-

γάλα. λα: *unde γαλακτοπόται lactis potatores.* Eo *recens coagulato utimur in cibis ſecundæ menſæ: hinc faciunt*

Iuncatæ. *noſtri lactarij præ cæteris lacticinijs* Iuncatas, *quas uocant à iuncis, in quibus inuoluuntur.* Eodem *lacte nutri*

Collactei. *tos,* Collacteos *appellant.*

SVCCIDIA.

SVccidia, *tergus ſuis, ſiue maſſa carnis porcinæ ſalita nuncupatur à ſuibus cædendis: nam id pecus primum occidere, & ſalire ut ſeruarent, patresfamiliâs cœperunt, ut ſcribit* M. Varro *in libris linguæ Latinæ, & rei ruſticæ ij.* Qui, *inquit, non audierit patres noſtros, diceret ignauum & ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius è laniario quàm domeſtico fundo.* Et M. Cicero: Iam *hortum agricolæ ipſi ſuccidiam alteram uocant.* Non*nulli ſuccidiam dictam exiſtimarunt, quòd paulatim ſucciditur.* Nonius *ſucceßionem neceſſariam interpre-*

Lardum. *tatus eſt, dixitq; lardum ſignificare: quo nomine carnem ſalitam propriè notamus, ut ſit lardum, quaſi largè aridum, teſte* Macrobio. Vnde *epitheton diſcretiuum pingue addiderunt.* Ouidius:

Pinguia cur illis guſtâtur larda Kalēdis.

Et Horatius:

Vncta ſatis pingui ponantur oluſcula lardo.

Neotoricè *enim lardum uocatur, quod in ſuccidia pinguiuſculū eſſe ſolet, adipe (qui nec cogitur, nec ſiccitate aliqua frangitur) ſalito.*

PERNA.

PErna, quæ à pede nomẽ mutuatur, pars eſt è ſuccidia. Hinc Pernæ è concharum genere piſces, quòd ſtant ueluti ſuillo crure longo in arena defixi: nam pernam pedem antiqui dicebant. unde Compernes longis pedibus, ſiue genibus, plus iuſto coniunctis, authore Pompeio. Succidia continet pernam, petaſonem, & lardum. De petaſone, qui per diminutionem Petaſunculus, & de perna meminit duobus diſtichis Epigrammatarius poëta in xenijs: Compernes. Petaſo. Petaſunculus.

Muſteus eſt, propera, charos ne differ amicos,
 Nam mihi cum uetulo ſit petaſone nihil.
Ceretana mihi fiat uel maſſa licebit,
 De menapis lauti, de petaſone uorent. Et Horatius:
Quicquam præter olus fumoſæ cum pede pernæ.

Vbi epitheton adiunxit iuxta ſalſuram M. Catonis, qui in libris rerum ruſticarum, Pernas ſalitas in fumo biduum ſuſpendere præcipit. Plautus in Captiuis:
Quanta peſtis pernis ueniet, quanta lardo, adueniens totum deturbabit cum carne carnarium.

Carnarium nanq; (ut nomen indicat) & locus eſt, in quo caro habetur, & inſtrumentum cum pluribus uncinis, quibus ſuccidiæ appenduntur: nam ubi uenditur, Macellum & Laniena uocatur. Caro ipſa à cadendo, quòd euolata anima corpus deficiat, dicitur, nõ modo quadrupedũ bipedúmue, ſed & apedum, inter quæ aquatilia numerãtur. Bipedum præſertim anſerina, ſale conditur. Vtuntur illa apud nos, qui ſunt ſuperſtitioſi Iudæi, ſuillã Leui. xj. interdictam ex ueteri lege (quam omnipotẽtis dei filius Meſias adueniẽs, abrogauit) non Carnarium. Macellum. Laniena. Caro. Salſura carnium quanã pbetur.

manducantes. Quadrupedum Porcina, pinguedine humidula, præ cæteris, & bubula ad ſalſuram cõmendantur. Inter aquatilia uerò anguillarũ, Thynni, & eiuſdẽ piſcis Cordylarũ & Pelamidũ ad ſalis conditurã probatur (unde Thynniũ, quod & Thunium) nam Thynni ceruice & abdomine in precio fuere, atq; Clidio. hoc eſt iugulo tantũ recenti: cætera pars plena pulpamentis ſale aſſeruatur. Melãdrya uocatur cæſis quernis aſſulis ſimillima. In uſu fuerãt & Cybiũ, & Vræũ, Horræúmue ex eodem genere. Cõdiuntur etiamnũ ſale è piſcibus alij complures, ac eorũ oua, (unde ὠατάριχα, legimus) ad quadrageſimale imprimis ieiunium, in quo non ſolũ terreſtrium omniũ animaliũ carnẽ, ſed & caſeũ, & alituũ oua deguſtáre prohibemur, ut eſt quarta diſtinctione Decretorum pontificaliũ. Hinc ſalire cœpimus etiã fungos, & imprimis rubentes boletos, lacinias ſubruffas circa caſtaneæ radices forma ampliore erumpens, ſpongiolos albicantes & coccineos: & à digitis Digitellos. Nam pratenſes & pruncoli ſiue ſpineoli per uer è ſpinarum radicidus recentes, tantum menſis apponuntur.

Piſcium qui præcipue ſale condiendi.

Clidium.

Melandrya.

Id eſt, mugilum oua ſale cõdita.

Fungorum ſalſura.

SVMEN.

SVmen fit ex papillis ſuillis, uno die poſt partum ſectis, & ſalitis. Martialis in xenijs:

Eſſe putas ſumen, nondum ſic ubere largo
Effluit, & uiuo lacte papilla tumet.

A ſugendo, ut Marcellus interpretatur, ſumen appellatum: ut alij, quaſi rumen, à mamma, quam ueteres Rumã uocabant: unde Subrumi, agnĩ lactentes: & Rumia dea, quæ lactentibus præeſt pueris, & mulierum mammis, ueluti apud nos diua Agatha. Dicitur & Abdomẽ; ut Plinio

Ruma.

Subrumi.

Rumia.

Abdomen.

ut Plinio referente didicimus. Satyrographus poëta pro panticibus obeſis poſuit:

Montani quoq; uenter adeſt abdomine tardus.

Nam Abdomen in homine,ut ait Celſus,ab ilijs ac pube ſurſum uerſus ad præcordia pertinet.

VVLVA SVILLA.

VVlua ſuilla lautißimi cibi erat apud Romanos, de qua multa traduntur à Plinio, qui optimam eam eſſe dicit,quæ fuerit porcæ occiſæ partu enecto,Eiectitia uocatur;Altera ædito partu,Porcaria. Ex primipara ſue imprimis probatur.Horatius: Cum ſit obeſo, Eiectitia. Porcaria.

Nil melius turdo,nil uulua dulcius ampla.

Hunc ſequitur epigrammatarius poëta in xenijs:

Te fortaſſe magis capiet de uirgine porca,
Me materna graui de ſue uulua capit.

Vulua autem, quam Vterum & Locos appellamus, in mulieribus ſub matricis nomine à medicis ſignificatur.Vnde in ſacris literis cum mortuis parentant,canunt flamines:Quare de uulua eduxiſti me.Et Plinius boletorum prorumpentium in oui ſpeciem, album illud inuolucrum,Voluam nuncupat. At propriè matricem uteri ceruicem & Orificium Interfœmineumúe ipſum dicemus,quæ etiam apud Columellam fœminā notat ad prolem deputatam,ueluti matrem admiſſarius. Vterus. Loci. Matrix. Volua. Orificium. Interfœmineū.

LVCANICA.

LVcanica genus eſt farciminis, & Iſicij notißimi,à Lucanis populis,à quibus milites Romani eam facere didicerunt:author Varro.Martial.

Filia Picœnæ uenio Lucanicæ porcæ, lucanica
Pultibus hinc niuëis grata corona datur.

Faliſcus uenter. *Eius compoſitionẽ docet Apicius. Eſt & Faliſcus uenter non diſsimilis (ut opinor) Lucanicæ, inuentus primo in Faliſcis, unde nomen. Papinius. iiij. Silua.*

Non lucanica, non graues faliſci.

Hila. Hira. Hilum. *Hila itẽ farciminis genus eſt, ab Hira tenui inteſtino, quod ieiunum uocant: uel ab Hilo, ideſt minimo. Horat. Perna magis an magis hilis.*

Farciminum cõfectio. *Farcimina autẽ (inter quæ & longanones, & ſanguiculi, & apexabo numerantur) à fartis inteſtinis nomen acceperunt: replentur quippe rebus multijugis, ueluti ſale, caſeo, carne minutim, fruſtulatim, teſſellatimúe conciſa, aromatibus: ſanguine hædino comprimis, & ſuillo adipe, & id genus reliquis.* Iſitia. *Iſitia quoq; farcimina notant.* Fartores. *Donatus, Fartores, inquit, qui Iſitia & farcimina faciũt. Difficilia ſunt omnia ad concoquendũ: cuius rei cauſam referunt Macrobius & Aphrodiſæus. Commendantur imprimis linguæ ad farturam: Sincipita etiam ſuilla & glandia, quæ ſuam laudem apud antiquos ſale tantũ condita habuerunt. Primum Heliogabalum Romanum imperatorem Iſitia de piſcibus excogitaſſe comperior.*

AXVNGIA.

Pli. lib. 28. ca. 9. *Axungia adeps porcinus interior. Plini. Axungiam, inquit, etiam Græci appellauere in uoluminibus ſuis. Eſ ſue quæ non peperit, aptiſsimè utuntur* Axungiæ uſus. *ad cutem mulieres Axungia. Noſtri hodie ex ea teſſellatim conciſa, & mox ad ignem in uaſe æneo liquefacta, faciunt liquamen, quod appellant. Id exemptum, & in olla teſtacea conditum, uſui toto ferè anno eſt. Axungia autem ex eo nomen eſt adepta, quòd ea præcipuè maiores axibus uehiculorum perungendis, ut nunc etiam ru-*

ſtici, ad faciliorem circumactum rotarum utebantur: alij Axes ab ea dictos uolunt. Aruina uerò intra uiſcus & cutem dicetur pinguedo. Axis. Aruina.

BVTYRVM.

B*Vtyrum natura oleoſum, ex lacte fit: &, ut plurimum, bubulo.* Plinius: *E lacte fit & butyrum, barbararum gentium laudatiſsimus cibus, & qui diuites à plebe diſcernat plurimum è bubulo, & inde nomen.* Pinguiſsimum ex ouibus: *nam (ut ſcribit Ariſto. hiſt. animalium tertio) lacti ineſt pinguedo, quæ etiam concreta oleũ propè trahit. Ruſticulæ noſtrates ex lactis particula pinguiore, quæ noctu in ſummo uenerit, crebris ictibus in uaſe ligneo oblongo, ſed oris anguſti impulſa, pauxillo aquæ addito, donec dureſcat, producunt* Butyrum. *Exiguo guſtu ſitim & famem ſedat, uires conſeruat: prodeſt & tuſsiculæ, uenenis aduerſatur, ut ſcribit* Auicennas. Butyri confectio & uis.

OLEVM ET OLIVVM.

O*Leum ab oliua,* Oliuum *ab oliua nomen mutuatur: utrunque frequens apud poëtas. Venafranũ, palmam obtinens, in maximo precio fuerat, ut teſtantur Strabo, &* Marc. *Varro. Vnde Epigrammatarius poëta in xenijs:* Venafranum oleum.

Hoc tibi campani ſudauit bacca uenafri,
Vnguentum quoties ſumis & iſtud olet.

Oleum *& trapetes primus Ariſtæus* Athenienſis *inuenit.* Palladi *nonnulli olearum, oleiq́; educendi inuentionem dederũt: nam ante huius deæ ortum erat hæc arbuſcula cum alijs ſilueſtribus immixta (oliui enim uſus aberat) & cum eſſet ignota, hæc olei exprimendi modum inuenit, ut ſcribit* Diodorus. Hinc *Silius:* Pli. lib. 15. ca. 2. Trapetes, id eſt mola olearia.

Inuento primam Lybien profudit oliuo.

Fraces. Amurca. Examurcari. *Ex oleis fæcem expreſſam antiqui* Fraces *dixerunt, oliui uerò ipſius* Amurcam *: à qua* Examurcari *, ſordibus purgari.* Oleam *tradit* Feneſtella*, in* Italia*,* Hiſpania*, & Africa non fuiſſe,* Tarquinio Priſco *regnante, anno centeſimo octogeſimotertio.* Vrbis *quidem anno quingenteſimoquinto,* Appio Claudio Cæci *nepote.* L. Iunio *conſulibus olei libræ duodenæ aßibus uenicre; & mox anno ſexcenteſimo octogeſimo.* M. Seruius. T. F. *ædilis curulis, olei libras denas ſingulis aßibus præſtitit po.Ro.*

Lib.15.cap.11. *per totum annum. Minus ea, inquit* Plinius*, miretur, qui ſciat poſt annos.xxij.* Cn.Pompei *quarto conſulatu oleũ prouincijs* Italiam *miſiſſe. Fit & è nucibus iuglandibus*

Carynũ oleum. *oleum, quod* Carynum *nominant.* Alopecijs *utile eſt, tarditatiq́; aurium infuſum, cæterum ſapore graui. Vnde apud nos eſculentis non miſcetur, ſed in lucernis funiculum nutrit ardentem: ueluti & quod è lini ſemine raporum raphaniq́; exprimitur.*

Petroleon. *Eſt &* Petroleon*, è petris oleum, ſponte defluens. Ab oleo autem inter cætera fit*

Olearia cella & Taberna. Olearium uas. ὑδρέλαιον. Olearia *cella, in qua habetur; &* Olearia Taberna*, ubi uenale exhibetur: &* Olearium uas *ex lapide præſertim excauato, in quo commode ſeruatur:* ὑδρέλαιον *uerò Græcè oleum erit aqua dilutum.*

MEL.

Mellis uſus ad cadauera ſepeliẽda, & aľs res ſeruandas. *Mel apes contrahunt, ſuccum dulciſsimum, ſubtiliſsimum, ad multa condimenta optimum medicaminaq́; neceſſarium. Corpora putreſcere non ſinit, cũ purgandi ſimul, & conſeruandi uim habeat, ut eſt apud* Dionyſium Areopagitam*. Vnde* Babylonij *defunctorum cadauera in melle ſepeliebant, ut refert* Herodotus *in*

Thalia: & Apicius cocus carnes, ut ſine ſale diu durent, melle contegit: mala quoq;, pyra, pruna, ceraſa, ut diutile incorrupta habeantur, cum petiolis in melle ſeruanda præcipit. Vtrum autem ſuccum ex floribus ducant, qui protinus mel fiat, an quæ collegerint, in hunc ſaporem mixtura quadam, & proprietate ſui ſpecies mutent, ut inquit Seneca, non ſatis conſtat. Quibuſdam enim placet non faciendi mel ſcientiam illis eſſe, ſed colligendi. Ariſtoteles hiſt. animalium quinto: Mel non apes, ſed rorem cadentem ad mella deferre argumento eſt, quòd uno aut altero die cellas melle repletas inueniunt Apiarij, illarum curam habentes. Item autumno mel, poſtea quàm detractum eſt, non reparatur: cum tamen illo etiam tempore flores proueniant. Mella primus oſtendit Ariſtæus Athenienſis, ut Plinius author eſt. Diodorus Siculus ſexto Bibliothecæ, Curetes Cretæ populos ſcribit mellis uſum primos induxiſſe. Cyrenenſes mellis & fructuum repertorem iactitant Saturnum, ut refert Macrobius. Alij inuentionem Theſſalis, alij Meliſſo Creſſorum antiquiſſimo regi aſsignant: nonnulli Baccho dederunt. Ouidius:

Mel quomodo Apes producãt.

Apiarij.

A Baccho mella reperta ferunt. Item:
Liber & inuenti præmia mellis habet.

SAL.

Sal omnis, aut fit marina aqua, uel puteana, ſtagnorumue, aut gignitur. Ad obſonium & cibaria utilior quiſquis facilè liqueſcit, & humidior, utpotè qui minorem amaritudinẽ habere creditur: ſeruandis aptior acer & ſiccus. Vita nanq; humanior ſine ſale nequit degere, adeoq; neceſſarium eſt elementum, ut tranſierit in-

tellectus ad * uoluptatem. Animi quoq; ſolatia, ut inquit

Sales. Plinius, ſales appellantur, omniſq; uitæ lepos, & ſumma

Hermol. ita legit, ad uoluptates animi quoq. Nã ita ſales appellantur. hilaritas, laborumq; requies non alio magis uocabulo conſtat. Quid ſi Samia legendum ſit, ut in pluribus codicibus habetur, non ſolatia, per quæ uoluerit acumina ſignificare. Hinc Terentius:

Pli.lib. 31. ca. 7.

Quis habet ſalem quod in te eſt.

Samium Samium uerò pro acuto poſuiſſe ueteres, ex Marcelli authoritate ſatis notum eſt: hoc æſtimandum relinquimus. Ancus Martius rex, ſalis modia ſex midia in cõgiario dedit populo, & ſalinas, in quibus ſal, primus inſtituit.

Salinæ. Varro etiam uice pulmentarij ſale uſos ueteres, ſcriptum reliquit: à quo inter cætera Salitùm deducimus, & Salſamentum ad uſum ciborum. Vnde Salſamentarij, qui alio nomine Salarij, uendentes ſalſamenta, quorum aquam Muriam dicimus, ad ſalem iterum (ſi coquatur) redeuntem: & Salſamentarium, uaſculum uel lapideum, uel figlinum: ſiue ligno excauato Monoxylum, in quo habentur. Salſa omnia minuunt corpus: nam inter κακόχυλα, ideſt mali ſucci ponuntur, quorum contraria εὔχυλα dicentur.

Salitus. Salſamentum. Salſamentarij. Salarij. Muria. Salſamentariũ. Monoxylon.

OVVM.

Ova gallinarum maximè ſorbilia, recens nata, inter ganeatos cibos numerãtur: εὐςόμαχα ſunt, ut ſcribit Dioſcorides. Nullus eſt certe alius cibus, qui in ægritudine magis alat, neque oneret, ſimulq; potus uſum & cibi habeat. Auicennas quoq; multæ alimoniæ eſſe illa aſſerit, quoniam plurimum ſubſtantiæ ipſorum conuertitur in nutrimentum. Prandij dabantur initio, ueluti, nunc, recens nata ſorbilia. Horatius:

Ideſt, ſtomacho utilia.

Ab ouo Vſq; ad mala citaret, Io Bacche.

Apud quem Cacius longa meliora rotundis exiſtimat. Ipſius hæc uerba ſunt:

Longa quibus facies erit ouis, illa memento
Vt ſucci melioris, & ut magis alba rotundis
Ponere: nanq; marem cohibent calloſa uitellum.

Oua meliora & quomodo ſeruẽtur.

In his quod candidum, alborem uocat Apitius, albuginem Plinius, medici albumen. Hoc admixtum calci uiuæ, glutinat uitri fragmenta. Quod croceum eſt, Vitellus nuncupatur. Martialis:

Albor. Albugo. Albumen. Vitellus.

Candida ſi croceos circumfluit unda uitellos.

Oua menſe Auguſto nata, decreſcente luna diutiſſime incorrupta habentur. Seruari autem illa in lomento, aut in paleis per hyemem: æſtate in furfuribus utiliſſimum. Sale exinaniri creduntur.

SACCARVM.

Saccarum mel dicimus in harundinibus collectum. Hoc fert Arabia, producit & India: ſed & Creta, Italia, & Sicilia mittunt Saccarum. Intellexit de eo Strabo cum ſcribit in. xv. Harundinem in India mel ſine apibus. Hinc Seneca ad Lucilium: Aiunt inueniri apud Indos mel in harundinum folijs, quod aut ros illius cœli, aut ipſius harundinis humor dulcis & pinguior gignat. Optimum eſt dulciſſimum, & condimentis aptiſſimum, ita ut nullum edulij genus (ut in adagio eſt) reddat inſipidius: unde in pulmentarijs, teſtuacijs, iuſculis, & omnibus ferè cibarijs, hoc tempore qui ſunt potentiorum ἀρχιμάγειροι, uel coqui, eo utuntur. Pigmentarij quoque ad tragemata ſaccaro multa integunt, & panes dulciarios, additis

Saccarũ ubi, & quomodo gignatur.

Saccari uſus.

nucibus,pineis, uel amygdalis, ad ientacula conficiunt. Sed & nuces,poma,ſiliquas,aſparagos,allium,cucumeres,iſicia,fungos,& quæcunq; id genus eſculenta(ut cætera taceam)ſpeciarij ſiue dulciarij noſtrates è ſaccaro, ut uera & natiua diceres,concinnant. Iure igitur penario, ſed minime humido, ſaccarum ad quotidianos uſus ſeruabimus.Condemus & piper,cæteraq; aromata,quibus epulæ multifariam condiuntur.

AROMATA.

Aromata fragrantis odoris ſpecies ſunt pigmentorum.Inter quæ habentur nux, quam Græci Myriſtica nux. *μυριςικὴ, Aromatopolæ(qui Aromatarij, & pigmentarij, ac Speciarij à ſpeciebus) Moſcatam dixere, bonum oris odorem facientem:oculis,epati, lieni, ut refert Auicennas,conferentem:Piper,Cinamum,Gingiber, & Caryophilum.Addidere Crocum nonnulli.Nam & his miſcetur, in ſapore uim habens Aromaticam.* Piper. *Piper arbuſculæ producunt, iuniperis noſtris ſimiles. Quarum ſiliquæ, in quibus grana ſunt, priuſquam dehiſcant, decerptæ, toſtæq; ſolibus, faciunt piper quod uocatur* Piper longũ & candidum. *longum: dehiſcentes autem per maturitatem, oſtendunt candidum piper, quod deinde ſole torrefactum, colore rugisq; mutatur.De his Auicennas,Galenus,& Dioſcorides meminerunt. Frequens naſcitur in India, & cum calidiſsimum ſit, in cibis magis hyeme quàm æſtate probatur. Sed hoc mirum quod legimus, piper & ſinapi, integra ſi deuores, uentrem non excalfacere: ſi trita, excalfacere.* Gingiber. *Gingiber à pipere ſapore penè non diſtat, in Arabicis Troglodyticisq; pagis naſcitur. Parua eſt herba, radice candida, celeriterq; cariem,*

in tanta etiam amaritudine, ſentiente. Hinc condiunt eam multi cum melle, ſaccaroúe, in uaſculis reponunt, & Italis tranſmittunt. Caryophilum pipere grandiſculum eſt, cum capitellis dentatis, ut tradit Serapio. In nemoribus Indicis genitum uehitur ad nos, odoris & medicinæ gratia: in cibarijs ſtomacho conferens uomitum & nauſeam arcere creditur. Cinnamomum, ſiue Cinnamum, ſurculus eſt odoratus, in æthiopia naſcens, & in Sabeis. India quoq;, ut Strabo teſtatur, & ea maxime quæ auſtralis eſt, Cinnamomum habet, & reliqua aromata. In Arabia uerò Cinnamus auis, ſurculis Cinnami comportatis, nidum ſibi facit, quos incolæ ſagittis plumbatis deijcientes colligunt, ut Ariſtoteles hiſto. animalium nono ſcriptum reliquit. Calidum eſt & ſiccum, ſtomacho prodeſt, caput humore purgat, ut eſt apud Auicennam. Frutex ipſe duorum eſt cubitorum, altitudinis ampliſsimus, palmi minimus, craſsitudinis autem quatuor digitorum. Gignitur in planis, ſed in aſperis denſiſsimisq; rubis & uepribus: ideoq; difficilis collectu. Præcipua bonitas uirgultorum tenuiſsimis partibus. Lignum ipſum in faſtidio eſt propter origani acrimoniam: Xylocinamum appellant. Crocum optimum tradunt ſaliuam ac dentes inficere. Crapulam arcet, ebrietatiq; reſiſtit, tollit pruritus, uenerem ſtimulat, rubicundiora facit corpora, ſomnum inducit, cor conciliat, ut placet Auicennæ, inflammationesq; omnes diſcutit. Fit ex eo unguentum crocinum, quod Crocomagma dixere. prima nobilitas croco datur Cilicio, atq; ibi in Coryco monte, ut ſcribit Plinius, & Vibius Sequeſter. Corycus item mons iuxta Theum,

Caryophilum.
Cinnamomum.
Cinnamum.
Cinnamus auis.
Xylocinamum.
Crocum.
Crocomagma.
Corycus.

Corycei. *culus prænauigatio latronibus infeſtatur, qui Cory=*
cei dicuntur. Hi *mercatores auſcultare ſoliti, uia & opi*
bus cognitis, opes diripiebaut. Quamobrem omnes cu=
rioſos, & occulta, & ſecreta auſcultare geſtientes,
Corcyreos *nuncupamus.* Et *in* Prouerbio *eſt, ut apud*
Coryceus auſcultauit. Strabonem *legimus.* Hunc *ergo* Coryceus *auſcultauit:*
Tmolus. *cum quid & dicere, & facere uult occultè, ueluti* Cory
ceorum inſidias iamdiu expertus. Tmolus *quoq;* Ly=
diæ mons (ut referunt Probus, Solinus, & Lucius Co=
lumella): croco eſt florentiſsimus. Laudatur & Cro=
A Centuripe agro Siciliæ. *cum* Liciũ: & Centuripinũ *in* Sicilia, & Phlęgreũ. Cro
co medici in pharmacis, & plurifariam coqui in pul=
mentarijs utuntur. Huic Crocus *adoleſcens, ut mythici*
fabulantur, in eo mutatus, nomen impoſuit: à quo iam
ad hortos, in quibus bulbo radicis ſeritur, per cauædiũ
tranſeamus.

HORTVS.
CAPVT V.

HOrtus *communi appellatione, ubi her=*
bæ & olera, diſpoſitis areolis, puluil=
liſúe, naſcuntur. Verum *apud antiquos*
omnis uilla Hortus *dicebatur, quòd ibi*
autore Põpeio, *qui arma capere poſſent,*
orirentur. Vnde Plinius, In *duodecim, inquit, tabulis le=*
Heredium. *gum noſtrarum nuſquam nominatur uilla: ſemper in ſi=*
Horti. *gnificatione ea hortus: in horti uerò, heredium.* Horti *ue*
rò numeri pluratiui arboribus ad uoluptatem cõſiti, ut
Pompeiani *horti, &* Lucculliani. Primus *ad animi rela=*
xationem hortos Athenis *inſtituit* Epicurus, Pago Car=
getius. Hinc Papinius *in ſyluis:*

Quas ipſe ſuis digreſſus Athenis,
Malet deſerto ſenior Cargetius horto. Propertius:
Illic uel ſtudijs animum emendare Platonis
Incipiam, aut hortis docte Epicure tuis.

Cicero de natura deorum: Cur tantum Epicuri hortus habuerit licentiæ. Nam, ut ſcribit Laërtius, in horto is ſcholam habuit ubi docebat. Ante ipſum in oppidis illos habere morem ferũt non fuiſſe. Antiquitus equidem horti celebrati: hinc Heſperidum & Alcinoi. Penſiles quoq; ſiue Semiramis eos, ſiue Aſſyriæ rex Cyrus fecerit. Penſiles autem dicuntur, quod ſupra edificia facti uel columnas erecti pendeat. Græci hortos παϱαδείσους, *Latini etiam Pomaria, & Viridaria: quibus adeò me delectari fateor, ut cum ocium datur, in his præſertim umbroſis & amœnis, apricisq́ue, ſpaciari impendio, & deambulare poſt ſedentarium, & publicæ & priuatæ lectionis laborem, comitibus tamen libellis, ne horula pereat: modo in umbra, modo in ſole cõſueuerim, exiſtimauerimq́; ſemper domum, licet ornatiſſimam, ſine hortis, non domum ſed ergaſtulum, & tenebricoſum carcerem appellandam. Olus uerò unaqueq; herba ſatiua imprimis erit, qua ueſcimur: unde forum olitorium, ubi olera uenduntur. Olitor, qui & Græca dictione* κηπουϱός, *ipſe hortulanus: nam teſte Phoca grammatico,* κῆπος *eſt hortus. unde* ἱεϱοκῆπος *hortus ſacer,* κηπουϱικὰ *hortenſia: quæ antiqui illi frugalitatis dilectores, Acetaria appellabant ab accipiendo: quòd expedita ac parata ſemper eſſent. Omnino hortus papaueris eſt macellum: unde Macellotas, inquit Varo, Iones hortorum oſtiola dicunt,*

Pẽſiles horti.
Παϱάδεισος.
Pomaria.
Viridaria.
Olus.
Olitoriũ forũ.
Olitor.
κηπουϱός.
κῆπος.
ἱεϱοκῆπος.
κηπουϱικὰ.
Acetaria.
Macellotæ.

Macellum. & forum olitorium diu nominatum eſt Macellum. Apuleius in Apologia magiæ: Olitori & cauponi merito eſt conceſſum, olus & uinum ex nobilitate ſoli commendare: & olitoria inſtrumenta, ut marræ, ſarcula, ligones, pala, bidentes, compluriaq́; alia, quibus ad hortorum culturam utuntur: quæ imprimis foßione, & exherbatione inutilium herbarum conſtat: qualis eſt gramen herba notißima, à qua graminoſus ager Columellæ. Ab olla, ut inquiũt, olera nomen acceperunt: Vnde olla olera legit, prouerbio dicitur: de quorum pauculis ad condimenta generibus, quæ digeßimus, hæc ſunt. Adiunximus & coronamenta: de arboribus etiamnum, quibus horti conſiti eſſe debent ad uoluptatem, nonnulla conſcripſimus. In herbis autem multa efficacißima ad morbos remedia ſunt: unde Herbarij tot medici, qui uim & naturam herbarum noſcere ſtudent: & herbariam medicinam primum à Chyrone monſtratam docti & indocti paßim profitentur, ſæpius circumforanei allium (ut dicitur) pro cepa uendentes. Adijcienda fuerant hortis ac coronamentis aluearia & apes, res præcipui quæſtus & compendij, cum fauent: ſed quoniam in pagis illarum curam habere ſolent μελιττουργοὶ mellarijúe ruſtici, iure prætermiſſa nemo, ut opinor, culpabit.

Olitoria inſtrumenta.

Gramen.

Graminoſus ager.

Olla olera legit, Prouerb.

MENTA.

Menta herba notißima eſt, cuius odor animũ, & ſapor auiditatẽ in cibis excitat. Mentæ nomen, inquit Plinius, ſuauitas odoris apud Græcos mutauit, cũ alioquin Mintha uocaretur. ἡδύοσμον illi nomen eſt. Mentam uerò exiſtimãt dictam à nomine Minthes: quam ferunt pellicem Plutonis à Proſerpina deprehenſam, in

Lib. 19. cap. 8.

ἡδύοσμον.

mentam deformatam fuiſſe. Hinc nos diſticho:

Summani pellex terram tenet arctius ulnis.

Miraris: uerus uſq; perennat amor.

AMARACVS.

AMaracus herba ab amaraco nomen habuit, qui puer regius cum odorifera geſtaret unguenta, caſu lapſus, fracto uaſculo, odore unguinis in herbã mutatus eſt: quam alij Sanſucum, Romani Perſam uocitant. Ex hac unguentum odoratum & oleum fit Amaracinum. A. Gellius: Nibil cum fidibus graculo, nihil cũ amaricino ſui. Lucretius: Sanſucus. Perſa. Amaracinũ & Sanſucinum unguentum.

Poſteſq; ſuperbos

Vngit amaracino & floribus miſer oſcula figit.

Dicitur & Sanſucinum à ſanſuco. Plinius in xiij. Similis & in ſanſucino, admixtis omphacio, calamo. Optimum hoc in Cypro & Mitylenis, ubi plurima ſanſucus. Et in. xxj. de ſanſuco loquens: Fit ex ea oleum, quod ſanſucinum uocatur, ſiue amaracinum, ad excalfaciendos, emolliendosq; neruos. Non poſſum non admirari cõplures uiros alioquin eruditos amaricinum pro amaracino barbare etiam ſæpius effutire. Cap. I.

SERPYLLVM.

SErpyllum, quod græci ἕρπυλλον, unde & Serpullum (etiam ſi à ſerpendo nomen accepiſſe autor eſt M. Varro rei ruſticæ tertio) herba eſt folijs, ramuſculisq; ſuper terram ſerpentibus. imprimis odorata: de qua meminit Vergil. in Bucolico ludicro de Theſtili intinctum faciente, ſic ſcribens: Serpullum.

Allia ſerpyllum atq; herbas contundit olentes.

Ad medicinam efficacius ſylueſtre, in aceto decoctũ,

frontiq́; temporibus illitum cum roſaceo, capitis ſedare creditur dolores.

LIBANOTIS.

Roſmarinus. *Libanotis herba odorem thuris habens,* Roſmarinus *latine appellatur. Columella de cibarijs apũ ruſticæ diſciplinæ decimo, Poſt hæc, inquit, frequens ſit incrementi maioris ſurculus, ut* Roſmarinus. *& paulò poſt:* Nam *ſunt etiam languentibus remedio* Cythiſi*, tum deinde caſiæ atq; pini, &* Roſmarinus. *Hæc trita, & cum aqua ſparſa per ædes, pulices nigellos necare dicitur. At ſuccus eius regium morbum pellit & uiſum exacuit.*

SALVIA.

ἐλελισφακόν. *Saluiam latinè noſtri, qui nunc ſunt herbarij, græcè* ἐλελισφακὸν *nominant, mentæ haud diſsimilẽ, canam & odoratam. Hãc cum* Artemiſia *alligatam qui habet uiator, laſsitudinem ſentire itinerariam negatur.* Paralyticis *prodeſt, dolorem dentium ex uino impoſita minuit, & contra ſerpentium morſus exhibetur.* Artemiſia. *Artemiſia ipſa ab* Artemide *dicta eſt, ſiue ab* Artemiſia *regina, cum prius* Parthenis *uocaretur: quæ omnibus fœminarum malis medetur.* Eandem *quoq; ſecum habentibus negant nocere mala medicamenta, beſtiamúe ullam: ne* Solem *quidem, ut ſcribit* Plinius.

OCYMVM.

Ocymum à celeritate naſcendi ex græco ſibi nomen uendicauit, autor Pompe. Plinius: In *horto ſatorum celeberrime naſcuntur ocymũ, blitum, napus, & eruca. Celerius quoq; idipſum putant erumpere, ſi inter ſationis initia calida aqua fuerit aſperſum.* Odore

initia

non improbatur: durat per autumnum, & Theophraſto authore in lib. de plantis, tonſum diminutumq́; regerminat: mammis illitum lactis prouentum extinguit: capiti uerò cũ roſaceo cephaleam tollit: ſemen autẽ cũ ceramento ſutorio uerucas pellit. Eſt & Ocymum genus quoddam pabuli, ut M. Varro diſciplinæ ruſticæ primo atteſtatur, Id eſt ſegetes uirides ſectæ, antequam ſiliquas generent, bubusq́; datur, ut citam aluum faciat, unde nomen accepit.

Cephaleã acutũ quoddam peſtileſcq; capitis malum Celſus appellat.

APIVM.

Apium folia habet petroſelino ſimilia, uerum maiora. Honos ipſi in Achaia coronare uictores ſacri certaminis Nemeæ. Hinc Iuuenalis:

Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita ſaltu
Proſtitui, Graiæq́; apium meruiſſe coronæ.

Et Plutarchus in Thimeleontis uita, Corinthios refert apio coronare eos, qui apud Iſthmon uiciſſent, ſacram, & patriam coronam apium exiſtimantes. Quemadmodum & apud Nemeam apio coronabantur uictores, cum pinus nondum in uſus ueniſſet. Ab apij etiam num corona, quam L. Apius in Achaia meruit, Apiorũ gentem Romæ eſſe cognominatam legimus. Sapor eſt apio acutus & odoratus, uelut aneto & fœniculo: unde Auicennas tradit illud oris optimum odorem facere. At in condimentis quibuſdam peculiarem gratiam habet: præterea ſi piſces in piſcinis ægrotent eo uiridi recreantur. Petroſelino autem nomen impoſuit: nam πέτρα lapis, & σέλινον apium dicitur. Plinius. Alio genere petroſelinon quidam appellant in ſaxis natum. Eſt & Buſelinon, Helioſelinõ, Oreoſelinõ, & Hippoſelinõ,

Apiorum gens.

Petroſelinon.

Plin. li. 20. c. 12.

omnia ex eodem nomine apud Græcos pendentia, ἀπὸ τοῦ
Selinis. *σέλινον, urbs Selinis dicta, quòd ibi plurimum naſcatur, ut ſcribit Vibius Sequeſter.*

ANETHVM.

ANethum, authore Plinio in xviij. & coquorũ, & medicorum gratia naſcitur: nam in conditu-ris non inſuaue eſt, & ſemen eius feruens: olfactum ſingultus cohibet, ac ex aqua potum, ſedat cruditates. Ipſius quoque ad tormina uis efficax: nam doloribus confert, ut Auicennas teſtatur. Eius comas in ſummo ſe-
Muſcaria. *mina mittentes, Muſcaria appellabimus, qualia ſunt fœniculo, apio, coriandro, & alijs. Plinius lib. xij. cap. xxvj. de panace loquens: Semine, inquit, in muſcarijs dependente, ut ferulæ.*

ANISVM.

ANiſum in condimentis peculiarem gratiam habet, à Pythagora inter pauca laudatum, ſiue crudum, ſiue decoctum. Item uiride, aridúmue, omnibus quæ condiuntur, quæq; intinguntur, deſideratum. Quin ipſum oris halitum iucundiorem facit, fœtorem tollens matutinis manducatũ. Cum Zmyrneo & melle exiguo inſomnia leuat, ſuſpenſum in puluino, ita ut dormientes olfaciant. Appetentiam ciborum facit, mox uino collutum, uultum præſtat iuniorem.

FOENICVLVM.

μάραθρον. *FOeniculũ, Græco nomine μάραθρον, oculorũ claritati mirè cõfert. Angues per hyemem membrana corpori obducta, fœniculi cibo impedimentum illud*
Senectus. *exuunt: Senectutem & Vernationem uocitamus. Iidem*
Vernatio. *oculorum caliginem, quam hyberno latibulo contraxerant,*

rant, μαςάθςῳ ſeſe adfricantes, deponũt atq; oculorum aciem refouent, ut ſcribit Auicennas ex Democriti authoritate. Vnde experimentis poſtea cognitum eſt idem præſtare hominibus. Nam ſuccus eius cum melle Attico uetuſtiſsimam licet caliginem diſcutit. Serenus:

Si tenebras oculis obducit pigra ſenectus,
Expreſſæ marathri guttæ cum melle recenti,
Detruſare malum poterunt.

Depulſare forte pro detruſare.

RVTA.

RVta apricis locis & ſiccis cinere uult nutriri, ut Plinius & Strabo tradidere. Gaudet & umbra fici, ut Auicennas ſcriptum reliquit: quoniam eius radices indigent calore, ut eſt apud Ariſtotelem in Problematibus. Peculiaris eſt illi authoritas propter uenena, quibus remedium exhibet præſentarium. Vnde & muſtellæ contra ſerpentes dimicaturæ, Ruta ſe muniunt. & Cn. Pompeius uictoria Mithridatica in ſanctuarijs (quæ ἀπόῤῥητα & arcana) regis manu ipſius Antidoti ſyntheſim inuenit ex duabus nucibus ſiccis, ficis totidem, & Rutæ folijs uiginti ſimul tritis, mica ſalis addita: quod ieiunus ſi quis ſumpſerit, uenena eo die innocua experietur. Rutam furtiuam fertilius putãt prouenire, ſicut apes furto ſubſtractas peſsimè: eiuſdem quoq; fruticem pluribus annis durare, niſi mulier, quæ in menſtruis profluuio ſanguinis ſit, eum tetigerit, & ob hoc inaruerit.

Venena ne noceant.

SATVREA.

SAturea fragrantis odoris herba eſt, quam Thymbram nonnulli uocant: diuerſam credit Columella. Hæc campo Troiæ uicino (ut aiunt) nomen impoſuit, per quem fluit amnis Thymbreus, ut refert Strabo: &

Thymbra.

Thymbrei Apollinis haud longè templum fuerat, à campo ſic appellati. Pompeius à monte Troiano dictum exiſtimauit. Saturea autem ipſa, Venerem emortuam ſuſcitat in cibis ſumpta: unde ex Græco (ut quidam uolunt) nomen ſibi uendicauit: quaſi ſatyrea, ut ſatyri in Venerem proni & ſalaces.

PYRETRA.

PYretra herba eſt aromatica linguam adurẽs: nam πῦς *ignis eſt. Eius folia in acetarijs probantur. Radice uerò utuntur pigmentarij, qua manducata (ut dicitur) ſi quis glandẽ mentulæ ſaliua humectauerit, in coitu ad duciclunium coget fœminam, de quo Lucretius:*

Idq́; ſua cauſa conſuerunt ſcorta moueri,
Ne complerentur crebro, grauidæq́; iacerent,
Et ſimul ipſa uiris Venus ut concinnior eſſet.

Duciclunium. *Ita enim dicere placuit Duciclunium, ſicut Apuleio* Duciclunex. *Poſcinumum. Præterea Duciclunex meretrices dicuntur, quas alij recelliclunias, mobilitate clunium non ſine Venere amatorculis placere elaborantes:*

LACTVCA.

LActucæ à lacte, authoribus Plinio & Varrone nominatæ, naturam habent refrigeratricem: & ideo per æſtatem gratæ, ſtomacho faſtidium auferunt, cibi appetentiam faciunt, & ſomnum conciliant, ut ex Gale- Papauer. *no ſcribit Auicennas. Præcipuum ad hoc eſt papauer,* Opium. *cuius è ſucco fit quod Opium uocant, habens per ſomnum uim, ſi copioſius ſumatur, mortiferam. Ignauius eſt* Meconium. *meconium, ſuccus è capitibus (quæ κώδεια Græci) folijsúe decoctis. Diuus Auguſtus priſtinam olim ualetudinẽ lactuca recuperauit, Muſæ medici prudentia. Columella*

ruſticæ diſciplinæ undecimo:
Iamq́; ſalutari properet lactuca ſapore,
Triſtia quæ releuat longi faſtidia morbi.

Antonij Muſæ medici in Auguſto meminit Suetonius, cui ob reſtitutam Cæſari ſanitatem Po.Ro. ſtatuam iuxta ædem Aeſculapij erexit. Lactucarum criſpas Cappadocas uocant: Seßiles uerò quæ latè per terram diffunduntur: Endiuia quoq; lactucarum generi eſt aſcribenda. Satiua magis probatur, & illa præcipuè quæ folio criſpo ſolet prouenire: nam elixa εὐςόμαχ⊕ *cenſetur. Altera ſponte pullulãs longo & anguſto caule intubis haud diſſimilis eſt. Intuba ipſa à ieiuno in cibis ſumpta, ſemper epaticis profuere, ut aſſerit* Theodorus Priſcianus: *à medicis impenſius laudatur* Endiuia. *Epaticis enim mirè cõfert, ſtomacho ſaluberrima, ut eſt apud* Auicennam. Cappadocæ. Seſſiles. Endiuia. Intuba.

ERVCA.

ERucæ herbæ uis ineſt calida, ideoq́; frigora contemnit, & lactucæ miſcetur in cibis, ut illius temperet frigiditatem. Venerem quoque ualenter excitat: Hinc poëta in Moreto:
Venerem reuocans eruca morantem. Et Columella:
Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.

Verum ad hoc efficatius eſt ſemen, quod Galenus in Pharmaceuticorum libello ponit in Satyrijs, hoc eſt compoſitionibus ad libidinem excitandam. In condiendis uerò obſonijs tanta fuit eius ſuauitas, ut Græci εὔζωμον *appellauerint: in quod* Plinius *in uigeſimo ſcriptum reliquit. Eiuſdem ferè ſaporis eſt* Naſturcium, *dictum à narium tormento, quòd animum ita exacuit, ut contra torpentem ſomniculoſum dicamus:* Ede Naſturcium, Satyria. εὔζωμ⊕. Naſturcium. Ede naſturcium prouerb.

nigra modicè inhiberi. Illinitur alopetiis cruda, & ulceribus in capite manantibus. Cocta fluctuationes ſtomachi & uentris ſiſtere exiſtimatur: & cum braſsica in dolio uini ſapor corrumpatur, odorem folijs Betæ demerſis, reſtitui, author eſt Plinius. Inter Annuicaulia ſiue annui fera numeratur: germina inareſcentia quidem, & exoleſcentia, ſed radices retinentia, quæ annuatim pullulant: ut Hyſopus, lateris morbo, quæ dicitur πλευρῖτις, conferens. Siliquaſtrum odore piperis, unde etiam Piperitis: Lapatium quandoq; rumex, & eius omnino ſpecies acetoſa: Meliſſa, Nepeta, Santolina in acetarijs hyeme grata: Pulegium brumali die ſuſpenſum in carnarijs floreſcens: μυριόφυλλον, Milleſolium, capillamenti modo foliosum: Marubiũ quod πράσιον, eximiè Hæmoptoicis utile: Betonica, domũ in qua ſata ſit, tutam reddens à piaculis omnibus: γλυκύῤῥιζα, dulciradix, quæ uulgò Liquiritia, tuſsi conferens: & Liguſticũ, ad intrimenta laudatum: Panacem aliqui uocant, quod nomen omniũ morborum remedia promittit, ut Plinius author eſt. Annuicaulia. Hyſopus. Siliquaſtrum. Pulegium. Myriophyllon. Marubium. Betonica. Glycyrrhiſa. Panace.

INVLA.

INula calida eſt: hinc radice illius per hyemes in pulmentarijs quibuſdam utimur. Seritur oculis ex radice excifis, ut harundo. Illuſtrata eſt olim Iuliæ Auguſtæ cibo quotidiano, auſteritate tamen aliquantulum pungit. Vnde Horatius acres inulas appellauit. Condita tuſsim ſedare creditur: à ieiuno quoq; commanducata dentes confirmat, ſi, ut eruta eſt, terram non attigerit. Inulæ acres.

SINAPI.

SInapi herba nota, cuius ſemine ſemel ſato, uix eſt liberare locum, quoniam cadens protinus uiret: nec

aliud magis ex his, quorum uis in ſublime fertur, iudica uit Pithagoras in nares & cerebrũ penetrare: nam uſus eius etiam pro pulmentario in patellis, inquit Plinius de= cocto, citra intellectum acrimoniæ. Et nunc condimẽtum ex eo faciunt, admixtis uuis paßis, pipere, ficis, ſandalis rubris, ſapa & melle. Contra pituitam tenetur in ore, donec liqueſcat. Gargariſſatur ad uuam cum aceto & melle: ad dentium dolorem manditur: ſenſus atq; ſternu= tamenta purgat, ſtomacho utilißimum.

BRASSICA.

Braßicæ Cato tria facit genera, unam extenſis fo=
Apiana. *lijs caule magno: alteram criſpo folio, quam Apia*
Selinada. *nam uocat & σελίναδα: tertiam minutis caulibus le=*
nem, & tenellã. Cymas à prima ſectione præſtat. Hic eſt,
inquit Plinius, quidam ipſorum caulium delicatior tene=
Prototomus. *riorq; cauliculus: πρωτότομον Græca dictione ueluti*
primæ ſectionis uocitamus. Columella:

Sed iam Prototomos tempus decidere caules.

Braßicæ uerò ipſæ uel quaſi paßicæ dicuntur, ut ſcri
bit Varro, uel à præſecando, quia folia præſecamus è
Caules. *thyrſo, ut Pompeius. Sed & Caules nuncupantur, unde*
Cauliculi. *Cauliculos ſiue coliculos deducimus. Et capitatos caules*
Lacuturres. *prægrandes capite in orbem porrecto, olim Lacuturres:*
Sabellici caules. *& Sabellicos caules uſq; in admirationem criſpos appel*
lamus. Verumetiam herbarum plurium ſtipites, qui
Thyrſi. *Thyrſi & Scapi hoc nomine ſignificantur. Inde Vnicau=*
Scapi. *lis herba, quæ unico tantum caule creſcens in ramulos*
Vnicaulis. *non diffunditur. Braßicæ cibo ſenſus purgantur. Eraſi=*
ſtrati diatriba tenuit nihil ſalubrius, nihil utilius eſſe
ſtomacho, & neruis Braßica: ideoq; paralyticis, & tre=

mulis,& hæmoptoicis eam dari iuſsit. Eſt autem pauci nutrimenti:crapulam ſoluit, ebrietatem retardat, ut refert Ariſtoteles,& Auicennas. Nam exiccat uapores ut Galenus atteſtatur: Si quis parum audiat,inquit. M. Cato in re ruſtica,terat cum uino braſsicam, ſuccumq; expreſſum tepidum in aurem inſtillet,cito intelliget ſe plus audire. Dioſcorides deniq; medicus tradit populum Romanum ſexcentis ferè annis medicina braſsicæ uſum: nondum enim ad urbem conuenerant medici,qui pigmēta ſecum attuliſſent, ſed ea tempeſtate militares uiri glorioſas cicatrices gratuito olere curabant. Ad auriū auditum.

ATRIPLEX.

ATriplex & ſylueſtre & ſatiuum eſt olus,accuſatum à Pythagorà, tanquam faceret hydropicos,morbum regiū,& pallorem. Addidere medici, Dionyſius & Diocles,gigni ex eo plurimas ægritudines,nec niſi mutata ſæpius aqua,coquendum. Illinitur autem ſalubriter incipientibus furunculis, ſiue crudum, ſiue coctum fuerit. Atriplicis olus Græci ἀτράφαξϋ appellant, authore Columella in duodecimo. Decipiuntur profecto,qui exiſtimant Atriplicem eſſe Spinaciam. Ita enim noſtri temporis medici herbam illam ſemine ſpinoſo uocitant,cum olus Hiſpanum fortaſsis, ſiue Blitum, rectius poſsit & debeat nuncupari. Ἀτράφαξις. Dioſco.lib.2. Spinacia. Hiſpanum olus.

BLITVM.

BLitum herba eſt iners ſine ſapore, aut acrimonia ulla: unde conuitium apud Menandrum poëtam uxoribus faciunt mariti: & Plautus bliteam dixit meretricem. Stomacho inutilis eſt, uentremq; adeò turbat,ut choleram faciat aliquibus. Clauis tamen pedum

& lienibus prodeſſe creditur. A ſaporis autem ſtupore
βλάξ. appellatam eſſe ex Græco, quòd ab illis βλάξ ſtupidus
dicatur, Pompeius exiſtimauit.

CORIANDRVM.

CORiandrum inter ſilueſtria non inuenitur, ſed ubiq; ferè ſatum naſcitur. Præcipuum habetur Aegyptium. Vis magna datur uiridi ad refrigerandos ardores. Simplex edendum non eſt, ſed aceto præparandũ, propter innatam malitiam. M. Varro eo ſubtrito carnẽ incorruptam cum aceto æſtate ſeruari poſſe credidit. Xenocrates uerò menſtrua contineri uno die, ſi granum biberint fœminæ: biduo, ſi duo: & totidem diebus, quot grana ſumpſerint. Hinc Macer:

Xenocrates (inquit) totidem ceſſare diebus,
Menſtrua quot mulier coriandri grana uorabit.

Prohibet & uapores à capite, ut ſcribit Auicennas. In acetò autem albo per diem maceratum, reddit illud aptiſſimum ad pulices necandos, ſi per ædes ſpargatur.

CVCVMIS.

CVcumeres à curuore nomen, authore Varrone, acceperunt: creſcunt qua coguntur forma. In Italia uirides, & quàm minimi ſunt. Cum magnitudinẽ ex-
Pepones. ceſſere, Pepones uocantur: qui in cibis impenſius refrige-
Melopepones. rant, aluumq; molliunt. Sunt & Melopepones, qui non
Melones. pendent, ſed humi rotundantur. Neoterici Melones appellant: quos etiam per ſummam hyemem Galenus imperator exhibuit. Idem recentes uuas triennio ſeruauit. Cucumis ipſe tener & iucundiſſimus fit, ſi antequàm ponatur ſemen lacte maceretur. Nonnulli etiam quòd dulcior
Cucumerarium. exiſtat, hydromele id faciunt. Locus autẽ Cucumerariũ,

ut Cucurbitariũ nuncupatur.Hierony.Eſaiæ.1.ſi tamen Hieronymus eſt:Derelinquetur (inquit) filia Zyon, ut umbraculũ in uinea, & ſicut tuguriũ in cucumerario. Nam in uineis & cucumerarijs fiunt cuſtodiaria,ut uidemus,quaſi gurguſtiola temporaria. Cucurbitarium.

CVCVRBITA.

CVcurbitarũ duo ſunt genera, longæ & rotũdæ. Cõmendantur in cibis longiores, cum rotũdioribus præſertim uaſorũ uice utamur. Plinius: *Nuper in balnearum uſus uenere urceorũ uice, iampridem uerò etiam cadorum ad uina condenda.* Et Columella: *De media,inquit,parte cucurbitæ ſemen inuerſo cacumine po nito,ut fiat incrementi uaſtioris: nam ſunt ad uſum uaſorum ſatis idoneæ.* Cortex non ſiccis *tener eſt,deraditur tamen in cibis, quos ſalubriores præſtant, quæ pendẽdo creuere, prolixiori tamen & tenuiori fructu, qui maius reliquis inuenit pretium.* Nã *earũ genus eſt unũ, quod Camerariũ uocãt:quia cameras & pergulas operit reptantibus flagellis,& capreolis innitẽtibus.Chryſippus medicus illas damnabat,ſed omnium cõſenſu ſtomacho utiliſsimæ,& interaneorum ueſicæq; exulcerationibus iudicãtur:bonũ humorẽ eas generare,& febribus cholericis prodeſſe Auicẽnas teſtatur.Cauendum eſt autẽ,ne eo in loco, quo cucumeres & cucurbitæ cõſitæ ſunt,mulier admittatur:nam ferè ipſius cõtactu, ut notat Columella,uirentium incremẽta langueſcũt: & ſi in menſtruis fuerit,etiã uiſu nouellos fœtus necabit.* Camerariũ cucurbitarum genus.

RAPHANVS.

RAphani adeò frigore gaudẽt: ut in Germania infantium puerorum,ſi Plinio credimus,magnitu-

dinem æquent. Iidem hyberno tempore utiliſsimi in cibis: ructus tamē mouēt, dētibus ſemper inimici: eos enim atterere dicuntur. Androcydes raphanum contra ebrietates mandi præcepit. Mirè uenenis aduerſari ueteres credidere: unde ante alios cibos menſis apponebatur. Calidæ eſſe uirtutis omnium medicorum opinione confirmatur: & nobis quoq; ex uſu licet cognoſcere: nā cū cæteris cibarijs in ſtomacho ſolus ructus mouet. Auicennas, Raphanus, inquit, digerit, & non digeritur. Alexander quoq; Aphrodiſæus in Problematis refert calidum eſſe, humores exiccare & attenuare, mouere autem ex humoribus ſpiritus, ac eos exhaurire, & exinanire, dū per eos eructat. Aegyptij propter oliui fertilitatē, quod de ſemine faciunt, Raphanum impenſius celebrant. Genus eſt unum, quod fronde copioſius, quàm corpore, Armoracia. *Armoraciam noſtri appellarunt.*

PASTINACA.

Staphylium. *PAſtinacæ duo ſunt genera: unum quod agreſte ſpōte proueniens σαφυλίνου Græci dixere: alterum uerò radice uel ſemine, primo uere, ſiue per autumnum, ut ex authoritate Higini ſcribit Plinius: In cibis hyeme uere etiam primo gratiores ſunt: & præſertim coctæ,* Siser. *mox patinis conditæ. Eſt & è genere paſtinacæ Siſer, radice ſubruffa: quam olim Tib. Cæſar illuſtrauit, flagitans eam omnibus annis è Germania. Gelduba fuit oppi-* Careota. *dum Rheno impoſitum, ubi præcipua generoſitas. Careota à neotericis uocitatur.*

RAPVM.

RApa frigoribus dulciora ſunt: cibi uſum Romanis illis, præſertim ueteribus, qui frugalitatē ut

deam adorabant, præſtiterunt. Vnde à Samnitum legatis inuentus eſt M. Curius, cognomento Dentatus, rapum ad ignẽ coquere: authores Plutarchus in apophtegmati bus, & Cicero in Catone maiore. Palma datur in Nurſino agro naſcentibus. Democritus in cibis abdicauit, propter inflationes, Diocles uerò & Dionyſius magnis laudibus extulerunt. Folia etiam cibarijs ſeruiunt, decocta ad minutal, quod Rapaciolum nominamus, Mediolanenſes uero Rapacium. Rapaciolum. Rapacium.

NAPVS.

NApi à rapis lõgitudine imprimis differunt, quos apud Romanos Amiternũ ciuitas in Sabinis laudatiſsimos mittebat. Martialis in Xenijs: Amiternum.

Nos Amiternus ager felicibus educat hortis,
Nurſinas poteris parcius eſſe pilas.

Et Plinius: Palma Romæ Amiterninis datur, inde Nurſijs, tertia noſtratibus. Eſt inter napos genus quodam ſylueſtre, ſatiuũ etiã, radiculæ perexiguæ, ad acetaria non improbatæ. Noſtri Raponciũ uernaculæ dictitant. βούνιον Græci Napum uocant, unde ψευδοβούνιον mentitum napum: nam ψεῦδον falſum notat. Hinc Pſeudoſmaragdus, pſeudopropheta, pſeudolus, pſeudographus falſarius in ſcribendo, & alia complura. Rapõcium. βούνιον. ψευδοβούνιον.

ALLIVM.

ALlium in caput creſcit, nucleosq; membranis, quibus ueſtitur, includit. Aſperũ eſt ſapore, & quo plures habuerit nucleos, eo aſperius. Tradidere nõnulli interlunio poſitum, & item luna ſilente, intermeſtriúe euulſum, odoris fœditate cariturum. Oculos hebetat, inflationes facit, Stomachum lædit copioſius

ſumptum, ſitimq; gignit. Somnos tamen prouocat, atq; in totum rubicundiora reddit corpora. Gallinis quoq; contra pituitam prodeſt. Auicennas cum uino dandum præcipit aduerſus ſerpentium morſus. Galenus uerò
Ode.3. Theriacam appellat ruſticorum. At Horatius in Epodo illud execratur:

Edat cicutis allium nocẽtius, O dura meſſorũ ilia,
Quid hoc ueneni ſæuit in præcordijs.

Theriacha. Theriaca autẽ inter remedia eſt præſentaria contra uenena ferè oĩa: ſic dicta, quòd uenenis beſtiarũ aduerſetur: alij quòd è uiperarũ carnibus cõſtet, quæ naturalẽ quendã & mutuũ affectum habẽt, quem ἀντιπάθειαν uocãt, aduerſus quóduis animal uenenoſum. Admiſce-
Dictamus. Eupatorium. tur præterea Dictamus herba, cui proprietas cũ corde:
Scolopendriũ. Eupatoriũ, cum iecore: Scolopendriũ, cum liene: Petroſe-
Petroſelinum. Seſeli. linũ, cum uentris orificio: Hyſopus, cum ſepto & pul-
Helenium. mone: Seſeli, cum ueſica urinæ: Helenium cum renibus:
Ruta. Gentiana. Ruta cum colo, & cum cerebro Gentiana.

CEPA.

Cepæ plura ſunt genera: nobilior eſt Aſcalonia ab oppido Iudææ. Nã ut refert Strabo in xvj. Aſcalonenſium regio præcipuè fert cepas. Optimæ, rotũdiſſimæ: item ruffæ acriores, quàm candidæ, ſiccæ quàm uirides, crudæ quàm coctæ. Cepa oculos mordet: unde à Græ-
Κρόμμυον. cis nomen impoſitũ κρόμμυον quaſi pupillã oculi com-
Lachrymoſa cepa. primi cogeret, ut ſcribit Ariſt. in problematibus. Vnde lachrymoſa dicitur à Columella. Reuireſcit, & congerminat decedẽte luna, inareſcit creſcẽte. Quam ob cau-
Peluſiotæ cur cepis abſtineãt. ſam ſacerdotes Aegyptij credunt Peluſiotas cepis abſtinere, quia ſolum olerũ contrarias lunæ uices habeat mi-

nuendi atq; augendi. Hinc diuus Hieronymus: *Impelle, ſi uales, Peluſioten ut edat cepe.* Adde quod *allium & cepas inter deos iureiurãdo habet Aegyptus: ex quo exijt illud Satyrographi poëtæ:* Alliũ & Cepã inter deos referri ab Aegyptijs.

Porrum & cepe nefas uiolare & frangere morſu.
O ſanctas gẽtes quibus hæc naſcũtur in hortis Numina.

Cepis caput grauatur, cerebrũ infeſtatur, ſomnusq; grauis inducitur: Hæmorrhoidibus tamẽ tritæ, impoſitæ uehemẽter proſunt. In cibis aluum molliunt, & appetẽtiam faciunt. Earum folliculum Taliã *appellamus: nam* Talia. *Talea lignum eſt præciſum ex utraq; parte, ſed cuſpidatum in ima, plantandi gratia: à quibuſdam etiam ponitur pro* Teſſara, *hoc eſt, ligno complanato, quo numeros notant ruſtici, idiotæ mechanici: & imprimis apud nos pagorum magiſtri.* Talea. Teſſara.

BVLBVS.

B*Vlbus haud diſsimilis cepæ uenerẽ impẽdio excitat, ut ſcribit* Dioſco. *unde epigrãmatarius poëta:*

Cum ſit anus coniunx, cum ſint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis, quã ſatur eſſe potes. Et Columella in .x.
Quæq; uiros acuunt, armantq; puellas,
Iam Megaris ueniant genitalia ſemina bulbi.

Quibus adſtipulãtur M. Varro & Apicius *ſcribentes, nuptijs legitimis Bulbos ſpõſis apponi ſolitos, cũ nucleis pineis, aut erucæ ſucco, & pipere ad uſum ueneris. Megarici à Megaris urbe Græca, in diſciplina ruſtica à* Catone *celebrãtur. Eſt bulborũ genus* Epimenium, *& per diminutionẽ* Epimenidiũ *e* Scylla. *Bulbos autem ſcito generaliter dici radices rotundas tunicatas: quales ſunt croci, narciſsi, & harundinum.* Bulborum uſus in nuptijs. Epimenium. Epimenidium.

PORRVM.

Porri duo habētur genera, ſectiuum & capitatū. Sectili Nero Imperator authoritatē dedit, cum co uocis gratia, præſertim æſtiuis menſibus, uteretur: uiſco ſitatem nāq; habet lenitiuam, qua confert arteriæ pul=
Trachea. *monis, quæ eſt Trachea, ne exiccetur. Præterea purgati uum eſſe gutturis teſtatur Ariſtoteles. Capitatū uerò in caput creſcit: unde nomen. Id fiebat ſuppoſita tegula uel ſilice: frequenti etiam translatione in caput rotundatur. Succum letiferum eſſe oſtendit Plinius, qui ſcribit Me= lam equeſtris ordinis, rerum ex procuratione à Tiberio*
Porri ſuccus. *Cæſare accerſitum in ſumma deſperatione, ſucco porri ad trium denariorum argenteorum pondus hauſto, con feſtim ſine cruciatu animam exhalaſſe.*

MALVA.

Malua, germanice Pappel. *Maluæ genera duo Plinius poſuit, quæ foliorum amplitudine diſcernantur. In ſatiuis maiorem*
Melopes. Plin. li.20.c.21. *Græci Melopen, alteram ab emoliēdo aluo, μαλάχην*
Μαλάχη. *dixere: Sylueſtrem, cuius folium grandiuſculū eſt & al=*
Althea. *bæ radices, Altheā, & ab excellētia effectus Ariſtaltheā,*
Ariſtalthea. *apoſtemata ferè omnia reſoluentē, ut eſt apud Auicen= nam. Maluā ipſa quæ ſeptimo mēſe in Arabia arboreſce*
Scipiones. *re, & Scipionum, id eſt, baculorum uſum præbere cre= ditur, aculeatis ictibus medetur: uenerem quoq; ſoluit, uel clyſteribus infuſa, uel in cibis ſumpta. Cōmendantur imprimis ex ea cauliculi ſurgētes à radice, quos deraſis prius folijs in modum aſparagorum coctos in cibarijs cū aceto, oliuo, ſale, & aromatis non improbandos ipſe di= xerim. nam guſtu iucūdi aluum ſalubriter emollientes, bonam per æſtates ualetudinem præſtare creduntur.*

ASPARAGVS.

Aſparagi ſylueſtres ac horridi natura fuerāt, uerum altiles facti, ternisq; libris in ſolo Rauennatio ſpectantur. Coruda, inquit Cato, in hortis ſerenda eſt, unde fiant aſparagi: de quibus epigrammatarius poëta in xenijs: Coruda.

Mollis in æquorea quæ creuit ſpina Rauenna,
Non erit incultis gratior aſparagis.

Sic autem ideo dicti, quòd ex aſperis uirgultis leguntur. authores Pompeius & Varro. In aqua citule coquuntur, hinc Auguſtus ad exprimendam in rebus celeritatem dicebat, ut ſcribit Tranquillus, uelocius quàm aſparagi coquat. Aſparagorum altilium, ſatiuorumq; radices ſpongias uocamus. Aſparagis uelocius coquat, Augusti dictum. Spongiæ.

CAPPARIS.

Capparis herba calida, & ſicca in cultis terris nō facile prouenit. Multi enim ſunt experti, ſed in caſſum radices transferentes, & ſemina ſerentes, ut tradit Ariſtoteles in problematibus: Contra in aridis, in incultis, & præcipue parietinis, hoc eſt, muris ueteribus ſine tecto, luxuriat, ſpargens per terrā frutices. Coitum auget, & ſpleneticis impēſius prodeſt (ueluti & Tamarix) mirabilē habēs ἀντιπάθειαν cōtra lienē, ita ut ſi ex ea alueis factis bibāt ſues, ſine eo uiſcere inueniātur: & ideo homini ſplenetico cibum potumq; dedere in uaſis ex ea factis. Quæ expertus in me, teſtari audenter & uerè poſſum, eo remedio lienis duritia liberatus.

ERYNGION.

Eryngion herba aculeatæ mordacitatis ſpinoſa, ueluti carduus. Satiua in cibis probatur radice

tantum, quæ melle, cinnamomo, & caryophylo condita, guſtui non iniucunda, non inſuauis uenerem emortuam excitare creditur.

CARDVVS.

CArduus ſatiuus cibis adhibetur: de quo Plinius, Certũ eſt inquit, carduos apud Carthaginẽ magnam, Cordubamq́; præcipue ſeſtertia ſena à paruis his reddere: quoniã portenta quoq; terrarũ in gancam uertimus, etiã ea quæ conſciæ quadrupedes refugiũt. Manducatus carduus oris cõmendat odorem. Ad eſcã tener habẽdus eſt, aliter improbatur, σκόλυμος Græcè dictus, in latino, ut ait Dioſcorides, Strobilus uocatur, quia nucis pineæ ſpeciem habet, ut uidemus. Vuluis etiam conferre dicitur, & maxime radice ad mares generandos: hinc eſt, quòd matronæ complures, ut uidimus, efflictim carduos appetunt: ni fortaſſe ſit ob uenerem quam excitãt. Vini quoq; appetentiam faciunt. Elixi in patinam ponũtur, menſisq́; inferuntur. Eſſe autem eos cum Cinamo & ſale cõſueuere plurimi: addunt quidam mel & acetum. Carduis ſiccatis utuntur fullones, unde Serenus: Carduus & nondum doctis fullonibus aptus.

Σκόλυμος. Strobilus.

Verum, ut opinor, & ita eſt, hi fullonarij inter ſyluestria numerantur (eorum nanq; plura genera notauimus) quorum florem Pappum nominarunt.

Pappus.

ROSA.

ROſas inter coronamenta hortẽſia, uiolasq́; penè, inquit Plinius, noſtri nouere. De his igitur, lilijsq́; floribus paucula dicemus: poſtquam M. Cato in hortis coronamenta ſeri præcepit. Roſa ſemine uel uirgulto ponitur, ſcrobibus, aut ſulco breuiſſimo. Inſeritur &

Semen roſæ.

ocellis

ocellis radicis,ut harundo: ſemina autem non exiſtimemus medios floſculos, crocei coloris, quos ferunt: nam baccas purpureas nutriunt, quas in pyruli formam plenas ſeminibus poſt uindemiam maturas oſtendunt. Roſam *præcocem habere qui uoluerit, duobus palmis ab ea in gyrum fodiat, & aqua calida rigabit, calice germinare incipiente.* Eius plura ſunt genera: *odoratius eſt, quod in ſpinetis per arua naſcitur: utuntur illo ad unguenta, oliuum, & medicamina pigmentarij.* Validiora *etenim habentur omnia ſylueſtria: quòd, ut inquiunt, his terra perinde ac mater eſt: cæteris nouerca.* Ego ue*rò primam odoris laudem potius dederim roſis, quas nunc paßim* Damaſcenas *dicimus,non ſolum biferas, ſed toto ferè anno floreſcentes.* Roſis *conſita loca* Roſaria, *ut uiolaria, &* Roſeta,*ut lilieta uocitamus.* Græci roſam ῥόδον *appellant:*Inde Cynorhodos *&* Rododaphne *deducta.* Et Rhodinum *oleum è roſis: quod roſaceum noſtri nuncuparunt.* Roſarum *in coronis uſus propè nimius eſt. Cum è floribus fierent ſepta, à ferendo ſeruiæ uocabantur: coronas uerò tenuiores,quibus uſi ſunt antiqui, Strophia, inquit* Plinius,*dixere: unde nata Strophiola.* Verſicolores *Sycionij ex ingenio Pauſiæ pictoris inuenerunt, poſt olympiadem centeſimam.* Flori*bus autem per hyemes deficientibus, ramento è cornibus tincto, coronas hybernas fecerunt, paulatimq; &* Romæ *ſubrepſit appellatio: corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & corollarijs, poſtquàm è lamina ærea tenui auro oblita dabantur. Hæc ille.* Qui *coronas facit Coronarius à noſtris,* ϛεφανόπλοκος *à Græcis dicitur: nam* ϛέφανος *eſt corona. Sed* ϛέφανος.

Damaſcenæ.
Roſarium.
Ῥόδον.
Roſetum.
Rhodinum oleũ & Roſaceum.
Seruiæ coronæ.
Strophia.
Pli.lib. 21. ca.2.
Corollæ.
Coronarius.
ϛεφανόπλοκος.
ϛέφανος.

& uictores in ludis, & uiri fortes in bellis opera ſtrenue nauata, coronas uirtutis præmia reportarũt: quæ, ut plu-
Bellicæ coronæ. *rimum, ex auro & frondibus fuere. Bellicæ celebrantur. oualis, naualis, muralis, obſidionalis, caſtrenſis, ciuica,*
Aurum coronarium. *& triumphalis, quod aurum etiam coronarium: de quibus multa Plinius, & Aulus Gellius.*

VIOLA.

VIolæ plura ſunt genera: purpureæ, luteæ, croceæ, & albæ. Purpuream ſponte naſcentem apricis,
Hyacinthus. *& macris locis è radice exeuntem ὑάκινθον appellant, ab Hyacintho, qui delitiolum fuerat Apollinis, in huiuſmodi florem mutato, ut mythicorum quidam fabulan-*
Ἰα. *tur. Inde ueſtis Hyacinthina: Alij ἴαρ. unde ueſtis ianthina. & Papinius uiolantillam dixit ianthida: nam Hyacinthi eadem illis ſunt uaccinia. Satiuis maior authori-*
Lutea. Flammea. Flox. *tas Luteæ, ut ſcribit Plinius, quæ & Flammea, Flox, & luteola nominatur. Inter uiolas ipſe poſuerim florem odo-*
Caryophilus. *ratum, cuius fragrantia haud diſsimilis Caryophilo, de quo inter aromata iam dictum eſt, merito nomen ab illo ſibi uendicauit.*

LILIVM.

LIlium roſæ nobilitate proximum eſt cognatione olei & unguenti, quod lilion uocant. Candor floris eximius, folijs foris ſtriatis, & ab anguſtijs in latitudinem paulatim ſeſe laxantibus, effigie calathi: reſupinis per ambitum labris, tenuiq; filo, & ſemine ſtan-
Conuoluulus. *tibus in medio crocis. Similem producit in frutetis Conuoluulus herba, ſed ſine odore, nec crocis intus: candorem tantum referens, ac ueluti rudimentum naturæ Lilia facere condiſcentis. Eſt & purpureum lilium:*

Narciſſum uocant à puero Narciſſo: Plinius in. xx. à Narce deducit, ναρκᾶν Græci torporem dixere. Odor quippè illius, caput aggrauat. Eſt & rubens, κρίνον appellant. Quidam inter genera Liliorum & Irim poſuere: radice tantum commendatur nobiliſſimi odoris, ut Saliunca: floret diuerſi coloris ſpecie, ſicut arcus cœleſtis: unde nomen accepit. Sed de his hactenus. Iam ad arbores tranſeamus, ſine quibus horti nec eſſe nec dici poſſunt. Narciſſus. Νάρκη. Κρίνον. Iris. Saliunca.

DE ARBORVM GENERIBVS ALIQVOT.

ARbores in maximo precio habuit rudis illa ueterum antiquitas, utpote è quarum fructibus ante fruges inuentas alimenta, è libro ante uellera ueſtes miniſtrabantur: & ante chartas uolumina texebantur. Ex his quoque oleum corpora liquor recreans, uiresq́; potus uini: tot denique annui ſapores indies maturitate prouenientes, & menſas ſecundas replentes: tot medicamina è frondibus, ligno, floribus, radiceq́; prouenientia. Innumerabiles præterea ſunt uſus earum, ſiue quibus uita duci uix poſſet. Arbore agros arbuſtamus: arbore caua currimus per æquor, aduehentes piper, ebenum, uniones, gemmas, aromata, reubarbarum, caſiam, compluriaq́; alia ad uſus noſtros: Balſamum & thus, ad cultus diuinos arcanaq́; myſteria. Arbore fundamenta in uliginoſis paluſtribus, & aquoſis locis firmamus: arbore conſtruimus tecta: arbore mēſas dolamus: hinc acernæ & citreæ olim precioſiſſimæ: arbore ſedilia, fulcra, arculas paramus: arbore ualidiſſimum elemētum, quo cibaria ad alimoniam Arborum uſus olim uarius.

præparantur, ſeruamus. Habent & arbuſculæ propria numina: Ioui deorum ut dicebãt, maximo eſculus, Apollini laurus, Mineruæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus, Plutoni cupreſſus, Baccho uitis, & Cybeli ſiue Pani pinus dicatæ ſunt. Quin & Syluanos, Faunosq; ſyluis dedit antiquitas: & Dryades, Hamadryadesq; nymphas adfinxit. In hortis autem ponendæ ſunt arbores, & ad uoluptatem, & ad fructuum utilitatem: quarũ Arborum cultura primum. *culturam Eumolpus Athenis primus oſtendit. Sed quoniam plura earum ſunt genera, ita ut uix numerari poſſint, omißis quæ conuenire non uidentur, de quibuſdam, & quidem breuiter dicemus: primumq; de frugiferis, mox de his, quæ uel umbra umbroſa, uel topiario opere uarias ſpecies repræſentantes, impenſius delectant.*

VITES.

Vitibus principatum inter arbores eſſe dandum exiſtimauerim, poſtquàm arboris appellatione illas contineri Vlpianus, & pleriq; ueterum uoluerunt. Nulla enim quæ ſuauiorem, uberioremq; fructum pro- Malleolus. *ducat, arbor inuenitur. In hortis uel malleolo, hoc eſt nouello palmite, ſeu uiuiradice ſerenda eſt ad uoluptatem magis, quàm ad prouentum. Subdiales nanq; deambulationes umbroſis operculis opacat in fornicatis sali-* Pedamenta. *gnis pedamentis (ſic enim uitis adminicula dicimus) clauiculis pampinis, capreolisúe adhærens atque luxuriãs, racemosq; demittens. Structuram ipſam & Latinè,* Pergula. *& eleganter Pergulam dicemus: nam Plinius uitium generoſarum pergulas præcipit quinquatribus eſſe putan-* ὑπέθραι. *das. Subdiales autem ambulationes Græci ὑπέθρας uocant. Creſcunt attamen uites ad arboris iuſtæ craßitudi-*

item. Metaponti templum Iunonis uitigineis columnis ſuſtinetur, ſcalisq; tectum Dianæ Epheſiæ ſcanditur uite una Cypria: ut memorant. Et Iouis ſimulachrum Populoniæ conſpicitur, inquit Plinius, è uiteuna pluribus euis incorruptũ: non eſt enim ligno ulli æternior natura. E uite Parmulæ texuntur ad uſus bellicos: ex eadem inſigne centurioni geſtamen dedit ſenatus. Parmulæ.

OLEA.

OLea, ex cuius baccis trapeto preßis utilißimus oliui liquor educitur, in hortis ſeri poteſt, & maximè collinis. Huic honorem dedere Romani, & turmas equeſtres Idibus Sextilis, & in minoribus triumphis ouantes coronando. Athenæ quoque ex oleagina fronde uictoribus coronas propoſuere. Græcia uerò in olympijs oleaſtro coronauit. Locum, ubi conditæ fuerint, Oletum, ſiue Oliuetum appellabimus: ibi oleas digeſtas in ordinem Græci ϛοιχάδας uocãt: unde ſeptum quodam militare Stœchada paßim dicimus. Poni debent in hortis & perſicus, prunus, ceraſus, ziziphus, * celſus, citrus, picus, aprinus, amygdalus, pinus, & reliqua pomiferarum, nuciferarumq; genera, de quorum fructibus in ſecunda menſa ſum dicturus. Ad hoc neceſſaria erunt Plantaria, hoc eſt ſeminaria in agris, è quibus plãtæ ſumptæ transferantur, ut adultæ poſtea ſuum fructum producant: uel (ut quibuſdam opus eſt) per inſitionem alienum, & quidem mitiorem. Plantaria etiamnum ueteres filiarum dotem dixere: quia plantatæ arbores tam felices, quàm infœcundæ (ueluti ſalices, populus, ulmus, iuglans, ceraſus, ſor bus, & id genus cæteræ) ac poſt aliquot annos uenditæ, maximum quæſtum exhibẽt. Volu-

Oletum. Oliuetum. ϛοιχάδας.

Celtis forſan legend. quæ eadẽ eſt cũ loto. Plin. lib. 13. cap. 17.

Plantaria.

Nemuſculum in ædibus.

prati quoq; conferet impenſius, nemuſculum habere ad amußim poſitis arbuſculis, in quo per æſtates in umbra, cum libuerit, ſpatiari, legere, exercere corpus, menſas ad cibos ponere licebit: diſcurrentibus hincinde damis timidulis, & lepuſculis auritis tripudiantibus: per arborum uerò faſtigia nitidulo carduele, philomena attica, canoris auiculis modulatim occinentibus. Diſponetur &

Ἱππόδρο-μος.

locus ad curſum equorum idoneus, quem idcirco ἱππόδρομον *Græca dictione nuncupabimus. Nec procul inter umbroſa uireta, lateritia, marmoreáue ſedilia, ambulatione interdum fatigatos iuuantia. De hippodromo meminit Plinius Cecilius in epiſtola ad Apollinarem, de uilla quam in Thuſcis poſuerat: Adiacentis hippodromi nemus, comasq; proſpectat. Item: Hanc diſpoſitionem, amœnitatemq; tectorum longe præcedit hippodromus, medius pateſcit; ſtatimq; intrantium oculis totus offertur, platanis circuitur, illæ hedera ueſtiuntur: utq; ſummæ ſuis, ita imæ alienis frondibus uirent.*

PLATANVS.

Platanus nunc Italiæ ferè incognita, umbræ tantum gratia ex alienis uecta regionibus, in precio Romæ habita. Petronius Arbiter in Satyris:

Nobilis æſtiuas platanus diffuderat umbras.

Et Apuleius in Coſmographia: Platani, ut ait poëta, umbras potantibus miniſtrantes. Hinc Licinius Mutianus ter conſul, Lyciæ legatus prodendum etiam poſteris putauit, intra platanum, quæ illic clara habetur, ſe epulatum eſſe cum duodeuiceſimo comite. Primum celebrati eſt in Academiæ ambulatione Athenis cubitorum trigintaſex, admirabilem namq; altitudinem creſcit. Com-

mendantur & Chameplatani,coactæ breuitatis,ſic ſcren di genere & recidendi excogitatæ.Primus autē Cn. Matius ex ordine equeſtri Auguſti Cæſaris amicus, nemora * tonſilia conſtituit. Chameplatani. Apud Plinium eſt conſilia.

LAVRVS.

LAurus Apollinis eſt arbuſcula, ꝑpter Daphnen, quam amauit,in eā deformatam:ſiue quòd ſpectatiſsimo naſcitur in Parnaſo.Euſeb. uerò ſcribit eam Soli dicatam,quoniam ignea eſt, unde odio maximè à dæmonibus habetur:ſiue quòd plurimū ſonat,ſi uratur: quod prædicendi artem deſignat. Diuinationis autem Deus Apollo exiſtimatur. Ianitrix quoque Cæſarum eſt,& Pontificum, triumphisq; dicata: coronam capite & ramuſculum tenentibus manu triumphantibus:& præſertim è Delphica, qua & Delphis coronabantur uictores: unde nomen. Nam Cato genera duo fecit, hanc, & Cypriam.Pompeius Leneus adiecit, quam muſtacem uocauit: quòd moſtaceis eius folia ſubijcerentur.Sola arborū fulmine non tangitur.Hinc contra fulmina ferunt Tiberium Cæſarem tonante cœlo ea coronari ſolitum.Lauro cōſita loca Laureta,quæ Græci Δαφνῶνας:nam Δάφνη laurus.Petronius in Satyris: Muſtax. Laureta. Daphne.

Et Baccis redimita Daphne.

Folia uerò lauream uocamus.Perpetuo uirens topiario operi accedit. Laurea.

BVXVS.

BVxus ſemen ſuum producit, & granum quod Carthegon dixere,præterea uiſcum, & hypar. author Plinius.In topiario opere commendabilis eſt.Laudatur & leui, minimeq; criſpante, uerum pallidula Pli.lib.16.ca.30. & cap.16.

materiæ: ex qua fiunt tibiæ multiforatiles, & pectines dente multifido ad capillos explicandos, & pyxides ad uſus mortalium plurimos. Frequens naſcitur in Cythoro: *hinc Catullus buxiferum eum appellauit. Eſt & ipſius copia copioſa in Corſica, ut* Diodor. in. vj. *teſtatur.* A bu-

Buxeta. xo Buxeta, *loca buxis conſita duxere: ſicut à ſalice, uel perticali, uel uiminali* Saliceta, *à pinu* Pineta, *à cornu* Corneta, *à populo* Populeta, *à cupreſſo* Cupreſſeta, *à pruno* Pruneta, *à perſico* Perſiceta, *à ceraſo* Ceraſeta, *à corylo* Coryleta, *ab æſculo* Aeſculeta, *& à fico* Ficeta.

CVPRESSVS.

CVpreſſus natu moroſa, exciſa non renaſcitur: quam ob cauſam Plutoni ſacra habetur, & ideo funebri ſigno ad domos defunctorum illam poſuere maiores. Petronius *in Satyris:*

Gaudent ferali circumtumulata cupreſſo.

In hanc Cypariſſus *Syluani delitiolum mutatus dicitur in fabulis.* Odore *non improbatur quamuis uiolento.* Ex ea *ſcandulæ, aſſeres, tabulæ, fiunt, è quibus loculos, menſas, fulcra, & capſas producunt fabri lignarij: quos* Plau. Materiarios *nominat à materia: cuius nomine ligna ad faciendum ædificandumq́; neceſſaria, idoneaúe ſignantur, ut notat* Iuriſconſultus *de legatis tertio.* Cariem *& uetuſtatem non ſentit.* Valuas *è cupreſſo in* Dianæ *Ephesiæ templo durare* Mutianus *ſcribit, iam quadringentis propè annis materiam habentes nouæ ſimilem.* Nux *autem eius, conum quam uocitant, in aceto decocta, dentium tollit dolores, ut ſcribit* Auicennas. Trahitur *arbor ipſa in ſpecies uarias tonſilis opere topiario.*

Materiarij. Materia. Conus.

SABINA.

Sabina herba frutexúe, folio ferè cupreſsi, perpetuò uirens topiarijs non improbatur. Loco thuris propter odorem ad ſuffitus adhibetur. Illita ulcera purgat: miſcent quidam folia eius in Atocijs, medicamentis, quæ ſpem partus intercipiunt: nam τόκος partus eſt. Seritur propagine & ramo, ut Roſmurinus: quoniam neutri ſemen. Sabinæ uerò uirginis inter diuas receptæ corpus in hac urbe quieſcit. Eſt & Cynogloſſus lingua canina topiarijs operibus gratiſsima. Atocia. Cynogloſſus.

IVNIPERVS.

Iuniperus arbuſcula in harenoſis frequens, naſcitur coma uirens perpetua: unde fit ut topiario operi impenſius idonea habeatur. Durat & eius materia diutiſsime incorrupta: quippe quæ ſenectam carioſam non ſentit. Quod oſtenditur ex templo Dianæ è Zazintho aduectæ, anno ducenteſimo ante excidium Troianum, in quo, Plinio aſſerente ex authoritate Bocchi, adhuc durant trabes ex iunipero. Huic Carthaginenſis Hannibal inductus religione, pepercit. Iuniperus gūmi ad nihil utile eodem authore producit. Hoc tamen mola truſatili in pollinem redactum ſimile eſt thuris pollini: utunturq; illo ſcriptores pennarij ad papyrū exaſperandam. Medici Sandaracam, indoctuli Vernucem appellant: cuius fumus præ cæteris dolorem leuare dentium dicitur, ut eſt apud Auicennam, cum ex arboris ipſius ligno factus, etiamnum per ædes in peſte cōferat: grana uerò ſiue baccæ condimentis ad farturam ſeruientes, & matrici, & doloribus. Plin. 16. c. 40. Sandaraca. Vernix. Baccæ Iuniperi.

HEDERA.

HEdera ſemper uirens, ſine adminiculo per ſe ſtare non poteſt. Hæret ergo arboribus, illas quodã modo brachijs amplexans: hæret & muris, quos ſæpicule rumpit: unde & nomen accepit, ut ſcribit Pompeius: ſiue potius, quòd ædita petit, ut edat omnia quibus adhæſerit. Eſt tamẽ genus illi, quod per ſe ſtans arboreſcit: δενδροκισσὸς appellatur. Eſt & quæ nunquam, niſi humi, ſerpit, nomine χαμαικισσὸς. Hedera, inquit Theophraſtus, in libro de plantis, omnium maxime uiuax eſt, ſiue arbores ſcandens amplexu ſuo perſtringat, ſeu in terra abdita una ſubeat. Species autem præcipue tres ponuntur: Nigra, Candida, & quæ Helix uocatur. Celebratur nigra in poëtarum corollis, quam & Dionyſiam, & Bacchicam dixere: quoniam uictor Bacchus ex India cum rediret, coronam hederaceam capite geſtauit. Id quod exemplo ipſius Alexandrum Macedonem feciſſe legimus apud Pliniũ, hæc paucula de hedera ſubiungentem: Cuius dei & nunc adornant Thyrſos, galeasq́; etiam & ſcuta, in Thraciæ populis in ſolẽnibus ſacris. Merito igitur hedera Libero patri dicata coronabantur poëtæ, ut nũc lauro, ſub cuius tutela etiamnũ fuere. Racemos eius in orbem circumactos Corymbos uocamus. Hinc poëta:

Diffiſos hedera ueſtit pallente corymbos.

Margin notes: Δενδροκισσὸς. Χαμαικισσὸς. Hederæ ſpecies. Plin. lib. 16. cap. 34. Corymbi.

MYRTVS.

MYrtus Veneris exiſtimatur arbuſcula: hinc Myrtea dicta, quæ nunc Murtia. Liuius: Ad Murtiæ ſedes. Peregrina eſt, ut refert Plinius, primum in Elpenotis tumulo, ut inquiunt, uiſa. Loco piperitis

Margin notes: Myrtea & Murtia Venus. Piperitis.

hac ueteres uſos, ante piper aduectũ memorant: nã odorem illius reddit, ut Piperitis, herba hortenſis. Cato eius Myrti genera. *tria genera protulit: nigram, candidam, & à coniugijs fortaſſe, coniugalem: ſatiua quoq; eſt, & ſylueſtris. To=* Topiarij. *piarij genera ſatiuarum fecere. Hi ſunt qui naues, inſignia principum, ſerpentes, & compluria alia formant ex arboribus, herba, fruticibus opere delectabili: quod Topiarium à topijs uocamus. Vlpianus iureconſultus, Topiarij, inquit, erunt fundi inſtrumenta, ſi etiam uiridaria ſint. Item Topiarium ornandi cauſa paratum. Ex* Topiariũ opus. *myrto fuit ouantium corona, poſtquam Poſthumius Tiberius conſul, de Sabinis uictor: primus ouans urbem* Myrtea corona. *ingreſſus, quoniam leuiter ſine cruore rem geſſerat, myrto Veneris uictricis coronatus inceſſit. M. tamen Craſſus de fugitiuis & Spartaco laurea coronatus eſt. Fuit & ouantium, ut diximus, oleagina corona. Myrto conſita loca Myrteta uocitamus. Sed iam herbarum,* Myrteta. *arborum, & coronamentorum reliquis innumerabilibus ferè generibus omiſsis, piſcinas, quæ in hortis habendæ ſunt, proſequamur.*

PISCINA.

CAPVT VI.

Piſcinas appellamus lacus, & ſtagna, quæ piſcibus uiuis coërcentur clauſa, ut ſcribunt Gellius & Varro. Hinc Martialis: Lib.2.cap.20.

Piſcina Rhõbũ paſcit & Lupos uernas.

Viuaria quoq; dicuntur, quibus piſces incluſi paſcũtur. Plinius: Oſtrearũ, inquit, uiuaria primus oĩm Sergius Orata in Baiano inuenit L. Craſsi oratoris ætate. Et mox eadem tempeſtate prior Libinius

*Murena reliquorũ piſciũ uiuaria inuenit. Apud Roma-
nos etenim piſcinarum ſtudia celebrata ſunt, precioſiſſi-
miſq; piſcibus referta ἰχθυοτροφεῖα habuerũt: adeò, ut
& Cato tutor Luculli grandi ære ſeſtertium miliũ qua-
dringentorũ, authore Columella, pupilli ſui piſcinas uẽ-
ditauerit: & uelut ante à deuictis gẽtibus Numãtius &
Iſauricus, ita Sergius Orata, & Licinius Murena à pi-
ſcibus cognominarentur. M. quoq; Tullius Cicero L.
Philippum & Hortenſium piſcinarios appellauerit à*
Piſcinarum duo genera. *piſcinis. Quarum quidem genera duo ſunt, dulcium &
ſalſarum: (& ut uerbis M. Varronis utar, ex rei ruſti
cæ tertio) alterum apud plebem & ſine fructu, ubi
Lymphæ aquã piſcinis noſtris uillaticis miniſtrant: illæ
autem maritimæ piſcium nobilium quibus Neptunus ut
aquam, ſic & piſces miniſtrat: magis ad oculos pertinẽt,
quàm ad ueſicam, & potius marſupium domini exina-
niunt, quàm replent. Primum enim ædificantur magno,
ſecundò implentur magno, tertio aluntur magno. Hir-
tius circũ piſcinas ſuas ex ædificijs duodena millia ſe-
ſtertia capiebat: eam omnem mercedem eſcis, quas da-
bat piſcibus conſumebat. Nec mirum: uno tempore enim
hunc Cæſari memini ſex millia murenarum mutua de-
diſſe in pondus, & propter piſcium multitudinẽ qua-*
Piſciũ ſpecies. *dragies ſeſtertia uillam ueniſſe. Piſciũ uerò ſpecies ſunt
ſeptuagintaquatuor, præter cruſtis teſtiſq; intecta, quæ
ſunt triginta, ut author eſt Plinius. De ſingulis non dice-*
ἰχθύς. *mus, quia ſuperfluum uidetur: de quibuſdam tantũ quæ*
ἰχθυοτρο- *nobis occurrent, & quidem pauca, notabimus. Piſcis*
φεῖα. *autem ipſe Græcè ἰχθύς. inde ἰχθυοτροφεῖα apud Co-*
ἰχθυοκόλλα. *lumellam loca in quibus aluntur piſces, ἰχθυοκόλλα glu*

ten ex piſcibus: ἰχθυοπωλεῖον forum piſcarium: & ἰχθυοπω-
ἰχθυοφάγοι populi, quòd piſcibus ueſcerētur, tum ipſi λεῖον.
(ut inquit Strabo) tum eorum pecora. Domos ijdem ἰχθυοφά-
ex cetorum & oſtrearum conchis operiunt. Vſum tra- γοι.
bium coſtæ, portarum maxillæ præſtare creduntur. De his multa Diodorus. Piſcibus eos ueſci prohibuit, cū per ea loca iter faceret rex Macedonum Alexander. Capiū-
tur piſces hamo in eſca latēte, à quo Hamiotæ piſcato- Hamiotæ.
res, & piſces ineſcati. Naſſa etiam uiminea, rete, ſagena ſiue uerriculo, ac fuſcina tridentata. Tragula quoq;, ut plurimum, ex undis trahuntur. Non improbātur & ſepta ex arundibus uiminibusq; contexta in fluuijs,
quas Plinius Excipulas appellat ab excipiendo: ueluti Excipulæ.
Decipulas laqueos, à decipiendo, & Tendiculas à ten- Decipulæ. Tendiculæ.
dēdo, ut aues, ut feras capiamus, quas etiā mos eſt ineſcare. Nero (ut ſcribit Suetonius) piſcatus eſt rete aura-
to, purpura, coccoq; funibus, quos ἐπιδρομίδες uoci- ἐπιδρομί-
tant, nexis. At imperator diuus Auguſtus laxandi animi δες.
gratia hamo piſcabatur.

MVRENA.

Mvrenæ ſingulo menſe pariunt: laudantur in Sicilia Flutæ, quæ Græcè πλῶτη. Flutæ autem Flutæ.
ideo, quòd in ſumma aqua præ pinguedine fluitent, πλῶτη.
quum ſole torrefactæ in aquam ſe mergere deſinant.
Martialis in xenijs:

Quæ natat in Siculo grandis murena profundo,
Non ualet exuſtam mergere ſole cutem.

Et quū cæteris pennæ ad natādum ſint uel quatuor, & auratæ ut lupo: uel binæ, ut anguillis, nullas id genus piſcis habere manifeſtariū eſt. Ita autē undis utitur, ut

terra ſerpētes:nam ſerpit in humore,ut Ariſto.in primo Hiſto.animalium atteſtatur.Murenas alterius notæ piſcibus in uiuarijs miſcere Columella damnauit, quia rabie quæ his ueluti canino generi accidit, uexatæ ſæuißimè perſequuntur ſquammoſos,plurimosq́; mandendo cōſumunt.Primus C.Hirius Murenaria excogitauit.

MVSTELLA PISCIS.

MVſtellam piſcem murenæ ferè ſimilē,ſi nō primas,ſaltem ſecundas,noſtra tempeſtate in cibis partes adeptum dici poſſe nonnulli exiſtimarunt:ipſe tamen hirudinem potius appellandam eſſe crediderim, à quadam hirudinis paluſtris,quæ ſanguiſuga eſt, ſimilitudine. Laudatur impenſius è Rhetiæ lacu Brigantino. Hirudo.

Lampetra. *Neoterici à lambendis petris Lampetram dixere. Habent & ſuam commēdationem piſces extra Italiam,cū alij,tum Coracinus,princeps Niliaci macelli (ut† ille inquit).& Salmo in Aquitania, fluuiatilis, prælatus omnibus marinis,authore Plinio.* Coracinus. †Martialis lib.13. Salmo.

ANGVILLA.

ANguillæ piſcium ſolæ exanimes fluitant. Non ouo,non coitu eas procreari affirmat Ariſtoteles.Naſcuntur ergo ex his, quæ terræ uocant inteſtina, ſponte in luto,humeſcenteq́; humore prouenientia, tum in mari,tum etiā in fluuijs ſtagnisq́;, putredinis ratione: ſed in mari qua algæ ſunt,in ſtagnis & fluminibus iuxta ripas:calor enim eas ſubiens partes, facit ut putreſcant. Veſcuntur certis locis limo & edulijs ſi quis apponat, ſed plurimæ dulci humore uiuunt.Idq́; uiuarijs Anguillarijs dantes operam,obſeruare conſueuerunt,ut quàm maximè pura ſit aqua affluens;ſemper & effluens. Inteſtina terræ. Anguillarium.

Quemadmodũ eſt in piſcinula noſtra Bigoleſiana: bre= uí nanq;, niſi ea fuerit lympida, ſtrangulatæ intereunt. Branchias etenim, quibus maior pars piſcium ſpirat, exiguas habent: hinc turbare aquam ſoliti ſunt, qui illas piſcantur. De lacu in piſcinam per æſtatem transla tæ uiuere non poſſunt, hyeme uerò facile tolerant ſe= dis mutationes. Sic autem ideo dictæ uidentur, quòd ſpecie anguem repræſentent. Vnde M. Varro de uoca= bulis aquatilium: Ex parte inquit, à ſimilibus aliqua re= bus ſunt trãslata, ut anguilla & lingulaca, quæ ab Ari ſtotele γλωττίς. Anguillas ad tricenos pedes longas edu= cat Ganges Indiæ, ut ſcribunt Plinius & Solinus in col lectaneis. Bigoleſiana piſcina. Branchiæ. Lingulaca. γλωττίς.

MVGILIS.

Mugilis piſcium omnium ſquammis intectorũ uelociſsimus eſt. At omnium animaliũ tum ter= reſtrium tum aquatilium uelociſsimum eſſe Delphi= nem Ariſtoteles hiſtoriæ animalium ultimo ſcriptum reliquit. Huius natura deridetur: nam abſcondito in metu capite, totum ſe occultari exiſtimat: id quod de Phaſiano plurimi tradiderunt. A capitè Græci κέφα= λον appellant. Inter Fuſaneos numeratur: ex argumen= to ſic uocitatos, quòd fuſim retibus capiuntur, ueluti & tinni, lupus, limariæ, ſpuriæ, monedulæ, cromes & paſſeres, ut ex Ariſtotele hauſimus hiſtoriæ animalium quinto. In ſexto uerò: Sunt inquit, qui omne mugilum genus ſponte oriri opinentur, ſed non rectè: nam & oua eorum fœminæ & ſemen genitale mares habere cernuntur. Genus equidem illorum eſt, quod non ex coitu, ſed ex limo arenáue naſcatur. Piſcium autem Delphin. Fuſanei piſces.

Lactes piſcium. *omnium ferè mares pleni ſunt ſemine genitali, lacte nominato. Heliogabalum imperatorem ſcribit Lampridius in locis mediterraneis murenarum & luporum lactibus ruſticos pauiſſe.*

MVLLVS.

Barbo. MVllus, quem Barbonem ideo uocitant, barba gemina inſignitur inferiore labro: hinc Cicero in Paradoxis Barbatulos mullos nuncupauit. Græcè τρίγλα dicitur: quo nomine nunc Romani utuntur. In uiuarijs & piſcinis non creſcit. Eſt illi maxima gratia ſicut magnitudo modica: nam libras duas raro admodū exuperat. Illud mirum eſt, quòd Mutianus prodidit, mullum octuaginta librarum in mari Indico fuiſſe captum: nec minus quod ſequitur: Mullum Aſinius Celer uir conſularis, ut refert Macrobius ex Sammonici Sereni authoritate, ſeptem millibus nummûm mercatus eſt: octonis uerò ut Plinius teſtatur. Simile Iuuenalis de Criſpino:

Τρίγλα.

Saturna. lib. 3. c. 16. Saty. 4.

Mullum ſex millibus emit
Aequantem ſanè paribus ſeſtertia libris.

Veſcuntur mulli & alga & oſtreis, & aliorum piſcium carnibus. Nomen eis Feneſtella à colore Mulleorum calciamentorum datum exiſtimauit. Mullei autem fuerunt calcei regum Albanorum, poſtea Patriciorum, à millando, id eſt ſuendo nominati.

Mullei.

Millare.

LOLIGO.

LOligo inter mollium piſcium genera numeratur, pedes duos habens, quibus ori cibos admouet. Hi aſperi & longiores ſunt, cæteri cirri cum quibus uenatur. Sic autem ideo dicta, quòd extra aquam uolitet, litera immutata, quaſi uoligo, ut ſcribit Varro. Hinc Plinius:

nius:Loligo etiam uolitat,extra aquam ſe efferens: quod & pectunculi faciunt ſagittæ modo. Mollia uerò genera *piſcium dixerunt, quæ ſanguine carent, & foris carne molli obducta, ſolidum intus modo ſanguinei generis continent, ut Sæpia etiam,& Polypi,à multitudine pedum nomen adepti.* Pectunculi. Piſces molles. Sæpia. Polypi.

LVPVS.

L*Vpus piſcis in capite lapidem habere creditur,ut referunt* Plinius & *Ariſtoteles.* Præcipuam *huic authoritatem fuiſſe* Cornelius *Nepos tradidit: inter piſces equidem* Tyberinos *apud* Romanos *primum locum tenuit: & is præſertim qui eſſet captus inter duos pontes,ut repetit Macrobius ex* Varronis *rerum humanarum undecimo,&* Columella.M.Philippi *uelut urbaniſſimum,quod erat luxurioſiſsimum, factum ac dictum referens.Is enim apud hoſpitem Caſini cum cœnaret,appoſitumq; è uicino flumine lupum deguſtaſſet,atq; expuiſſet,improbũ factum dicto proſequutus,Peream inquit,ni piſcem putaui.* Ex *hoc eſt facta multorũ gula ſubtilior, quibus faſtidio fuit lupus fluuiatilis: niſi quẽ* Tyberis *aduerſo* Torrente *defatigaſſet.* Vnde Hora.*in Sermonibus:*

Lupus hic Tyberinus *an alto*
Captus hiet pontesúe inter iactatus, & amnis
Oſtia ſub thuſci.

Lupus aliàs rapax eſt animal, at Lupa meretrix etiã dicitur: inde Lupanar, quod primum in Cypro inſula Venerem inſtituiſſe fabulantur. Lupa. Lupanar.

AVRATA.

A*Vrata piſcis ab auri colore nomen accepit: cuius amator Sergius Orata cognominatus eſt, ut* Sergius Orata.

refert Macrobius. Nam Orata prius dicta, quaſi aurata, ab Oro, quod uulgò etiã pro auro dicunt: hinc Orichalcum ab ære & auro quidã falſò putarunt, cum ſit à montibus & ære nominatum. In cibis commendantur auratæ optimæ ex lacu Lucrino, quibus proprium fuit conchis pingueſcere. Vnde Epigrammatarius poëta in Xenijs:

Orum. Orichalcum.

Non omnis precium laudemq; aurata meretur,
Sed cui præcipuus concha Lucrina cibus.

Piſcium coitus. Coëunt ut cæteri piſces, uentris atritu, & oua concipiunt. Sed non omnibus contingere in tanta copia, ut fœtũ educant, manifeſtarium: alioquin replerentur maria & ſtagna, cum ſinguli uteri innumerabilia contineant.

MENA.

Menæ breues ſunt: colorem mutant, hyeme candidæ, æſtate fiunt nigriores. Ariſtotel. hiſto. animalium octauo. Mena inquit, grauis melior eſt, forma rotundior fœminæ, porrectior mari & latior. Euenit, ut quum fœtu impleri fœmina incipit, maris color in nigriorem mutetur, & caro deterrima cibo efficiatur: per id tempus à nonnullis Hirci uocantur. De mena, quam Alecem etiam dici poſſe quidam credidere, meminit Perſius, & Martialis cum inquit:

Hirci. Alec.

Et caudam cybij, breuesq; menas.

M. quoq; Cicero de finibus bonorum & malorũ: Qui enim uoluptates contemnunt, eis licet dicere, ſe acipenſerem menæ anteponere.

SCARVS.

Scarus, quo Carpathium pelagus abundat, adeò litoribus Italicis ignotus fuerat, ut nec Latinum nomẽ haberet; uerum * Optatus claßis præfectus ſub Claudio

Forte Octauius. Macrobius Sa-

principe, copiã ſcarorum copioſam, nauibus aduectam, in mare ſparſit inter Campaniæ litus & Hoſtiam. Authores Macrobius, & Plinius, qui ſua tempeſtate huic piſci principatum dari ſcriptum reliquit. Herbis ueſci, & piſcium ſolus ruminare creditur, teſte Ariſt. hinc Opianus: tur.lib.3.cap.16. Plin.autẽ lib.9. capi.17. Optatũ uocat.

Hic ſcarus ſaxa frequentat,
Qui mites inter piſces clamore tremendo
Intonat, & ſolus pallentes ruminat herbas.

Hoc uno nanq; excepto, piſces cæteri ſerratis ſunt dẽtibus, ideſt acutis, et more ſerræ pectinatim ſeſe ſtipãtibus. Serrati dentes.

ACIPENSER.

Acipenſer piſcium olim nobiliſsimus eſt habitus, ut ſcribit Plinius. Verum Traiani temporibus in magno precio non fuit, ut idem teſtatur de ipſo loquẽs cum inquit: Nullo nunc in honore eſt, quod equidem miror, cum ſit rarus inuentu. Commendatur tamen à Martiale, & σύγχρονοι creduntur:

Ad palatinas acipenſera mittite menſas,
Ambroſias ornent munera rara dapes.

Contra aquam nando meat, ſquammasq; piſcium ſolus habet ad os uerſas, ut repetit Macrobius ex P. Nigidio Figulo rerũ naturalium maximo indagatore. Primus epulis hunc appoſuit Callonius præco, ſi Porphirioni credimus apud illud Horatianum: Callonius.

Calloni præconis erat acipenſere menſa infamis.

PASSER ET SOLEA.

Paſſer & Solea piſces plani ſunt. Paſſer optimus in cibis iudicatur, à paſſere auicula nomen, ut ferũt, adeptus. Solea quoque quæ lieni impoſita medetur inter lautiores piſces numeratur. Huic Solea, ut opinor,

nomen mutuatur, ea autem ſolo pedis ſubijcitur. Martianus Capella:*Calcei admodum furui,quorum maximè ſoleæ atræ noctis nigredine colorantur* . Aulus Gellius: *Omnia fermè id genus, inquit, quibus plantarum calces tantum in fine teguntur,cætera parte nuda, & teretibus habenis iuncta,Soleas dixerunt nonnunquàm uoce Græca* Crepidulas:*hinc* Soleatus,*ſoleas indutus:et* Solearius, *ſutor earum. Quin & materia robuſtea, ſuper quam craticius paries extruitur,*Solea *nuncupatur.Certiſſima eſt autem,ut ſcribit* Plinius, *ſecuritas planos piſces uidiſſe in mari, quia nunquàm ſunt ubi maleficæ beſtiæ: qua ex cauſa* Vrinatores *ſacros illos appellaut: inter quos* Raia *&* Paſtinaca *connumerantur.*

Crepidulæ. Soleatus. Solearius. Sacri piſces. Raia. Paſtinaca.

RANA.

R*Ana notiſſima eſt,* Græcè βάτραχος: *unde ex parte* Batrachomyomachia Homerica, *& adagium apud* Græcos, βάτραχος σερίφιος, *in eos, qui nimis taciturni ſuut:quoniam in* Seripho *mutæ ſunt* Ranæ,*alibi uerò garrulæ coaxatrices.*Inter *cartilaginea numerantur, ut raiæ, torpedines, ſquatinæ, bugloſſa, & pſitta,quæ paſſer, rhombusúe. Mares ipſi cum maximè coaxant ad coitũ fœminas cientes,*ὀλολύζοντες.*Pariunt minimas carnes nigras, quos* Cyrinos *uocant, oculis & cauda inſignes,quæ mox findit ſe in pedes poſteriores.*

Βάτραχος. Rana Seriphia prouer. ὀλολύζοντες. Cyrini.

RHOMBVS.

R*Hombus quoq;* Rauennæ *delicatior inter planos ponitur.Eius magnitudinem innuit* Iuuenalis, *& epigrammatarius poëta in* Xenijs:

Quamuis lata gerat patella rhombum,
Rhombus latior eſt tamen patella.

Marinus piſcis eſt. Caßius autem Hemina tradidit piſces marinos in uſu fuiſſe protinus à Roma condita. Rhõbus aliâs inſtrumentum eſt incantatorium, rem magicam adiuuans, in quo ſignificatu accepit Martialis:

Cum ſecta colcho luna uapulat rhombo.

Ouidius in Amoribus:

Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia: quid ualeat uirus amantis equæ. Et Propertius:

Staminea rhombi ducitur ille rota.

Theocritus quoque in Pharmaceutria æcloga, mulieri ueneficæ rhombum dedit inter cætera, quibus ſibi amantem alliceret.

LACERTVS.

Lacertus piſcis eſt idoneus ad ſalſamenta. De quô Martialis:

Cum ſexitani ponitur tibi cauda lacerti.

Et Satyrographus poëta:

Conchen æſtiui cum parte lacerti.

Eſt & Lacertus animal terreſtre. Vergilius:

Nunc uirides etiam occultant ſpineta lacertos.

Pli.in.viij. Lacerti Arabiæ cubitales, in India uerò in Cap.39.
Nyſa monte. xxiiij. in longitudine pedum, colore fului,
aut punicei, aut cerulei. Indoctuli Stellionem dixere, quũ Stellio.
Stellio ſit minor lacerta, quem Græci ἀσκαλαβώτην, Ἀσκαλαβώ-
Neoterici Tarantulã appellant: quo nomine genus quoq; της.
aranei, nunc peculiare Apuliæ ſignatur. Id ſtupidos mor Tarantula.
ſu ſuo: uel ridentes, ſaltantesúe, & tremulos reddit. Hinc
Ariſtoteles in hiſt. animalium. viij. ſcribit in Italia fore lo
cis quibuſdã morſus ſtellionum exitiales. Eſt & Thurio Thurio.
piſcis frequens in Sicilia, commendatißimus ſalſamentis.

GOBIVS VEL COBIVS.

Græci κωβιὸς dicunt. *Gobius, ſiue Gobio, uel Cobius ex Græcis per c, piſcis eſt quo Veneti antiquiores cœnæ principio utebantur. Hinc exijt Diſtichon,*

In Venetis ſint lauta licet conuiuia terris,
Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.

Cammarus. *Paruulus eſt, unde Columella: Nam & alecula modo capta, & * cantharus, exiguusq́; gobio, & quiſquis deniq; eſt incrementi minuti piſcis, maiorem alit. Gaudet* Piſces gregales. *arena, gregatimq́; degit. Hinc gregales inter piſces numeratur, ut thynni, alecces, lacerti, coruuli, ſiue graculi, Dentices, mulli, malleoli, ellegini, ſcari, ariſtulæ, lolij, papaueræ, iuliæ, limariæ, ſcombri* Garum. *(è quibus liquamen, Garum quod dixere) & monedulæ, ac trichiæ, quas Sardas* Sardæ. *uocamus, & alij.*

OSTREVM.

*Ostrea duriore concha teguntur, in cibis nõ uulgarem gratiam adepta. Primus Sergius Orata optimum ſaporem Lucrinis adiudicauit, & primus omnium Oſtrearia, ut diximus, in Baiano locauit ante Mar*Oſtrearia. *ſicum bellum, L. Craßi oratoris ætate. Martia. de Oſtreis Lemmatæ præpoſito:*

Ebria Baiano ueni modo concha Lucrino.

Circeis etiamnum laudatißima naſcebantur. Horat. Oſtrea circeis, miſeni oriuntur echini.

Britanica quoque optimi ſaporis iudicata, & planta Lucrinis, utpote dulciora. De ſingulis Aquinas poëta ſatyrographus:

Circeis nata forent an
Lucrinum ad ſaxum, rutupinoúe edita fundo

Oſtrea callebat primo deprendere morſu.

Omnia autem tunc meliora in cibis exiſtimantur, cũ oua appellata habuerint, quæ tamen nihil ad generationem conferunt, ſed indicio ſunt melioris nutricationis, ueluti Pinguedo *in ſanguineis, ut* Ariſtoteles *aſſerit de generatione animalium tertiò.* Pinguedò.

CONCHA.

Conchæ oculis carent, omniq; alio ſenſu, quàm cibi & periculi. Illarum genera ſunt: Purpuræ, Buccinum, *&* Murices: *quæ conchilia, è quorum ſanguine ueſtes antiqui infectores tinxerunt. Sunt &* Dactyli, *à ſimilitudine humanorum unguium dicti, atque alia complura, quæ omnia celerrimè adoleſcunt: & præſertim* Purpuræ, *quæ uerno tempore eundem in locum ſeſe colligentes, condunt, quam* Fauaginem *nominant. Ea eſt ueluti fauus apum.* Ariſtotel. *in quinto hiſto. animalium quomodo generentur recenſet. In octauo uerò: Oſtrearia, inquit, & concharia cruſtaq; etiã intecta, tunc optima, cũ grauida ſunt, ut latè patet in locuſtis, & id genus cæteris. At mugilis, lupus, & reliqui ferè omnes ſquamoſi, cum ferunt deteriores habentur: ut etiam de* Siluro *dicitur, cuius mas quoq; fœmina peior in cibis creditur, cum in ceteris piſcibus mares fœminis ſint meliores. Licet in genere anguillarum iucundiores multi exiſtiment fœminas, cum fœminæ uerè non ſint: ſed quia aſpectu diſcrepant, fœminæ appellantur. In mari* Indico *potiſsimũ naſcitur genus concharum, ut ſcribit* Solinus *&* Ammianus, *quod margaritas, unionesq; concipit pro qualitate roris, quem ſitientes certo anni tempore hiatu quodam hauriunt. Si purus influxit, candicant: ſi turbidus,*

Concharum genera. Dactyli. Purpuræ conchæ. Fauago. Silurus. Anguilla. Margaritæ a cõchis conceptæ.

ſubnigricant aut palleſcunt. Hoc deniq; creditur, matutini aëris ſemine clariores: ueſpertini, obſcuriores: uberiore hauſtu, fieri maiores. Si tonuerit comprimuntur conchæ, uitiaq; contrahentes abortiua faciunt: quæ parula, aut inania, φυσήματα dixere. Producuntur & margaritæ facie una rotundæ, altera planæ, ob id Tympania à tympani forma nuncupatæ: & proceriores, quas faſtigiata longitudine Elenchos uocitant, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, inquit Plinius, & binos ternosq; auribus fœminarum gloria eſt. Cum id fecere, Crotalia appellant, ceu ſono quodam gaudeant, & ipſo colliſu margaritarum. Præcipua eſt autem unionibus præ cæteris autoritas, nunquam duobus ſimul repertis: unde nomen. Summa laus in candore, magnitudine, orbe, leuore, & pondere. Duo per omne æuum maximi celebrati: Vtrunque Cleopatra regina poſſedit. Romam uerò primum Syluanis temporibus illatos fuiſſe uniones ueteres tradidere. Naſcuntur margaritæ & in Taprobane inſula: in Perſico ſinu maris rubri circa Arabiam. In littore etiam Britannico, ueluti Iulius Cæſar ex inſcriptione teſtatus eſt, ſubdita thoraci, quem è Britannicis margaritis Veneri genitrici dicatum in templo eius poſuit.

φυσήματα. Tympania. Elenchi. Cortalia. Vniones.

TESTVDINES.

TEſtudines tardigradæ & domiſcræ: in cibis ſumptæ pthiſicis, lienoſis, caducisq; opitulantur. Ex earum autem carne, ut in prouerbio eſt, uel multũ edendum uel nihil edendum: quoniam modica in cibis dolores mouet in inteſtinis, copioſa purgat & ſaniat. Vere &

Cælius lect. antiq. lib. 6. ca. 3.

eleganter illas deſcripſit Pacuuius: Quadrupes, tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera, capite breui, ceruice anguinea, aſpectu truci. Tantæ magnitudinis in mari Indico naſcuntur, ut ſingularum ſuperficie habitabiles caſas integant, & circa mare rubrum his, tanquam cimbis, nauigent. χελωνόφαγοι *orientales populi teſtudinibus uitam agunt: unde nomen. Earum quoq; tecta uaſorum uice, & nauium utuntur, domos eadem ſibi con tegentes: ſic autem ideo dictæ ſunt, quòd teſta tegantur. author Marcus Varro. Earum genera ſunt marinæ, paluſtres, tereſtres, & lutariæ, quæ in dulci aqua diuerſantur. Has Græci Emydas appellant: terreſtres uerò Cherſinæ dictæ in operibus. Nam ut ſcribit Plinius, teſtudinum putamina ſecare in laminas, lectosq;, & repoſitoria his uerbis Carbilius Pollio inſtituit. Teſtudo quoq; lyra dicitur, quoniam Mercurius Apollinis Citharam de teſtudine ſicca meditatus eſt, ut Aratus & Higinius referunt. Hinc Horatius illum curuæ lyræ parentem nuncupauit: & ad citharam apoſtrophans, inquit:*

Chelonophagi. Teſtudinum genera. Emydæ. Cherſinæ. Plin. lib. 32. cap. 4.

O decus phœbi, & dapibus ſupremi
Grata teſtudo Iouis, ô laborum
Dulce lenimen.

COCHLEA.

Cochleæ terreſtres ſunt, & aquaticæ, exerentes ſe domicilio, cornuaq; protendentes: quibus territi olim Narnienſes (ut dicitur) pontem celeberrimum ad illas arcendas ſunt demoliti. Oculos non habẽt, ideoq; corniculis iter explorant. Pompeius à limo Limaces appellat: & ut ſentio, terreſtres intelligit, quæ terra per

Limax.

hyemem deliteſcunt, uere prodeuntes. Columella:
Implicitus conchæ limax, hirſutaq́; campe.

Earũ uiuaria inſtituit Fuluius Hirpinus *in Tarquinenſi, paulò ante ciuile bellũ, quod cum Põpeio magno actum eſt. Saginã quoq; cõmentus ſapa & farre, alijsq́; rebus, ut cochleolæ etiam altiles ganeam implerent.*

CANCER.

CAncri petroſa amant, brachia bina denticulatis forcipibus ſortiti, quibus ori cibos, quoſcũq; ceperint, admouent. In pauore retrorſum mira celeritate decurrunt. Veris initio ſenectutẽ anguium more exuũt renouatione tergorũ, ac plenilunio, ut oſtrea, implentur.

Cirri. Acetabula. *Brachia uerò in piſcibus quibuſdã modo cirros, modo Acetabula ab accipiendo uocamus.* Eorum genera ſunt,

Cancrorum genera. *carabi, aſtaci, paguri, maiæ, heracleotici, leones, alia ignobiliora. Ariſtoteles quarto Hiſto. animalium, cruſtatorum genus primum ponit, locuſtas, proximũ huic cammarum, tertium ſquillam, & quartum cancros. Mox ſingulorum differentias proſequitur, quorum etiam quarto de partibus animalium meminit. Singula quoq; genera in ſuas ſpecies diuiduntur. Omniuora ſunt omnia: utpote quæ limum, lapillos: & algam deuorent, atq; etiam ſtercus, ut cancri ſaxatiles. De piſcium generibus & natura compluria traduntur à* Plinio, *Ari*

Plin. lib. 6. c. 31. *ſtotele, &* Opiano, *ex quibus hæc paucula dicta ſufficiant. Breuitatis nanq; dilector plura coaceruare nec potui iure, nec debui. Adde quòd multa piſcium nomina apud authores inueniuntur, qui nunc nec in pretio, nec quidem cogniti ſunt. Contrà hac noſtra ætate genera piſcium habentur, de quibus miror nullam in ucte.*

ribus ſcriptoribus memoriam extare, ueluti temulus, barbulus, perſicus, truta, merlucius, ſtrigilis, botulus, cauedulus, carpani, ſcardua. Carpiones *qui in* Benaco *lacu naſcuntur, ſturio in* Pado*:licet* Silurus *à nonnullis perperam credatur*. Nam Attilus *in ipſo amne alius eſt à ſturione, qui* Græcè *modò hyſca, modò hicca nominatur.* Ea *uox porcum ſignificat: unde noſtri* Par*menſes paruulos ſturiones* Porcellas *appellant, atq; alij complures.* Verum, *ut dicam quod ſentio, uel non iiſdem apud ueteres nominibus fuere, quibus nũc ſunt: uel de illis, qui in pretio ea tempeſtate habebantur, mentionem uilioribus poſtpoſitis fecere.* Videmus *enim tempus per ætates & ſecula in rebus ferè omnibus pretium, decus, authoritatem, nunc uni minuere, nunc alteri augere,* Hinc Lucretius: Carpio. Sturio. Silurus. Attilus.

Nunc iacet æs, aurum in ſummum ſucceßit honorem,
Sic uoluendo ætas commutat tempora rerum.
Quod fuit in pretio, fit nulli deniq; honore.

Hinc ab aquaticis in leporario ad terreſtria animalia notiora diuertamus.

LEPORARIVM. CAPVT VII.

L*Eporaria appellantur non ea tantũ, quæ maiores noſtri dixere, ubi ſoli lepores ſunt, &* Græcis λαγοτροφεῖα *uocãtur: ſed oĩa ſepta ædificia quæ ſunt, & habẽt incluſa aĩalia, quæ paſcnutur.* Robora*ria eadẽ à tabulis roboreis, quibus ſepta fuerũt, antequã macerias & mœnia noſcerẽt, author* Gellius *ex* Varrõe. Λαγοτροφεῖα. Roboraria.

Viuaria. *Viuaria autem aprorum, cæterorumq́; ſyluestrium primus Romanorum inſtituit Fuluius Hirpinus, qui in Tarquinenſi feras paſcere delectatus eſt locis concluſis: quæ ex Græco proprie θηριοτροφεῖα nuncupamus.* Θηριοτροφεῖα. *Qualia noſtri temporis principes ad uenationum ſæpiculè uoluptatem, raro ad pugnam in harena antiquioribus uſitatam parare conſueuerunt. Sed tu comprimis Princeps omnium principum optime, & optimorum magnificentiſsime poſuiſti adhærentia hortis oppi di tui: quod munitiſsimum & ſplēdidiſsimum loco Cremonenſis agri fertiliſsimo ædificaſti, & à lauro, quam mereris, Caſtrò laurum, ut Lauretum, Laurētumúe merito nuncupaſti.* Caſtrolaurum. Lauretum. Laurentum.

ELEPHANTES.

Elephantes, maxima omnium animalia facile manſueſcunt: ſunt enim authore Ariſtote. natura mites & manſueti, ita ut ad rationale animal proxime accedant: horum quidam aurigas ſuos, qui in prælijs ceciderant exemerunt: quidam anterioribus pedibus utero ſubiectos ſeruauere. Pudore, nunquàm niſi clanculum coēunt. Adulteria nō nouere: nullaúe propter fœminas inter ſe prælia ceteris animalibus pernicialia. Biēnio utero graueſcunt, ut alij ſeſquianno, alij triennio: hinc ad exprimendam hominis tarditatem in rebus peragendis eleganter dicere conſueuimus: Citius parient elephanti. Semel nec amplius quam ſingulos pariūt: ſunt enim uniproles. Iuuenta eorum ſexageſimo incipit, utpote annis plus ducentis, aliquando & trecentis uiuentium. Nare pro manu utuntur, qua cibos & ſiccos & humidos colligentes, ori admouent: unde manum nomi- Citius parient elephanti, Prouerb. Manus.

ne peculiari Latinè dicimus, quam prælongam & anfra ctum flexibilem, Græci προβοσκίδα, noſtri etiam Promuſcidem. Dentium magnitudo in quibus Ebur perfe-ctiſsimum eſt, inde cognoſcitur, quòd in extremis Africæ poſtium uicem in domicilijs præbent: authores Plinius, Diodorus, & Solinus. Adde quòd non potius dentes quàm cornua, teſte Aphrodiſæo, appellanda ſunt. Ebur ipſum à Barro nomen accepit, qui elephantem notat, ex uoce, quæ eſt Barrire, ueluti Rugire leonum, Frendere aprorum, Rictare leopardorum, Blacterare camelorum, Vlulare luporum, Ganire uulpium, Hinnire equorum, Mugire boum, Rudere aſinorum, Balare ouium, Grunire porcorum, Latrare canum. Elephantes autem (quibus bælua nulla prudẽtior eſt, ut refert M. Cicero, de natura deorũ) primũ uidit Italia Pyrrhi regis bello in Lucanis, & boues lucas nominauit, boues equidem à magnitudine. Lucas à lucanis, Auſonius.

Proboſcis. Promuſcis. Ebur. Barrus. Barrire. Luca bos.

Declinas, ut lucas boues
Olim reſumpto præferoces prælio
Fugit iuuentus Romula.

Neuius: Atq; prius locuſta pariet Lucam bouem. Iuncti primum Africo triumpho Magni Pompei currum ſubiere, quod prius India uicta Libero patre triũphante factum memorant. At primus uicto Pyrrho Curius ille dentatus, continentiæ Romanæ ſingulare exemplum, Romam quatuor duxit elephantes, ut ſcribit Eutropius. Naſcuntur in India maiores: generat eos & Africa, Arabia, Mauritania, Aethiopes: Troglodytè, & Italia. Quod ne cuipiam incredibile uideretur, Columellæ ex rei ruſticæ quarto uerba ſubieci: India perhi-

Elephantes etiã in Italia naſci.

betur molibus ferarum mirabilis, pares tamen in hac terra uaſtitate beluas progenerari quis neget? cum inter mœnia noſtra natos animaduertamus elephantes. Pugnam illorum primus omnium in circo dedit Cn. Pompeius ludis, quibus à ſe factum Theatrum dedicauit, ut teſtis eſt Aſconius Pædianus.

LEO.

LEo ſolus ex feris clementia in ſupplices utitur, proſtratisq́; parcit, percuſſorem agnoſcit, & ex obſeruato inuadit. Animi index cauda, ſicut aures equorum. Ignem formidare impendio creditur, quod Homerus ſenſit cum dicat:

Ardentesq́; faces quas quamuis ſæuiat horret.

Oſſa adeò dura habet, ut his percuſſis ignis quaſi è ſilice prodeat. Ad currum iunxit eos primus M. Antonius, & quidem bello ciuili, cum dimicatum eſt in Pharſalicis campis. Primus quoq; leonem manu tractare, & manſuefactum oſtendere auſus eſt Hanno Carthaginenſis, damnatusq́; illo argumento: quoniam nihil nō perſuaſurus uir tam artificis ingenij uidebatur, & malè committi libertas ei, cui in tantum ceſſiſſet feritas: author Plinius. Symandium etiam regem Aegyptiorum ferunt leonis domi enutriti opera in pugnam uti ſolitum fuiſſe, ad uictoriam, ut ſcribit Diodorus bibliothecæ ſecūdo. Nō manſuefactos exarmare conſueuerāt, ut olim Heliogabalus, qui dentibus & unguibus exectis, triclinijs etiam, epulantibus conuiuis, eos immittebat. Sed exarmare pro manſuefacere quidam dixerūt. Pugnam eorum ſimul plurium Romæ primus dedit Q. Scæuola P.F. in curuli ædilitate. Centum autem iubato-

Leo manſuefactus.

Exarmo.

rum primus omnium L. Sylla, qui poſtea dictator fuit, in prætura. Naſcuntur in Europa, & ea præcipue parte, quæ inter Acheloum amnem, & Neſum cæteris fortiores. Peculiare nanq; eſt Europæ beſtias producere robuſtiores, ueluti Aſiæ efferatiores, Africæ multiformiores: hinc prouerbio quodam dicitur, Semper aliquid noui Africam afferre. Cauſa eſt aquarum penuria, qua fit ut bibendi deſyderio ad unum fontem concurrāt alienigenæ feræ: & quæ ante diſcrepabant inter ſe, fiant mitiores, atq; ita coniungantur. Leænarum partus adulterinis coitibus pardorum degeneratur, & leones quidem procreantur, ſed in plebe remanent ignobiles, & iubarum inopes, ut author eſt Solinus in collectaneis: Leopardos dixere. Pardi uerò qui mares ſunt: & Variæ, quæ Pardales: & Pantheræ in Africa Syriaq; copioſius naſcuntur, macularum uarietate inſignes, uelut Tigrides. Chamelopardalis (cuius meminit Plinius, Albertus Magnus, & Solinus) nunc Gyrapha, primum Romæ Cæſaris Dictatoris ludis circenſibus uiſa. Et Lupus ceruarius quem chaum, Thoëm quoque, ſi idem eſt tamen, uocitant, tantæ obliuionis, ut illi etiam in fame mandenti, ſi retro aſpexerit, cibi ſubrepat obliuio. Hominem & diligit, & neque ualde metuit, neque offendit, ut apud Ariſtotelem nono Hiſto. animalium legimus.

Africā ſemper aliquid noui affere. Prouerb.

Leopardi. Pardi. Variæ. Pardales. Pantheræ. Chamelopardalis. Gyrapha. Lupus ceruarius. Chaus. Thoës.

TIGRIS.

Tigris à uelocitate nomen accepit: nam lingua medica, Tigris ſagitta eſt. Vnde Plinius, Tigrim inquit, Hircani & Indi ferunt, animal uelocitatis tremendæ. Tantæ pernicitatis ſunt, ut nihil ſit quod

non aſſequantur, quamuis longe antecedat. Hæc tunc præcipue probantur, cum catulorum ſuorum raptoribus inſiſtunt. Diuus Auguſtus primus Romæ Tigrim in *cauea manſuefactam oſtendit*, Q. Tuberone Fabio *Maximo coſs. quarto nonas* Maij *in dedicatione* Theatri Marcelli. *At poſtea diuus* Claudius *ſimul quatuor, &* Philippus *Cæſar decem exhibuit.* Nitent *fuluo colore, qui nigrantibus ſegmentis interundatus impenſius oblectat.* Dicuntur *autem* Catuli *fœtus earum, & complurium animalium à* Plinio, *& alijs.* Lucretius:

Tigris manſuefacta.

Catuli.

Scymni. *At Catuli* Pantherarum, *Scymniq; Leonum:*

Scytalia. *Vt ſint hi proprie leonum: nam Scytalia græcè aliarum ferarum nuncupantur.*

APER.

A*Per græcè σύαγρος dicitur, quòd in aſperis locis ſenticetis, & montibus intonſis uerſatur, ut refert* M. Varro *in libris linguæ latinæ. Primus Romanorum* P. Seruilius *Rullus, pater eius* Rulli, *qui in cõſulatu* Ciceronis *legem* Agrariam *promulgauit, aprum ſolidum epulis appoſuit. Ad quod reſpiciens* Iuuenalis, *& ſua notans tempora, exclamat:*

Aper in epulis.

Quanta eſt gula quæ ſibi totos
Ponit apros animal propter conuiuia natum.

Plurimi eſt nutrimenti, & facilis eſt digeſtionis, melior quàm domeſticus, quia leuioris ſubſtantiæ, ut eſt apud Auicennam. *Quòd autem in uiuarijs haberentur apri, oſtendit* M. Varro. *in re ruſtica: Cum emiſti fundũ* Tuſculanum *à* M. Piſone, *in leporario apri fuerũt multi.* Item: *Nunc ut habeant multos apros, complura iugera macerijs concludunt. Caſtrati maiores & ferociores euadunt.*

euadunt. Hinc Homerus:

Nutrit exectum ſyluis horrentibus aprum,
Inſtar non bruti ſed dorſi montis opaci.

Caſtrantur autem, quòd recentioribus adhuc moribus pruriens incumbit in teſtes: quo atterentes eam partem ad arbores teſticulos extingunt, ut Ariſtoteles hiſto. animalium ſexto atteſtatur. In portentis numerantur tres Apri: Erymantheus, quem ſuſtulit Hercules: Aper in olympo Myſiæ, in cuius uenatione cecidit filius Crœſi, uulneratus ab Adraſto, de quo Herodotus: & Aper Chalidonius, quem Altheæ & Oenei filius Meleager interfecit. Aprorum caſtratio. Aper Erymantheus, Olympicus, & Chalidonius.

CERVVS.

CEruus Græcè ἔλαφος cornibus inſignitus eſt, quæ ſolida ſunt, athore Ariſto. unde nomen accepit g, in c, mutato, quaſi geruus, quòd cornua gerat: ſiue ἀπὸ τῶν κεράτων, hoc eſt, à cornibus, quæ primum binis oriuntur, ſimplicia quidem & recta, ad ſubularũ ſimilitudinem (quam ob rem ſubulones per id tempus appellantur) in imis cornibus (nam ſenes his carent) ramis ad uſum pugnæ ante frontem pendentibus, quæ Adminicula dixerunt. Cornua ipſa ſingulo anno menſe Aprili amittunt locis difficilimis, & quà inueniri nequeant, unde prouerbium illud emanauit: Quà cerui relinquunt cornua. Cauent enim ne inermes reperiantur, tanquàm cum cornibus arma ſua amiſerint. Vitam uiuunt longiſſimam, hinc poëtæ illud eſt: Subulones. Adminicula. Qua cerui relinquunt cornua, Prouer. Ceruorum ætas.

Viuacis cornua cerui.

Et Columella rei ruſticæ decimo: Ceruus compluribus annis ſuſtineri poteſt. Nam diu iuuenis poßidetur,

H

quòd æui longioris ſpatium ſortitus eſt. Conſtat enim, ut ſcribit Solinus, aliquos poſt centum annos cum torquibus aureis, quos Alexander magnus addiderat, fuiſſe captos, adopertis iam cute in magna obeſitate, nec dum indicium ſenis præferentes. Febrem non ſentiunt, quin huic morbo medentur. Quaſdam nos, inquit Plinius, principes fœminas ſcimus omnibus diebus matutinis carnem eam deguſtare ſolitas, longo æuo caruiſſe febribus. Naſcuntur interdum colore candido, qualem fuiſſe tradunt Q. Sertorij ceruam: quam eſſe fatidicam Hiſpaniæ gentibus perſuaſerat, ut eſt apud Plutarchum. Animal eſt ſimplex, & omnium rerum miraculo ſtupens, adeò ut uenatoris arcum & ſagittas in ſe directas miretur. In fabulis celebratur cerua cornibus aureis eximiæ pernicitatis, quam arte & ingenio Hercules cepit: etiam ſi Ariſto. de partibus animalium ceruas fœminas cornua non habere rationibus oſtendit. Conſtat equidem ex Callimacho in hymno Dianæ, è quinq; ceruis ſecus Parrhaſij montis radices inuentis, quarum è cornibus ſplendebat aurum, quatuor ipſam ſine canibus cepiſſe, curruq; adiunxiſſe: fugientem aliam Iunonis uoluntate, Herculi ut certamen fieret, rupem excepiſſe Cerauniam.

Febris quomodo uitetur. Pli. lib. 8. ca. 32. Ceruæ candidæ. Cerua cornibus aureis.

VRSVS.

VRſorum partus, primò candida eſt informiſq; caro, muribus paulò maior: ſine oculis & abſq; pilo, quam lambendo paulatim figurant. Hinc Ouidius in ultimo Metamorphoſcos:

Pli. lib. 8. ca. 36.

Nec catulus partu quem reddidit urſa recenti,
Sed male uiua caro eſt, lambendo mater in artus
Fingit, & in formam quantam capit ipſa reducit.

Inualidiſsimum eſt his caput, ſicut leonibus fortiſsimum. L. Domitius Aenobardus curulis ædilis. M. Piſone, M. Meſſala coſs. Numidicos urſos centum, & totidem æthiopas uenatores in Circo Romano exhibuit: quod ſpectaculum inter memorabiles titulos annotatum eſt, ut tradit Solinus. Adeps ipſe defluuium capillorum inhibere creditur.

LEPVS.

Lepus, qui omnium animalium predæ naſcitur, in cibis palmam præ cæteris quadrupedibus obtinet: & ſeptem diebus formoſiores epulones facit: Hic Epigrammatarius poëta:

Cum mittis leporem dicis mihi Gellia ſemper,
Formoſus ſeptem Marce diebus eris.

Quæ carmina à Lampridio repetita ſunt in uita Alexandri Seueri, qui lepuſculis delectabatur. Sagitari lepores inſtitutum eſſe oſtendit Marcus Varro in re ruſtica his uerbis, quæ à Macrobio in Saturnalibus recitantur: Hoc quoque nuper inſtitutum eſt, ut lepores ſaginarentur, cum exceptos è leporario quondam in caueis & loco clauſo faciant pingues. Nos leporem obturatis auribus ſurdum celerius pingueſcere legimus. Lælius putauit dictum à celeritudine quòd leuipes eſſet: at Gellius ex Varro. Lælium culpans, à uerbo Græco antiquo, quo Aeoles Boëtij leporem appellabant. Dormiunt oculis patentibus lepores, multiq; hominum: quod κορυϐαντίαν Græci dixere. Δασύποδας, eoſdem eſſe claſsicorum, & primariorum ſcriptorum quidam uoluere, Plinius negat. Eſt inter eos genus quoddam, nonnulli Lepuſculos, Hiſpania Cuniculos nominat, quòd Lib. 1. cap. 18. Pli. lib. 11. ca. 37. Κορυϐαντία. Δασύπυς. Pli. lib. 8. ca. 55. Lepuſculi. Cuniculi.

ſub terra cuniculos ipſi faciant, ueluti mures quas dicũt
Μυωπίαι. μυωπίας, ubi latitant in agris. Martialis in Xenijs:

Gaudet in effoßis habitare cuniculus antris,
Monſtrauit tacitas hoſtibus ille uias.

Vt Camillo ad Veios capiendos in Ethruria. Fœcundi
tatis ſunt eximiæ, hinc oppidum in ea ſuffoſſum à cunicu
Cap. 29. & 55. lis fuiſſe ſcribit Plin. in. viij. Quin & Balearici olim au-
xilium militare ab Auguſto petere coacti ſunt, cuniculis
eorum regionem populantibus: author Strabo. Inter ſe-
mifera animalia connumerantur, quæ nec placida, nec fe
ra ſunt, ſed mediæ inter utranq; naturæ. Non enim feritа
tem habent, & ideo feræ dici non poſſunt: neq; manſue-
ſcunt unquàm, quo fit ut nec placidi, nec cicures habean
tur. Timidißimi equidem ſunt, ueluti & damæ, cæteraq;
id genus animalia, quibus dilutus eſt ſanguis, ut refert
Puſillanimes. Ariſtoteles. Hinc ſunt quos Puſillanimes Latini, Græci
Μικροψύ- μικροψύχους nominarunt.

χοι.

CAPREA.

Δορκάδες. CAPreæ, quæ Δορκάδες acutißimè uidentes à ſimi
litudine quadam capræ dicuntur, unde capreo-
li. Capræ ipſæ uel à carpendo ſumma uirgultorum, uel à
crurum crepitu. Caprearum genera compluria enume-
Ibices. rat Pli. in. viij. Sunt Ibices maximè perniцitatis. Eſt Dama
Dama. quæ raro manſueſcit, νεβρὸς etiã appellata: unde νεβρί-
Νεβρός. Nebrides. δες pelles damarum, quibus in Liberi patris Orgijs ſunt
Rupicapræ. antiquiores. Sũt Rupicapræ, ſunt Pygargi, ſunt Oryges
Pygargi. Oryges. ſoli contrario pilo ueſtiti, & ad caput uerſo, ſunt Stre-
Strepſicerotes. pſicerotes & Platicerotes: hi à cornibus latis, illi à con-
Platicerotes. tortis nomen adepti, multaq; alia haud dißimilia: quorũ
quædam alpes, quædam tranſmarini ſitus mittunt.

ERINACIVS.

ERinacij ſpinis contecti ſunt. Ariſtoteles hiſto. animalium primo: Pilos effigie aculei ſpiculatos genus quoddam pilorum eſſe exiſtimandum eſt, quales erinacij, aut hiſtrices gerunt: uicem enim uillorum non pedum, ut echinorum aculei præſtant. Hi & Herices, quòd ſpinis horreant, dicti. In ſepibus dumoſis & uineis per Autumnum præcipue diuerſantur: conduntur in arbores hyeme, & cibis per æſtatem paratis ueſcuntur. Vbi ſenſere uenatores, contractis ore & pedibus, conuoluuntur in formam pilæ, ne quid comprehendi poßit præter aculeos. Sunt è genere eorum maiores Hiſtrices, quibus longiores aculei; & cum tendunt cutem, mißiles. Erinaciorum caro uentrem leniens εὐσομάχη eſt, ut ſcribit Auicennas. Herices. Hiſtrices.

GLIRES.

GLires paruula animalia cum latet in arboribus, hyeme ſomno pingueſcunt, ut Ariſtoteles author eſt. Hinc Epigrammatarius poëta in Xenijs:

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore ſum quo me nil niſi ſomnus alit.

Inter ganeatos cibos numerabantur apud maiores, adeò ut Cenſoriæ legis principes. Q. Scaurus, & Marcus in conſulatu illos cœnis ademerint. At Fuluius Hirpinus uiuaria eorum in dolijs excogitauit. Pli. lib. 8, ca. 57. & lib. 36. cap. 1.

SIMIA.

SImiæ hominum figuris proxima animalia, apud nos in delitijs habentur, omnium ferè rerum imitatrices. Cauda hæ carent: ſunt tamen in genere earum caudatæ, Cercopitheci, ut ſcribit Solinus, quorum Martialis Cercopitheci.

Simij lemmate præpoſito meminit in Apophoretis:
Callidus emiſſas eludere Simius haſtas,
Si mihi cauda foret cercopithecus eram.

πίθηκος. *Nam Simio mira eſt ſolertia: Græci* πίθηκον *uocant.*
Latrunculis fictis cera hunc luſiſſe, Mutianus author
eſt. Simias fert Libya, ut teſtimonio Poſsidonij refert Stra
bo lib. xvij. & xv. Indiæ ſyluam ſupra Emodos montes
Cebus. *abundare cercopithecis. Cebum, alij caudatam Simiam*
Sphinges. *interpretantur. In Simiarũ genere numerantur & Sphin*
ges, mammis prominentibus, ac dociles ad feritatis obli=
Cynocephali. *uione: & Cynocephali à capite canino: Satyri ex libidi=*
Satyri. αἰγίπανες. *ne nomen adepti, quos* αἰγίπανες *nonnulli uocitant. Si=*
Simus. *miæ ipſæ, quòd ſimæ ſint, ideſt naribus depreſsis. Simi au*
Silus. *tem contrarius eſt Silus: unde Silæ galeæ. Alij tamen di=*
ctas uoluere quaſi minas, hoc eſt imitatrices, quæ in le=
porario rarenter tenentur, ſed catenula in qualibet ferè
ædium parte ligantur, ut conſpici poſsint atq; delectent.
Et cum hæ turpiſsimæ beſtiæ uocentur ab Ennio, credunt
tamen ſuos catulos eſſe omnium formoſiſsimos, id quod
pleriſq; noſtrum, qui ſcribimus, euenit. Et de roborario
Monoceros. *hactenus: cæterorum nanq; animalium (ut biſontis, Mo=*
nocerotis, quem unicornem Latini: rhinocerotis, lupi,
Mellis. Caſtor. *uulpeculæ, Mellis ideſt taxi, lyncis, uri, hyenæ, Caſtoris*
Viuerra. *qui fiber, muſtellæ aucupibus cum miteſcit ſeruientis, Vi*
Mus alpinus. *uerræ quæ pholita, Muris alpini qui armelinus, & lutræ*
aquaticæ: quorum ſpecies uarias Solinus, Plinius, Alber=
tus Magnus, & Ariſtotel. tradidere) nihil attinet formas
referre, quoniam eorum quædam apud nos nunquàm,
uel raro uidentur: quædam autem cum ſint, uel menſis
explodũtur, uel minimè manſueſcunt: quod ſi fortè con=

tigerit,parum uel nihil delectant. His igitur omißis ſtabulum ſubiungimus,in quo mulum,equum,aſinum,animalia homini impenſius neceſſaria,camelumq́; (etſi Italiæ ferè incognitus ſit) canem deniq; ut cuſtodiam ponemus,cæteraq́; quæ conuenire uidebuntur, annotabimus: Bouem uerò,taurum,& ex his uitulos,ac iunices,bubalos colore nigro,ſuem,uerrem,& inde nefrendes, maialesq́;(materiam numeroſam ganeæ,ſincipita,glandia,abdomina, iecuſcula, uuluas, lumbos, callum exhibentes) ouem pecudemúe,& arietem,(è quibus agni puriſsimi) & uerueces,capram,hircũ (unde hædi cibis gratiſsimi) & reliqua ſi quæ ſunt greges & armenta, quoniã urbanam domum non uillam deſcribimus,prætermittemus.

STABVLVM, CAPVT VIII.

STabulum, ubi greges & armenta clauduntur, locũ generaliter appellamus: nã ubi equi tenentur,ſpecialiter Equile, ubi oues Ouile,ubi ſues Haram dixere: Bobile quoque à bobus, Caprile à capris, Hædile ab hædis, Agnile ab agnis nomina traxerunt. Stabula ipſa & deuexa, & aut glarea, aut ſabulo, ſaxoúe ſtrata eſſe oportet, ut humorem reſpuere, aut exorbere & tranſmittere ualeant, ſpectareq́; ad meridiem, ut facilè ſiccentur, & frigidis uentis non ſint obnoxia. Vnde apud nos ea maximè parte, qua equi ad præſepia ſtare ſoliti ſunt ſilicantur, ideſt ſilice lapide uulgari ſternuntur: quæ ex lateribus quoque uocant Silicata,ut Delapidata, lapide ſtrata. Sed præ cæteris operæprecium eſt,& tutiſsimum aduerſus ignem ſtabula per teſtudinem concamerare,propter fœnũ,paleas,

Equile.
Hara.
Ouile.
Bobile.
Caprile.
Hædile.
Agnile.
Silicare.
Silicata.
Delapidata.

& ſtramenta,quæ in illis habentur parte ſuperiore,quā
Fœnile. Fœnile rectè appellabimus. Dicuntur & ſtabula hominum diuerſoria & hoſpitia: in quo ſignificatu accipit ſæpiculè Petrus Arbiter in Satyris: & Apuleius, ac di-
Stabularius. uus Hieronymus in Euangelio Stabularium pro hoſpite uiatores precio recipiente poſuerunt. Vlpianus iureconſultus:Caupones inquit, & ſtabularios eos æquè accipie
Proſtibulæ. mus,qui cauponam & ſtabulum exercent.Vnde & Pro
Proſedæ. ſtibulæ,Proſedæq; meretrices dictæ,quòd quæſtus copioſioris gratia concurrentibus illuc aduenis, manſiones ante ſtabula habuere. Qui apud nos curam ſtabuli & equorum habent,Stabularij dicuntur, magiſtro ſtabuli obtemperantes.

EQVVS.

EQuos annis quinquagenis uiuere,fœminas minorē ſpatio,creditum eſt.Scythæ fœminis (ut nunc noſtri ſunt curſores,caballarij)uti maluere, ſed in prælijs, quòd urinam curſu non impedito reddant. Hinc ab hiſtoricis celebrātur equæ Cymonis,quæ tres uictorias olympicas reportarunt,& mortuæ Athenis ſepultæ ſunt:item Euagoræ Laconici, quæ etiamnum in ludis æleis uictrices fuere. Libidine ex fœminis potiſſimum incenduntur:
Equire. mox uaccæ,ut ſcribit Ariſtoteles. Equiunt itaq;: unde id uerbum ab hoc uno animali trahitur maledicto in uiroſas mulieres & libidinoſas. Euentari quoq; per id tēpus creduntur,ita affectæ currunt relicta ſocietate. Simile eſt
Subare. Catulire. hoc uitiū,quod Subare in ſuibus dicitur, in canibus Catulire.Curſus fit nō orientem uerſus aut occidentem, ſed
Hippomanes. ex aduerſo auſtri aut aquilonis:idq; emittunt,quod Hip
Apria. pomanes uocitatur:ueluti ſues,quod Apriam nuncupāt.

Equarum uirus à coitu in lichnis accenſum Anaxilaus prodidit equinorum capitum uiſus repreſentare monſtrificé. Libido extinguitur uel iuba detonſa, uel equo admiſſario ex equitio, id eſt, mandra equorum admiſſo. Iuba certiſsimus author poſteris etiam prodendum putauit, à Semiramide, Nini regis uxore: equum ad coitum uſq; adamatum. Fideliſsimi hominibus ſunt: unde & ob amiſſos dominos triſtantur, & lachrymas interdum fundunt. Interfecto Nicomede rege, equus qui illius fuerat inedia uitam finiuit. Vulneratus item in prælio equus Magni Alexandri, Bucephalus, regem in alium tranſcendere minimè paſſus eſt. Idem regijs inſtratus ephippijs, neminem quam ipſum dorſo excepit, ut referunt Quintus Curtius, Solinus, Plutarchus, & Iuſtinus. Nec Cæſaris Dictatoris equum quenquam aliũ dorſo excepiſſe legimus, eundemq; priores pedes hominis ſimiles habuiſſe, locupletiſsimus teſtis eſt Trãquillis: qua effigie ante Veneris genitricis ædem poſitus eſt. Equorum autem alij Gradarij, Aſturcones, & Veredi. Gradarij molli gradu, & ſine ſuccuſſatura incedunt: cõtrà Succuſſores (quos alij Succuſſatores Succuſsonesúe) frequenter ſeſſorem inquietant: unde nomen ſortiti. nam Marcello authore Succuſſare eſt frequenter excutere. Aſturcones molli greſſu alternáq; conglomeratione incedentes, equitem minimè concutiunt. Plinius ſcribit in Hiſpania eſſe gentem Aſturiam, equorũ feracem (Thieldones appellant) minori forma aſturcones gignentes, quibus in curſu non uulgaris ſit gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Inde Equiſones & Arulatores, ſiue manus Cociones, arte & induſtria ta=

Equitium. Equorum fides erga dominos ſuos. Bucephalus. Gradarij. Succuſſores. Sucuſſare. Aſturcones. Lib.8.cap.42. Thieldones. Equiſones. Arulatores. Cociones.

lem poſtea gradus glomerationem equis dederunt. Non-
Tollutares. *nulli Tollutares uocant, ab Aſturia regione Aſturcones nuncupati. Martialis:*

Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit ungues,
Venit ab auriferis gentibus aſtur equus.

Et Silius Italicus Punicorum iij. de Aſturib. populis loquens:

His paruus ſonipes, nec Marti notus, at idem
Aut inconcuſſo glomerat ueſtigia dorſo.

Seneca tamen epiſtolarũ viij. ad Lucilium ita inquit, non omnibus obeſis mãnis, & aſturconibus, & tollutarijs præferres illum unicum equum ab ipſo Catone defri-
Tollutarij. Veredi. *ctum: ut Tollutares & Tollutarij dici poßint. At Veredi uelocißimi in curſu dicẽtur, quibus maiores uſi ſunt in uenatione. Hinc exijt illud Epigrãmatarij poëtæ:*

Stragula ſuccincti uenator ſume ueredi.

Talibus noſtra tẽpeſtate utuntur lãcearij equeſtres,
Stratiotici. *Stratioticos quos dicũt, lãces manibus reciprocãtes. Cõmendantur ad hoc Turcorũ caballi teſticulis, ut pluri-*
Cantherius. *mũ, adẽptis (Cãtherios uocãt) pernicißimi: nã cantherius equus caſtratus eſt. A ueredis curſores, ſeu mauis tabellarios equeſtres celeri celeritate perferentes, Veredarios,*
Veredarij. Caballarij. Equulei. *ut à caballis alij Caballarios, appellãt: qui teſte Iulio Firmico ſub equi cœleſtis ſydere naſcuntur. Sunt &*
Manni. Mannuli. *equulei equi puſilli: Mãni, & diminutiua uoce Mãnuli: de quibus Plinius Cecilius, & Horatius meminerũt. Hos*
Burici. *etiã Buricos nominãt, ut eſt apud Acronẽ & Porphirionẽ. Omniũ pedibus ſoleas è ferro addimus, At Nero olim mulis ſuis ex argẽto. Et Plinius in xxxiij. Vaſa inquit, coquinaria ex argẽto Caluus Orator fieri cõqueritur.*

Sed nos carrucas ex argēto cælare inuenimus, noſtraq́; ætate Poppea cōiunx Neronis principis delicatioribus iumētis ſuis ſoleas ex auro quoq; induere ſolebat: nā ad currum equi iungūtur. Hinc Currules *&* Bijuges, *&* à *carruca* Carrucarij, *à carpento* Carpentarij, *à rheda* Rhedarij, *&* à *ciſio ferè quod currus,* Ciſarij *noīa traxerunt. Sed multos primum cœptos, curru uehiculoq́; adiungi creditum, teſte* Pompeio. Equos *autem* Neptunum *primo domaſſe exiſtimant Cretenſes, artemq́; ab eo equitandi inſtitutam, ex quo* Hippius *ſit cognominatus, unde* Papinius *in* Thebaide: Currules equi. Carrucarij. Carpētarij equi. Rhedarij. Ciſarij.

Neptunus equo ſi certa priorum,
Fama patet primus teneris læſiſſe lupatis
Ora, & littoreo domitaſſe in puluere fertur.

Alij Amazonas. Plinius *equo uehi* Bellorophontem *inſtituiſſe author eſt, & ex equo pugnare* Theſſalos, *qui Centauri ſunt appellati. Caballi nāq; bello aptiſſima ſunt animalia.* Hinc Lucretius:

Lanigeræ pecudes & equorum bellica proles.

Hic *eſt* Bellorophontes, *qui aduerſus chimærā pegaſo equo alato uſus eſt ad uictoriam, ut* Mythici *fabulantur. Is in* Helicone *Boëtiæ monte ungula ſaxum feriens fontem eduxit* Hippocrenem, *ut* Aratus *&* Higinus *tradidere.* Ex *hiſtoria eſt equidem aligeros in* Aethiopia *equos naſci, quos Pegaſos nominant.* Plinio *in* viij. *&* Alberto *magno in* xxij. *authoribus.* Bellorophōtes. Hippocrene. Pegaſi equi.

MVLVS.

MVlus, *qui Græcè ἡμίονος, ex equa & aſino, ut notiſſimū eſt, gignitur, animal uiribus in labore eximium.* Optimus *ad generationē aſinus habetur,*

qui equam pullus ſuxerit. Hinc admittunt de induſtria, ἱπποθύλαι. quos ἱπποθύλας uocant, tanquàm equimulgos, qui uiribus bonis modo equorum ſuperuenientes in paſcuis Hinnulus. coëant. At ex equo & aſina genitus pullus Hinnulus uocatur, ut ſcribit Plinius & Varro. Mulum lxxx. annis Mulę ſteriles. uixiſſe Athenienſium monumentis apparet. Mulæ ipſæ non pariunt, quoniam differentibus ſpecie animalibus conſtant, & non iiſdem per naturam & temperamentum ſeminibus, ut ſentire uidetur Aphrodiſæus in problematibus. Sunt tamen in Syria quæ pariant, ſed ſui generis, ut refert Ariſtoteles hiſto. animalium primo: At mulus ipſe ſeptennis implere poteſt: cum equa etiam Hinus. coniunctus, Hinum procreauit. Mulorum ductor Mulio Mulio. Equiſo. nuncupatur, ſicut Equiſo equorum, Bubulcus boum, Bubulcus. qui & bubſequa: nam Agaſo ab agendo generale uer- Bubſequa. Agaſo. bum eſt. Plinius in xxxv. Athenion Agaſonem cũ equo pinxit. Apuleius in Metamorphoſi: An te nos tractamus inciuiliter, qui noſtrũ aſinũ furatus abducis, quin potius effaris: ubi puerum eiuſdem Agaſonem necatum ſcilicet Opilio. occultaris. Opilio ouium, quaſi ouilio. Suarius ſuum, Suarius. Porcarius. qui porcarius, & Aepolus ex Græco, quaſi Aegolus, ca- Aepolus. prarum. Muli calcitrones, id eſt, calcibus infeſtantes, ui- Calcitro. tio arcentur, uini crebriore potu.

ASINVS.

Asinum quadringẽtis nummis emptum, Q. Axio ſenatori, haud ſcio an omnium pretio animaliũ uicto, inquit Plinius. Plagarum & penuriæ tolerantiſſimus negligentiam cuſtodis fortiſſime ſuſtinet, tardiusq́; reliquis armentis deficit. Nam ut notat Columella, laboris & famis maxime patiens, raro morbis afficitur: fri-

gore tamẽ obrigeſcit, utpote natura frigidus: unde & in Ponto & in Scythia non naſcitur, ut Aphrodiſæus & Ariſtoteles tradidere. Pullos aſinarũ epulari Mœcenas inſtituit, multũ eo tẽpore prælatos onagris: poſt eum interijt authoritas ſaporis. Onagri ipſi è ſylueſtri genere (unde nomẽ) in Phrygia & Lycaonia præcipui cũ uenatibus agitãtur, ita eminus lapides calcitrando emittũt, ut inſequentium perforent pectora: aut perfractis oßibus capita ipſa diſplodant. Hinc in re bellica tormentum quoddam anagri nomen accepit, ut ſcribit Ammianus. Pullis eorum ceu ſapore præſtantibus Africa gloriatur, quos Laliſiones appellat. Martialis in Xenijs:

Pullorũ aſinarũ uſus in epulis.

Onagri.

Laliſio.

Dum tener eſt Onager ſolaq; Laliſio matre,
Paſcitur, hoc infans ſed breue nomen habet.

In Græcia aſini Arcadici nobilitati, in Italia Reatini. M. Varro rei ruſticæ ſecũdo ſcriptum reliquit ſua memoria aſinum ueniſſe ſeſtertijs milibus ſexaginta. Et Plinius de aſinis hæc protulit: Quæſtus ex his opima prædia exuperat, notum eſt in celtiberia ſingulas emi quadragenis milibus nummorum. Quartos in his dentes à dijudicanda ætate gnomones dicemus, ut ex Ariſto. hauſimus: apud quem etiã ad quadrupedũ ætatem dignoſcẽdam hoc ſcitu dignũ, & experiẽtia cognitum legimus, cutem prætentam maxillis, detractam & mox relaxatam, ilicò in ſuum locum redeuntem, indicium præbere recentioris quadrupedus: at diutius rugatam permanentem, ueteris ſignum oſtentare.

Gnomones dentes.

Equus iunior a ueteri quomodo dignoſcatur.

CAMELVS.

Camelos inter armenta paſcit oriens. Bactri eos mittunt, & Arabia, ut ſcribit Diodorus: ſed in

hoc differunt, quòd Arabici bina in dorſo habẽt tubercula, ſingula Bactriani. Ad miniſterium duplex habentur, onerum enim ſalmas, iumentorũ uice, dorſo ferunt, Salmæ. *ut tradit Caius* Iurecõſultus *ad* L. Aquiliam: *ideoq; inter dorſuaria animalia numerandi, & equitatũ præbẽt in prælijs perniciores, ſed imprimis fœminæ:* Coituri *ſolitudines petunt ut elephantes.* Matres *nũquam ſuperueniunt, ſi quis etiam cogere uelit non patiuntur. Cum de induſtria cuſtos in uenerem cum matre miſcere camelum feciſſet, is re cognita ſceleris cõmiſſi, anxius camelarium paulò poſt morſu interemit, ut refert* Ariſto. *hiſto. animalium nono.* Sitim *quatriduo tolerant, potu nõ gaudent niſi aquam prius turbida uerint.* Equos *impenſius odore formidat, & equus camelum, adeò equidẽ ut nec ſpeciem eius intueri, nec odorem ſentire ſuſtineat, ut author eſt* Herodotus. Durãt *in annos quinquagenos, quidam & in centenos, teſtibus* Plinio *in* viij. *&* Solino *in collectaneis.* Primũ *autem camelos uidere* Romani, *qui cum* Scipione *Antiochum deuicere: atq; iterum, qui cum* Archelao *ad* Orchomenum *&* Cheroniam *dimicarunt, ut* Plutarchus *in* Lucullo *atteſtatur.* Nunc *paßim* Dromedarij. *Dromedarios appellamus, inter ueterina animalia numerandos:* Veterina. *qua dictione, ut nomen indicat, notamus animalia ad uecturas idonea.* Hinc Veterinarij, *curam* Veterinarij. *ueterinorum profitentes, qui &* Cteniatri, *id eſt,* Iumentarij, *à medela iumentorum dicti.* Apud *nos conſueuere etiã illa locãda domi nutricare ad quæſtum: unde equos, mulos: aſinos, meritorios uocitamus, ſicut ſcorta meritoria, & tabernam meritoriam.* Meritorij equi. Oroſius: E *taberna meritoria fons olei terram exundauit.*

CANIS.

Canis, qui græcè κύων, ad totius domus, ſed præcipue ſtabuli cuſtodiã, tam in oppidis quàm pagis eligendus eſt: familiam nanque & pecora obſeruat, latratu fures indicando. Quis famulus, inquit Columella, amantior domini? quis fidelior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt uigilantior? quis deniq; ultor & uindex conſtantior? Garamantum regem, canes ducenti, reſiſtentibus ſeſe opponentes, ab exilio reduxerunt. Colophonij & Caſtabalenſes ad bella, canum agmina & cohortes habuere. Volcatium etiã nobilem, qui authore Plinio, ius ciuile Caſſellium docuit, è ſuburbano Aſturcone redeuntem, cum aduesperauiſſet, canis à graſſatore defendit. Soli canes nomina ſua recognoſcunt. Itinerum meminerunt, uocem domeſticam agnoſcũt, dominos æqualiter & fideliter omnes diligunt. Hinc Lucretius: Canum fides. Canũ memoria.

Canum fido cum penore corda.

Liſmachi regis canis flammæ ſe iniecit, rogo domini accenſo, & pariter igne eſt abſumptus. Iaſonis quoq; Licij interfecti canis inedia uitam finiuit. Aluntur etiam num canes ad uenationem. hinc Venatici dicti: quorum alij lepores, capreolos, & id genus cætera curſu præuenientes, mordicus apprehendunt, atq; interimunt: alij ſagaces odore ferarum ueſtigia ſcrutantur, & uenationes retiariam, accipitrinam, & curſoriam adiuuant. Hi pendulas & ampliores ſortiti Plaudorum nomen acceperunt. Sed qui aduerſus apros ſpumantes, lupos rapaces, urſos informes, & ferociora animalia emittuntur, collum corio cum clauis acutis, & eminentioribus, Venatici canes. Sagaces canes. Plaudi.

Millus. cui Millus nomen eſt, ueſtiti prodeunt. Venandi uerò
Venationis author. modum Curetes induxere, ut eſt apud Diodorum. Suſcepere poſtea cæteri, & imprimis Perſarum reges, tanquàm uerißimam rerum bellicarum meditationem. Commendatur à Platone in libro vij. de legibus, cum fit canibus, equis, & corporeis uiribus. Quicunq; habuerit horoſcopum in quarta parte leonis, erit uenator, ut Firmicus teſtatur. Sunt & canes ſponte in uenatio-
Vertagus. nem exeuntes, prædamq; domum referentes, Vertagi nuncupti. Martialis:

Non ſibi ſed domino uenatur Vertagus acer,
Illæſum leporem qui tibi dente feret.

Melitei. Sunt præterea Melitei à loco, paruuli, in delitijs olim fœminarum, ut nunc, præſertim religioni addictarum celebrati.

PRAESEPIVM.

PRæſepium dicitur ubi iumẽtis cibus miniſtratur. Hinc Poëta:

Aut intus clauſos ſatura ad præſepia ſeruant.

Apuleius Methamorph. 6. Præſepium meum ordeo paßim repleri iubet, fœnumq; bactriano camelo ſufficiens apponi. Columella: In ſtabulo ſint ampla præſepia, ſuper quæ tranſuerſi aſſeres in modum iugeri, à terra ſeptem pedibus elati, cõfigantur, ad quos religari poßint
Præſepe. iuuenci. At Præſepe ipſum proprie ſtabulum dicetur: li-
Capiſtrum. gnum uerò ad quos equos, cæteraq; iumenta capiſtris (ita enim ipſa lora dicuntur) religare ſolemus non ali-
Vacerra. ter quàm ad anſulam uel uncinum, Vacerra nominatur. Columella clatrorum genus uacerras appellat, quibus robore factis caueæ muniuntur.

FVRCVLAE

FVRCVLAE SIVE FVRCILLAE.

Furculæ ſiue Furcillæ dicuntur, quibus & frumenta cillentur, ideſt mouentur (nam cillere eſt mo- Cillere.
uere, ut ſcribit Seruius) & quibus fœnum, palea, & id genus reliqua, iumentis miniſtrantur. iiſdem ruſtici in fœnu colligendo utuntur. Marcus Varro rei ruſticæ primo: Herba cum creſcere deſijt, & æſtibus areſcit, ſubſecari debet, & quo perareſcat furcillis uerſari. Furculæ ipſe uidentur à furca ὑποκοριστικῶς deductæ. Furcilles Furcilles.
quoq; è ferro dicimus bidentatos, uel tridentatos, quibus utuntur ſtabularij ad excrementa iumentorum paleis mixta (Fimum appellant, unde Fimeta, quæ Sterquilinia) Fimus.
è ſtabulo eijcienda. Sed furciles quoq; ſiue furcilla dixe- Fimetum.
runt, quibus homines ſuſpendebant, authore Pompeio.

RASTELLI.

Raſtelli propriè quibus per fœniſecia fœſtucas abradimus: à quo abraſu Raſtelli ſunt nominati, ut author eſt Marcus Varro in libris linguæ Latinæ, & ruſticæ primo: Tum de pratis, inquit, ſtipulam raſtellis eradi atque addere fœniſecio cumulum: quo facto ſicilienda prata, ideſt falcibus conſectanda, quæ Sicilire.
fœniſecæ præterierunt. Verum & ſtabulariorum uſibus deputantur: iiſdem quoque terram effodiunt, unde Suetonius in Nerone: Turbaq́; ſigno dato primo raſtello humum effodit, & corbulæ congeſtam humeris extulit. Colligitur autem fœnum per fœniſecas, & cæteros in metas, ſtrues, uel cumulos, quas Columella uidetur Strigas uocare: nam Strigæ ordines ſunt rerum inter ſe- Striga.
ſe compactarum.

FOENVM.

F Oeno aluntur iumenta, datur & ſtramentũ. Equos
uerò generoſiores, & ad curſum præſertim para-
Barbarici equi. tos, quos barbaricos dicimus, paleis, & zeatico hordea-
ceoúe cibario, qui ſunt principum equiſones alere con-
ſueuerũt. At uerno tempore equis iunioribus imprimis,
Farrago. per continuos dies pluſculos farrago exhibetur, qua &
purgantur, & obeſiores euadũt: de hac Plinius in.xviij.
Pompeius & Marcus Varro in re ruſtica meminerunt.
Hoc ſcitu dignum eſt, quod refert Ariſtotel. hiſto. anima-
lium. viij. farraginem pilum expolire, cum frugibus gra-
uida eſt: inutilem, cum duris iam ariſtis inhorreſcit. Fœ-
Fœſtuca. num autem ipſum & Fœſtuca, authore Pompeio, à fœtu
Fœniſecæ. nomina traxerunt: à fœno Fœniſecæ, qui fœnarijs falci-
bus fœnum in pratis ſecant. Columella rei ruſticæ ſecun-
do: Ita necubi ferramẽtum fœniſecis poßit offendere. Alij
fœnum à fœnore deducunt, quòd nil aliud ſine aliqua cu
Prata. ra tantum fœnoris præbeat. Vnde prata, à quibus fœnũ,
antiqui dixere quaſi parata. Fœnum menſe Maio primũ
ſecant fœniſecæ, tum etiam poſtea, maximeq; ſi prata
Cordum. ſint irrigua. Quod ſero ſatum, & ferè autumnale, Cor-
dum nuncupamus. Plinius: Rurſus inquit, deſecta rigari
oportet, ut ſecetur fœnum autumnale, quod Cordum uo
Corda frumẽta. cant: ueluti corda frumenta tarde matureſcentia dicun-
Cordi agni. Socordes. tur, authore Pompeio. Item cordi agni, qui & Socordes,
poſt tempus cum remanſerint in uoluis intimis, ut tradit
Marcus Varro rei ruſticæ ſecundo.

STRAMENTVM.

Spicilegium. S Tramentum è ſtipula culmiſq; faciunt, ſed optimũ
cum nondum pluerit, & ante ſpicilegium, quo reli-

ctas ſpicas colligunt: ſicut racemos relictos, Racematio- Racematio.
ne. Plinius in. viij. Vbi fœni inopia ſtramento paleam
quærunt. Item alibi de hordeo loquens: Palea ex optimis,
ſtramento uerò eius nullum cõparatur. Et Marcus Var-
ro rei ruſticæ primo: Infra manum ſtramentum, quod
terræ hæret, poſtea ſubſecatur. Contra quod cum ſpica
ſtramentum hæret, corbibus in aream defertur, ubi di-
ſcedit in aperto loco palàm, à quo nominata poteſt eſſe
Palea: ſtramentum à ſtando, ut ſtramen, dictum putant, Palea. Stramentum.
alij à ſtratu, quod pecori ſubſternatur. Palea ipſa è cul- Stramen.
mis & ſtipulis tenuioribus impendio probatur. Plures
gentium ea pro fœno utuntur. Optima eſt è milio: proxi-
ma ex hordeo, peſſima è tritico, præterquàm iumentis
opere laborantibus. Noſtri ſubſtratu animalium illam
præcipue ſeruare conſueuerunt. Datur & per hyemem
interdum armentis. Cæteris præfertur Viciæ palea in ci-
barijs, ſi maturæ fuerit collecta. Hoc unum addimus,
Culmum dici calamum, Stipulam uerò folia quæ ambiũt Culmus. Stipula.
culmum. Vergilius:

Culmumq; leuem, ſtipulasq; uolantes.

FISCINA.

Fiſcina à ferendo nomen accepit, ut ſcribit Marcus
Varro: Ea nanque feruntur paleæ, fœnum, frondes,
& id genus reliqua. Ouidius:

Vnde data eſt ægrè fiſcina frondis oui.

Et Plinius: Frondarias fiſcinas quatuor implere fron-
datorem iuſtum eſſe autumat. Sed Vergilio cum dixit:
Aut facilis rubea texantur fiſcina uirga.

A rubo, qui Vitilium uſu commendatur Plinio, Ru-
bea eſt, quando rubeus à colore nõ eſt à doctis receptus, Rubea fiſcina.

Rubia. *niſi legas rubia ab oppido Campaniæ: nam Rubia alias*
Fiſcella. *herba offectores utuntur.* Inde Fiſcella *uas è iuncis aut uimine qua caſeus formatur.* Diuus Hieronymus ad Ruſticum: *Vel fiſcellam texe iunco, uel caniſtrum lentis plecte uiminibus.* Tibullus:

Tunc fiſcella leui dextera eſt uimine iunci,
Raraq́; per nexus eſt uia facta ſero.

Fiſcellus. *Ab ea* Fiſcellus, *ut opinor, caſei mollis appetitor nuncupatur. Eſt & fiſcella è uiminibus, funiculisúe cõtexta, qua boum ora faucesq́; mulorum capiſtrantur.* Plinius *in.xviij.* Fiſcellis *capiſtrari boues oportet, ne germinum tenera præcerpant.* Fiſcina *item olei factores utuntur, ut idem decimoquinto oſtendit.*

STRIGILIS.

Stringere. *Strigilis inſtrumentum è ferro dentatum à ſtringendo, quod radere ſignificat, dici poteſt, quo equos, & id genus iumenta expolire ſolent equiſones, è corpore*
Equotriba. *ſordes abradendo.* Vnde Equotribas *appellabimus, qui*
Mulotriba. *equos, ut* Mulotribæ Plauto, *qui mulas fricãt.* Apud *antiquos propriè ad uſus balnei ſtrigiles fuere, ut dicemus.*
Strigiles piſces. *Strigiles etiamnũ ſermone uernaculo piſciculi quidã dicuntur, quorum frequens fit captura per hyemes.* Hi *ueru toſti, ſale, aceto, oliuo, pipere, & cinnamomo conditi paropſide in cibis non improbantur.*

FRENA.

Frena quibus equi coërcentur. Seneca:
Hippolytus arctis continet frenis equos.

Ea inuenere Peletronij, *qui & ſtrata equorum primi*
Oreæ. *monſtrauerũt.* Oreas *quibus ora frenantur: ſicut* aureas
Aureæ. *quæ ad aures religantur, authore* Pompeio *dicemus.* Aſt

Poſtomis ad cohibendam tenaciam naribus imponitur, ut tradit Nonius Marcellus. *Eſt & inter frena Lupus, quem Lupatum nonnulli.Hinc Poëta,* Poſtomis. Lupus. Lupatum.

Duris parere lupatis.

Et Papinius in Achil.

Non aſpera præbet ora lupis.

Eſt & Chamus, quo Dauidis *Pſalmo.xxxj. uſus eſt* Chamus. *diuus* Hieronymus. *Niſi potius hi fuerint ſeptuaginta interpretes, quorum Pſalterium per horas cantatur, ut quibuſdam placet.*

HABENAE.

HAbenæ, quæ & retinacula, frenis annexa ſunt lo= Retinacula. *ra, manuq; tenentur, ut equum in gyros flectere, impellere, & retinere ualeamus.* Vergilius de Turno:

Manibus mollitur habenas.

Silius Italicus *Punicorum ſeptimo:*

Ferrato calce atq; effuſa largus habena,

Cunctantem impellebat equum.

Vbi per calcem ferratum calcaria è ferro intellexit, Calcaria. *quibus equos concitamus, nō aliter quàm flagellis è ſummis arborum partibus, è loris, è neruo taurino. Freni uerò ipſi à frontalibus pendent, quæ caput equi hincinde* Frontalia. *uinciunt, & additis bullis interdum auratis, gemmisq; uenuſtant.* Pli.in.xxxvij.de Coclyde gemma, *Quondàq; tantæ magnitudinis, inquit, fecere, ut equis regum in* Oriente *frontalia atq; pro phaleris, penſilia facerent.*

EPHIPPIVM.

EPhippium ſella dicitur, quæ equis ad molliorem *uecturam imponitur, & loris canabinis (quæ cin* Cingulæ. *gulas uocitant) uentrem cingentibus, ne diffluat, contine=*

tur. Martialis ephippij lemmate præpoſito in Apophoretis:

Stragula ſuccincti uenator ſume ueredi,
Nam ſolet à nudo ſurgere ficus equo.

Ephippiati equi. Deſultorij. *Inde equi Ephippiati, quorum contrarij ſunt, à noſtris Deſultorij nuncupati, quòd ex his facilè deſiliant deſultores, qui, teſte Manilio in quinto Aſtronomiæ, fiũt ſub ſigno Eniochi. At generaliter omnia quæ mulis equis* Strata. *ue inſternuntur Strata dixere: & equos Stratos ac In-* Strati & inſtrati equi. *ſtratos, eis ornatos. T. Liuius in ſecũdo bello Punico: Armatos deinde inſtratisq́; equis ſignum expectare. Et ab urbe cond. lib. vij. Mulis ſtrata detrahi iubet. Seneca ad Lucilium: Stultus eſt, qui equum empturus non ipſum inſpicit, ſed ſtratum eius & frenos. Silius:*

Stratumq́; oſtro quem ceperat ipſe Cornipedem.

Ephippio autem dextra ac ſiniſtra loris quibuſdam Strapedes. *ferreæ machinulæ adduntur, quas Strapedes eleganter & Latialiter appellabimus: quia in his ſeſſores dum terga premunt equorum, pedes habere conſueuerunt. apud maiores, ut in ſtatuis equeſtribus apparet, non fuere. Ephippium ipſum dicitur, quòd ſupra equum ponatur: nam Græci ἵππον equum nominãt, unde hippodromus,* Hippiatros. *Hippiatros equomedicus,* Hippocampus. *Hippocãpus piſcis,* Hippomanes. *Hippomanes & caruncula & uirus,* Hippona. *Hippona dea equorum, ſicut Bubona boum,* Hipposonij. *Hipposonij uerò mangones ab equis componendis, colorem fuco, robur inani ſagina, ut ait Quintilianus, mentiẽtes: &* Hippiades. *Hippiades ſtatuæ mulierum equeſtres, qualis Chloeliæ inter obſides Porſenæ poſita dicitur, ac* Hippagones. *Hippagones naues tranſuehendis conuehendisq́; caballis aptæ.*

MONILE.

Monile non ſolum mulierum ornatus dicitur, ſed equorum etiam, pendens à collo in pectus, ut ſcribit Pompeius. Ouidius in Faſtis:

Dat digitus gemmas, dat longo monilia collo.

Aulus Gellius in noc. atti. equitatum inquit frenis, ephippijs, monilibus, phaleriſq; præfulgentem: quæ uerba apud Macrobiū in ſaturnal. recitat prætextatus. & Poëta de equis Latini.

Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent.

POSTILENA.

Poſtilena incuruum lignum, ſiue craſſius lorum dicetur, quod ſub iumentorum cauda poſuere, eo quòd à poſteriore parte habeatur. Plautus in Caſina:

Ita te à gerunda aqua curuum faciam probe, ut poſtilena
 poßit ex te fieri.

Hinc per contrarium Antilena, qua pectus cingitur, ut pectorali. Sed & cingulas laterales legimus, à lateribus quæ cingunt. Adduntur ferè omnibus bullæ, ex orichalco in primis orbiculatæ, extuberanteſq; ad ornatum & ſplendorem. Antilena. Laterales cingulæ.

PHALERA.

Phaleræ equorum ornamenta dicuntur, à uerbo Græco, quod illuſtrare ſignificat. Vergilius:

Primus equum phaleris inſignem uictor habeto.

Et poeta Satyrographus:

Magnorum artificum frangebat pocula miles,
Vt phaleris gauderet equus.

Suetonius in Claudio: Craſſus frugi equo phalerato & in ueſte palmata.

HELCIVM.

Helcium dicitur ante pectus equorum, & id genus animalium, ab armis, ideſt, humeris pendens inſtrumentum quoddam tractorium, quo & motæ illi per machinulam innexæ uerſantur, & curricula per lemonem trahūtur: unde & nomen accepit. ἕλκω etenim Græcè trabo Latinè interpretatur. Hinc Helciarius apud Martialem, qui fune canabino nauem trahit aduerſus undas. Sidonius: Helciarius.

Curuorum hic chorus Helciariorum.

De Helcio meminit Apuleius Metamorphoſeos nono: Defectum alioquin me Helcio ſparteo dimoto nexu machinæ liberatum applicant præſepio. & paulòpoſt: Helcio tandem abſolutus refectuiq; ſecure redditus.

CLITELLA.

Clitellæ appellantur, quibus colligatæ ſarcinulæ caulis, & id genus ueterinis, portantur, ut ſcribit Pompeius. Horatius in ſatyricis Sermonibus:

Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.

Clitellarij muli. Inde muli Clitellarij. Plautus in Muſtellaria:

Muliones multos clitellarios habent, ego habeo homines clitellarios, magni ſunt oneris, qcqd imponas, uehūt.

Dorſualia. Operimenta uerò quibus mulorū, boumq́;, & equorum dorſa conteguntur, Dorſualia uocāt: at ſacculi ſcortei ad ferenda numiſmata, ſiue cætera ad iter peregrinationemq́; neceſſaria, Bulgæ dicuntur, authore Pompeio: Bulgæ. Vulgæ. alij Vulgas uocitarūt. Seneca ab equis quibus portantur Hippoperas. Ipſius hæc uerba ſunt ex libro epiſtolarum ad Luciliū. xiij. M. Cato Cenſorinus (quē tam neceſſariū reipub. fuit naſci, quàm Scipionem: alter enim cū hoſti= Hippoperæ.

bus noſtris bellum, alter cum moribus geßit) Canthe-rio uidebatur, hippoperis quidem impoſitis, ut ſecum utilia portaret. Sunt & manticæ, ac per diminutionem Manticulæ paruulæ uiatoriæ. Aeſopus ille feſtiuißimus Apologorum ſcriptor, duas manticas ſingulis dedit hominibus, Anticam & Poſticam: in illa, aliena: in hac, noſtra repoſta ſunt uitia. Sed utinam obuerterentur, ut ſua quiſq; uitia intueri poßit, aliena non tam facile poſſet. Verum nemo uidet, ut ille inquit, manticæ quod in tergo eſt. Mantica. Manticula.

AVIARIVM CAPVT IX.

ORNITHONES.

ORnithones loca appellamus omniũ alitum, quæ intra parietes uillæ ſolent paſci, ut ex M. Var. ſcribit A. Gelius noct. attica. ſecundo. Auiaria quoq; dici poſſunt, quòd aues ibi paſcuntur incluſæ, quæ primus inſtituit, clauſis omnium generum auibus, M. Lælius Strabo Brundiſij equeſtris ordinis. Ex eo cepimus, inquit Plinius, animalia carcere coërcere, quibus natura cœlum aßignauerat. Vbi uerò opimabantur altilia, Saginarium à ſagina dixere. Vnde Marcus Varro ſcribit in re ruſtica, pullos anſerinos includi ſaginario. Eſt & Cors, quã cohortẽ quoq; dicimus, locus cinctus parietibus, quo Gallinæ, anates, & id genus reliqua habere in uilla ſolemus. Vnde cohortales apud rei ruſticæ ſcriptores gallinæ uocantur. Ouidius: Gel. lib. 2. c. 20. Auiaria. Saginarium. Cors. Cohortales gallinæ.

Abſtulerat multas illa cohortis aues.

Et Varro: Cors in qua paſcebantur gallinæ, Græci

ὀρνιθοτρο- φεῖον. ὀρνιθοτροφεῖον nominant, à gallinis paſcendis, quas ὀρνί- θας nuncupant, præ cæteras in eo includi ſolitas: nam & alias aues. Hinc ornithogonia de Auitij natura cõmentarios legimus. In urbana quoq; domo cortem facere poterimus, in qua paſcere ciconias, grues, pauones, gallinas, anſeres, & ſimilia dabitur ad uſus quotidianos. Excreta autem purgamenta tritici minuta ad cibos commode dabuntur gallinis, & cæteris auibus cohortalibus: & maxime cum annonæ caritas fuerit.

AQVILA.

Aquilæ, ut refert Aphrodiſæus in problematis, oculorum acie acutiſsima inter aues principatum ſibi uendicant, nunquam bibunt ueluti & cæteræ uolucres aduncæ, carniuoræ (quod faciunt genera auium rectunguia) fulmine non tanguntur. unde armigeri Iouis nomen acceperunt, C. Marius ſecundo conſulatu Romanis aquilam legionibus ſolam dicauit, cum eam antea una cum lupis, equis, apris, & minotauris, in ſignis haberent. Plura aquilarum eſſe genera ſatis notum eſt, quorum ad uenationem nonnullis utimur. Hinc Aſturij, quas ab anatum uenatu Anatarias aquilas latialiter nuncupabimus, principes & ditiores ad delicias alumnantur: quemadmodum & accipitres, quibus ſocietate quadam aucupantur ſagacibus catulis aues excitantibus, quas humana gula populetur. Verum lepuſculos etiam aquilæ uenantur: Vnde Græcis eſt λαγωφόνος. De accipitrum aquilarumq; generibus multa Plinius, Albertus magnus, & Ariſtoteles tradiderunt, apud quos complurima, ſi uolucris, diligens lector inuenies. Sed plurima in libellis, qui cura uirorũ principum

Aquila Romanorum ſignum.

Anatariæ aquilæ.

Accipitres.

Λαγωφόνος.

& ditiorum extant, ſuper educatione accipitrum & cæterarum auium, quæ uenationis ſociæ ſunt.

PAVO.

PAuo auis Iunonia laudatus expandit colores caudæ aduerſo maxime ſole (nam ſic fulgentius radiant) ſed non ante trimatum. Vnde Epigrammatarius poëta de pauone in Xenijs:

Miraris quoties gemmantes explicat alas,
Et potes hanc ſæuo tradere dure coquo.

Eſt illi, ut refert Ariſtoteles Hiſto. animalium primo, cura ornatus & politura, ueluti manſuetudo elephantis, & uulpibus aſtutia. Pauonē cibi gratia primus occidit orator Hortenſius: ſaginare uerò inſtituit M. Aufidius Lurco, circa nouiſsimum Piraticum bellum, reditusq; ex eo quæſtu ſeſtertiū ſexagena millia habuit. Eius caro non facile corruptione putreſcit, ut Diuus Auguſtinus in Dei ciuitate atteſtatur.

PHASIANAE.

PHaſianæ dictæ à Phaſi Colchorū fluuio exiſtimantur. Ab Argonautis nanq; ex ea regione in Græciam tranſportatæ ſunt. Id quod Martialis diſticho, cui Phaſianæ lemma eſt, dilucide oſtendit:

Argoa primum ſum tranſportata carina,
Ante mihi notum nil niſi phaſis erat.

Et Petronius Arbiter in ſatyris:

Iam phaſidis unda Orbata eſt auibus.

Phaſianæ in cibis præ cæteris uolucribus commendantur, nutriunt enim impenſius, nec ſtomachum, utpote concoctu faciles, lædunt. In hanc autem Itim Terei mutatum Mythici fabulantur.

PERDIX.

Perdices libidinoſißimæ aues creduntur. Plinius *in decimo:* Illæ *quidem & maritos ſuos fallunt: quoniam intemperantia libidinis frangunt eorum oua, ne cubando detineantur.* Tunc *inter ſe dimicant mares deſyderio fœminarum, uictum aiunt* Venerem *pati.* Id *quidem & coturnices;* Trogus *inquit, & gallinaceos aliquando.* Idem Ariſtoteles Hiſto. *animalium nono ſcriptum reliquit.* Hinc M. Varro: *Sic perdices quæ, ut* Archelaus *ſcribit, uoce maris audita concipiunt.* Et Solinus: Dimicant *circa connubium, uictosq; credunt fœminarum uice ſuſtinere* Venerem. Ipſas *libido ſic agitat, ut ſi uentus à maſculis flauerit, fiant prægnantes odore.* Iucundißimi *ſunt ſaporis, & ideo ſolis diuitum menſis apud ueteres ponebantur.* Martialis:

Ponitur Auſonijs *auis hæc rarißima menſis,*
Hanc *in lautorum mandere ſæpe ſoles.*

Eſt *de illa & noſtrum diſtichon:*

Lautorum *dubijs perdix ſodomitica cœnis*
Aptior, *ægrotis iuſcula ſæpe dedit.*

Theophraſt. *philoſophorum peritißimus omnes in* Paphlagonia *perdices bina corda habere ſcripſit, ſicut in* Cherronoſo *ad* Propõtidem *lepores bina habere iecinora teſtantur* Plinius *&* Ariſtoteles.

COTVRNIX.

Coturnices à ſono uocis, authore Pompeio, *apud* Delon, *partu deorum inſignem, primo inuentæ, unde inſula nomen accepit:* ὄρτυγας Græci *nuncupant,* Neoterici Qualeas. Cibos *gratißimos habent uenenorum ſemina: nam elleborum comedunt hominibus letife-*

rum, ut refert Aphrodiſæus in Problematibus. Lucretius in libris de rerum natura:

Præterea nobis ueratrum eſt acre uenenum,
At capreis adipes & coturnicibus auget.

Quam ob cauſam menſis prudentiorum damnatæ, ſimulq; propter morbum comitialem deſpui ſuetū, quem ſolæ animalium ſentiunt præter hominem, authores Plinius & Solinus. Hinc nos diſticho luſimus:

In precio ſum nunc olim damnata coturnix,
Vox nomen, precium dat ſapor ipſe mihi.

Paruæ ſunt auiculæ, & cum ad nos uenerint potius terreſtres quàm ſublimes, nam aduenæ ſunt, ut hirundines per uèr uenientes ad nos, flare incipiente Fauonio, quem ob id Chelidoniam uocarunt à uiſu hirundinis quæ Græcè χελιδών. Hinc Chelidonia herba, qua oculis pullorum in nidulo uiſum reſtituunt. Ariſtote. Hiſto. animaliū octauo ſcribit, Coturnices abire ducibus glottidie, otto, & ortygometra, atq; etiam cinchramo, à quo & noctu inquit, reuocantur. Hirundo. Chelidonia. χελιδών. Glottis. Otus. Ortygometra. Cinchramus.

PORPHYRIO.

Porphyrio auis eſt laudatiſsima in Comagene, nobilior tamē Balearica, ut tradit Plinius. Cui inter aues hæmatopodas à colore pedū ſanguineo numerandæ. Roſtrū, quod pro maxillis aues habere teſtis eſt Ariſtoteles, & prælōga crura rubēt. Auium ſola morſu bibēs, cibū omnē aqua tinctum ad roſtrum pedibus ueluti manu affert. De illa diſticho meminit Martial. in Xenijs: Hæmatopodes aues. Roſtrum.

Nomen habet magni uolucris tam parua gigantis,
Et nomen Praſini Porphyrionis habet.

Hanc ego crediderim eſſe, quam Siculi & Romani

uernacula lingua Coturnicem appellant: nam aliã eſſe
Phœnicopterus. *à phœnicoptero, ex pennis rubentibus nomen adepto, certo certius eſt.*

GRVES.

GRues, quæ à ſono uocis, excubias nocte diuidũt, capite ſuper alam condito dormiunt, alternis pedibus inſiſtentes. Dux ipſe detecto capite proſpicit, & quod ſenſerit ore ſignificat. Nam de lapide quod dicitur, falſum eſſe Ariſtoteles Hiſtoriæ animalium viij. exiſtimauit. Abeunt ex ultimis in ultima flatu ſecundo uolantes. Hinc ex Scythicis campis ad paludes Aegypti ſuperiores, unde Nilus profluit, uenire dicuntur, quo in
Pygmei. *loco cum pygmeis bellantur. Sed certe genus tum hominum, tum etiam equorum puſillum, ut dicitur, eſt: deguntq; in cauernis, ex quo nomen à ſubeundis illis accepere. Aetatem in his indicat color, nam ſenectute fuleſcunt, authore Solino: cuius rei cauſam reddit Ariſtoteles ultimo de generatione. Volãtes autẽ ordine quodã, Y literã faciũt: id quod Palamedẽ deprehẽdiſſe legimus. Diuus Hieronymus ad Ruſticũ de uita monaſtica: Grues inquit, unam ſequũtur ordine literato. Martialis:*
Turbabis uerſus, nec litera tota manebit,
Vnam perdideris ſi Palamedis auem. Et Claudianus:
Pendula ceu paruis moturæ bella colonis,
Thracia cum tepido permutant ſtrymona Nilo
Ordinibus uarijs per nubila texitur alis
Litera, pennarumq; notis inſcribitur aër.

Plinius, In Balearibus inquit, inſulis in honore men-
Vipiones. *ſarum eſſe Vipiones, ſic enim uocant minorem gruem,*
Pipiones. *at Pipiones pulli ſunt columbini.*

CICONIA.

Ciconiæ lingua carere dicuntur: ſonum enim quē cædunt oris potius quàm uocis eſſe exiſtimarunt. Maxima eſt his, nec uulgaris pietas, ſenectam genitricū uiciſſim educando ut Ariſtoteles *nono hiſtoriæ animalium author eſt.* Tantus *his præterea honos in* Theſſalia, *ſerpentum exitio, ut capitale fuerit ciconiam occidiſſe, ut refert* Solinus. *Cornelius* Nepos, *qui ſub diuo* Auguſto *Cæſare deceſſit, cum ſcriberet turdos pauloante cœptos ſaginari, addidit ciconias magis placere quàm grues cum hæc nunc teſte* Plinio, *ales inter primas expetatur, illam nemo uelit attigiſſe, Ciconiæ autem pulli in cibo lippitudini impendiò medentur: hos apponere menſis inſtituit* Ruffus *prætorius, ut apud* Porphirionē *legimus, Ciconia ipſa Græcè* πέλαργος. πέλαργος.

ANSER.

Anſer natura eſt ad ſenſus & ſtrepitus ales acuta & ſolicita. Eidē uigil ineſt cura, defenſo capitolio maxime celebrata, quo tēpore Galli Senones *urbe capta & incenſa, duce* Brenno, *capitoliū noctu aſcendentes, anſerum ſtrepitu ac clangore excitato* Manlio, *deiecti fuere, ut ſcribunt* T. Liuius v. *ab urbe condita:* Plinius, & Plutarchus *in* Camillo. Hinc Lucretius:

Romulidarum *arcis ſeruator candidus anſer.*

Apud ueteres cōmendabantur in cibis anſeres, præſertim iecinore, quod fartilibus quibuſdam in uentre, ut creſceret, excogitatum eſt, exemptumq́; lacte & mulſo magis augeri. Horatius: Non *ſine farre*

Pinguibus *& ficis paſtum iecur anſeris albi.*

Scipio, *an* Metellus, *an* M. Seſſeius *tantum bonum*

inuenerit, incertum eſt. Cotta quidem Meſſalinus palmas pedum ex his torrere, atq; patinis cum criſtis gallinaceorum condire monſtrauit. Commendantur apud nos & pluma, qua culcitras farcire conſueuimus, & adipe: Liquamine etiam inde excogitato, quo præcipue Hebræi condimentis utuntur. Locus autem proprie ubi aluntur anſeres, χηνοβοσκεῖον Græci appellauere: nam χὴν χηνός anſer eſt.

Pluma anſerina. χηνοβοσκεῖον.

ANAS.

Νῆσσα. Ἀμφίβια. Phalaris. Boſca.

A*Nas, quæ græcè νῆσσα, à natãdo nomen accepit. Cicero: Serpere angues, natare anaticulas, uolare merulas, cornibus uti uidemus boues, Nepas aculeis, ſuam deniq; cuiq; naturam eſſe ad uiuendum ducem: in aquis enim libentius quàm in terra uerſatur. Ex quo inter ἀμφίβια numeratur, quæ Græci uocant auium genera uitæ duplicis, cum non tantum terreſtria, ſed aquatilia deſyderant pabula, ut Varro, Plinius, Columella, & Ammianus ſcripſere. Ariſtoteles hiſt. animalium vij. refert circa lacus & amnes uerſando uictitare anates, olores, phalarim, urinatricem, boſcam, anati ſimilem, ſed minorem: holores & anſeres quemadmodum Gauiæ, mergi, fulicæ. Cæteris auibus domeſticis calidior eſt, & plurimi nutrimenti, ut eſt apud Auicennam. A guloſis & pectore & ceruice commendatur in cibis, unde Epigrammatarius poëta in Xenijs:*

Tota quidem ponatur anas, ſed pectore tantum
Et ceruice ſapit, cætera redde coquo.

Νησσοτροφεῖον.

Vbi anates clauſæ paſcuntur νησσοτροφεῖον Græci dixere.

CYGNVS.

CYGNVS.

CYgnus Græcè, ut inquit Higin. olor Latinè, auis eſt tota candida, quæ morti proxima cantum flebilem canere dicitur, quaſi diuinans meliorem eſſe mortem quàm uitam. Ideoq; Apollini uaticinationum Deo erat dicata, ut ſcribunt M. Tullius, & Plato. Martialis:

Dulcia defecta modulantur carmina lingua,
Cantator Cygnus funeris ipſe ſui.

Cygnus Phaëtontis amator poſt illius interitum, diutino fletu in hanc alitem mutatus eſſe dicitur in fabulis. Aduenientes è longinquo olores colla præcedentibus imponunt, & feſſos ad terga recipiunt, author Plinius. Sic dicti, ut quibuſdam placuit, quòd in totum candicant: ueluti Holocauſtum, uictima quæ integra ignibus imponebatur: Holographum teſtamentum, ſola teſtatoris manu ſcriptum, & holophanta in omnibus mendax. Holocauſtum. Holographum teſtamentum.

STRVTHIOCAMELVS.

STruthiocamelus auis eſt magnitudine reliquas excedens, ita ut beſtiarum penè generi ſit adnumeranda, nam à terra non tollitur: pedibus pugnat, quibus hominem etiam proſternit: concoquit deuorata quantumuis duriſſima, ut clauos quoque ferreos. Commendantur oua ipſius, propter amplitudinem recepta pro uaſculis, & pennæ ad criſtas galearum, conos adornantes, ut Plinius author eſt.

GALLVS.

GAlli gallinacei ſydera nouere, ternas diſtinguentes horas interdiu, ipſo cantu: quem generoſiſſimi ferarum leones extimeſcunt, ut ſcribunt Solinus & Lucretius. Mortales ad opera excitant; ſomnos abrumpen=

teſ:nam ante lucem in crepuſculo canere ſolent, diem aduenture nuntiantes, cuius rei cauſam reddit. M. Cicero de diuinatione ex Democriti authoritate: Canere autem deſinunt caſtrati. De his Plinius in decimo: Horum, inquit, ſunt tripudia ſoliſtima, hi magiſtratus noſtros quotidie regunt, domosq́; ipſi ſuas aut claudunt aut reſerãt: hi faſces Romanos impellunt aut retinent. Iubent acies aut prohibẽt, uictoriarum omnium toto orbe partarum auſpices. Hæc ille. Moris enim fuit Romanis ducibus pugnam inituris aduocare pullarium, ut offas Gallis obijceret ad augurium captandum: ſi ueſcerentur ratum erat auſpicium, cum aliquid ore excidiſſet Terripudium dicebatur Soliſtimum: mox Tripudium dictum, quoniã ſcilicet eſca in ſolo cadebat. Marcus Tullius de diuinatione libro primo: Cum terripudio Flaminius auſpicaretur, Pullarius diem prælij committendi differebat. Gallus Græcè ἀλέκτωρ, unde Alectorius lapis, qui in uentriculo ipſius inuenitur.

Pullarius. Terripudium ſoliſtimum. Tripudium. Alectorius.

CAPONES SIVE CAPI.

Capi ſiue capones, galli gallinacei caſtrati dicuntur, ut ſcribit M. Varro, & Columella. Differunt ergo à gallis, ut maialis à uerte, cantherius ab equo admiſſario, ueruex ab ariete, & caper ab hirco. At in cibis gratiores ſunt, utpotè remoto ueneris uſu facti pinguiores & ſalubrioris nutrimenti. Martialis in Xenijs:

Maialis. Cantherius. Veruex. Caper.

Ne nimis exhauſto macreſceret inguine Gallus,
Amiſit teſtes, nunc mihi Gallus erit.

Plinius, Deſinunt canere caſtrati: quod duobus fit modis, lumbis aduſtis candẽte ferro, aut imis cruribus, mox ulcere oblito figlina creta, facilius ita pingueſcunt. Ariſt.

hiſto.animalium.viij. Caſtrantur gallinacei parte nouiſſima ſui alui,quæ cum coëunt cōcidit: hanc enim ſi duobus aut tribus ferramentis aduſſeris,capos facies. Perfecte caſtratis criſta palleſcit, & ipſi cucurrire deſinunt, neque rem uenerem repetunt. Caſtrata autem omnia auctiora, quàm nō caſtrata euadūt. E gallis apud nos euulſis teſticulis per poſteriora modico uulnere capones fiūt. Hinc noſtrum Diſtichon: Cucurrire.

Pinguior ut fierem dempſit genitalia lumbis
Ruſtica,ſumq; capus,anteà Gallus eram.

Pingueſcunt autem milij farina cum melle,præſertim & turundis in cibo datis. Nam Plinius eo nomine uocat bucceas, quibus farcire ſaginareq; gallinas, anſeres, & capones ſolemus. Turundæ.

GALLINA.

Gallinæ omni tempore in loculamentis diſpoſitis, aut ab ipſiſmet electis loco abditiore oua pariunt, præterquàm duobus menſibus, hyemis brumalibus. Sed non omnia ad prolem apta: egerunt nanque irrita quàmplurima, quæ à Græcis ὑπηνέμια, quaſi ſubuentanea, à Latinis Zephyria dicuntur, & minora & minus iucundi ſaporis: quædam geminos includunt uitellos. Pumilionum genus fœcunditate laudatur. Ariſtoteles hiſt.animalium ſexto.Adrianæ gallinæ, inquit,quidem ſunt corpore,ſed quotidiè pariunt:nam quod incremento corporis deeſt, in excrementum ſeminale exundat, ut idem refert de generatione libro tertio. Vulgares etiam gallinæ fœcundiores ſunt generoſis, patauinas commendat magnitudo. Saginatæ libras ſexdecim pondere exuperant. Primi Deliaci ſaginare docuerunt. Ὑπηνέμια. Zephyria. Pumiliæ gallinæ.

Exceptæ cœnis fuere interdicto legis. C. Fannij *conſulis annis.xj.ante bellum tertium punicum.Pingueſcunt autem in tenebris, farina mulſo conſperſa in cibis addita, authore* Columella. Martialis *in* Xenijs *de altili gallina præmiſſo lemmate:*

Paſcitur & dulci facilis gallina farina,
Paſcitur & tenebris,ingenioſa gula eſt.

Puluere impendio delectantur, in quo ſeſe uolutando quodam modo ſcabunt. Sunt enim puluerattrices ueluti ex humiuolis,alauda,perdix,& attagena Iconiæ *laudatiſſima.*De *gallinarum generibus, ouis, & incubatu : ac de gallinarijs conſtituendis* Plini.*in.x.&* Columel. *in.ix. ſcripſere.* Hoc *unum minime prætereundum, pullis excluſis matrices glocitatrices ſub caueis ex ſalice cæteriſq; uitilibus concinatis includendas in pullis,quoad illi firmiores fuerint.*Nec *illud quoq; omittendum quod ſcribit* Iulius Pollux, *caueam in quam ſe cortis alites cubitum ituræ recipiunt,dici* πέταυρον.

πέταυρον.

PVLLI GALLINACEI.

Pullaſter.

P*Vlli gallinacei dicuntur fœtus gallinarū, ut nomen præfert,adhuc tenelli : pullaſtrum & pullaſtram neoterice uocamus.*M.Varro *rei ruſticæ tertio : Cors in qua paſcebātur gallinæ, & earum fructus erant oua & pulli.*De *his quoq; diſticho meminit* Martialis *in* Xenijs:

Si libycæ nobis uolucres & Phaſides eſſent
Accipitres,at nunc accipe cortis aues.

Pullus. *Pullus autem generale uocabulum eſt omnium alitū. Sed quadrupedum etiam quorundam fœtus pulli dicuntur, ueluti pullus equinus & aſininus,á quibus pullini*

Pullini dentes.

dentes,quos primum eijciunt, nomen adepti. Pullus item

puer eius à quo obſcœne eſſet amatus. Vnde. Q. Fabius *(cui* Eburno *cognomen fuit propter candorẽ) quod eius natis icta eſſet fulmine,pullus* Iouis *eſt appellatus.* Pullus *quoq; ater color dicitur,qui græcè eſt à carbone* ἀνθρακώδης. Hinc Pullatus *atratus & nigra ueſte indutus.* Pullus Iouis. Pullus color. Pullatus.

TVRTVR.

T*Vrtures uerno tempore occultantur, pennasq; amittunt,menſtrua fœtura albæ inter illas commendantur.*Illud *ſcitu & admiratione dignum eſt,quod traditur, turturem amiſſo uiduam marito, arborem uiridem non petere, ſed ſiccis ramulibus & truncis ſemper inſidere, ac fluenta lympida ad potum turbidare.* Pinguior *in cibis probatur, & cura quidem leuiore quàm cæteræ aues ſaginantur:nam in tenebris milio pingueſcit.* Habitat *æſtate loca frigida, hyeme tepida: at* Fringilla *tepidis æſtate, per hyemes frigidis delectatur.* Fringilla. Dyſentericis *in cibo* Turtures *mire prodeſſe dicuntur, utpotè uentrem ſiſtentes. ſed efficacior ad hoc illarum ſanguis habetur.*

FICEDVLA.

F*Icedula auis paruula ſic dicta uidetur, quòd ficubus pingueſcat,ut author eſt.* M. Varro *in libris linguæ* Latinæ.Vnde *Martialis:*

Cum me ficus alat,cum paſcar dulcibus uuis,
Cur potius nomen non dedit uua mihi.

Græci quoq; συκαλίδα, *quò ficubus ueſcatur appellauere.hoc nomen autumno tantum poßidet: nam poſtea à nigro uertice* μελαγκόρυφος *uocatur,* Latinè Atricapilla.Hoc *ſcitu dignum,naturam auibus neq; ueſicam urinæ receptaculũ, neq; renes elargitam eſſe,quia multa* Atricapilla.

indigebant humiditate, ut oriri pennæ atque inde creſcere poſſent. Neque omnino quidem mingunt, cum verò bibunt ſtercus immodice humidum deijciunt.

TVRDVS.

TVrdos inter reliquas aues in cibis laudauit antiquitas, unde Horatius:

Nil melius Turdo, nil uulua dulcius ampla.

Et Epigrammatarius poëta in Xenijs:

Inter aues Turdus ſi quis me iudice certet,
Inter quadrupedes gloria prima Lepus.

Præfertur eorum genus quoddam reliquis maiuſculum pectore albo, nigrantibus maculis uariegato, quod merulæ magnitudine per hyemem iuniperi baccis enu- Pillaris. *tritum, præſertim montana mittere ſub Pillaris nomine conſueuerunt. Turdi autem paulò ante diui Augusti Cæſaris principatum in turdario ſaginari cœpti ſunt, ut ex authoritate Nepotis diximus. Columella rei ruſticæ nono de educandis in ornithone turdis hæc ſcribit: Hac impenſa curaq; Marcus Terentius ternis ſæpe denarijs ſingulos emptitatos eſſe ſignificat auorum temporibus, quibus qui triumphabāt populo dabant epulum. At nunc ætatis noſtræ luxuries quotidiana fecit hæc precia. Sermone humano edocti loquuntur. Agrippina coniunx Claudij principis turdum habuit (quod nunquàm ante, inquit Plinius) imitantem ſermones humanos cum hæc proderem.*

MERVLA.

MErulæ dictæ quòd meræ, ideſt, ſolitariæ uolitāt, ut ſentit Marcus Varro in libris de lingua La- Merulatim. *tina. Hinc Merulatim ſolitariè dicemus. E nigris ruffe-*

ſcunt, canunt æſtate, hyeme balbutiunt, circa ſolſtitium mutæ, roſtrum anniculis maribus in ebur transfiguratur. Circa Cylenem Arcadiæ, nec aliubi, cãdidæ naſcuntur. *Primæ auium pariunt, & partum non educant: at feliciter ſecundum ducunt ad finem, ut Ariſtoteles hiſto. animalium quinto teſtatur.*

STVRNVS.

STurni nigri albis diſtincti maculis, proprium habent cateruatim uolare. unde Sturnatim ſicut graculatim. Humanum ſermonem ipſi ac luſciniæ cantu imitantur. Papinius:

Auditasq; memor penitus dimittere uoces
Sturnus, & aonio uerſæ certamine picæ.

Et Plinius: Habebant, inquit, Cæſaris iuuenes Sturnum, item luſcinias Græco ſermone dociles, præterea meditantes in diem, & aßidue noua loquentes longiore etiam contextu. In luſciniã perfecta muſicæ ſcientia modulatus æditur ſonus, & nunc diſtinguitur conciſo, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, infuſcatur ex inopinato. Auſpicio efficaci in ore Steſichori cecinit infantis. Albicantibus pennis, nec quidem arte, olim luſcinia dono data eſt Agrippinæ Claudij Cæſaris uxori. Luſcinia. Philomena ut fabulæ tradunt, cum per uim à Tereo eſſet uiolata, & elinguis facta ſatis decente Metamorphoſi hanc alitem ſibi induit. Vnde Martialis in Apophoretis: Philomena.

Flet Philomena nefas inceſti Tereos & quæ
Muta puella fuit garrula fertur auis.

Nam armõnia cantus & uarietate modulati ſoni commendatur.

PSITACVS.

PSitacus auis eſt tota uiridis, torque tantum purpureo in ceruice diſtincta. India & Orientalis plaga hac abundat. Papinius in Syluis:

Pſitacus ille plagæ uiridis regnator eoæ.

Lib.10.ca.42. Plinius: India auem hanc mittit, Sitacen uocant, uiri-
Sitaces. dem torque tantum miniato in ceruice diſtinctam. Imperatores ſalutat, & quæ accipit uerba pronuntiat, in uino præcipue laſciua: capiti eius duritia eadem quæ roſtro. Hæc cum loqui diſcit, ferreo uerberatur gladio, non ſentit aliter ictus: cũ deuolat roſtro ſe excipit, illi innititur leuioremq́; ſe ita pedũ infirmitati facit: cui adſtipulantur Ariſtoteles, Solinus, & Apuleius floridorum ſecundo. Meminit etiam de illo Martialis:

Pſitacus à uobis aliorum nomina diſcam,
Hoc didiſci per me dicere Cæſar aue.

Macrobius in Saturnalibus de Auguſt. Salutatus ſimiliter à Pſitaco, emi iuſsit eum. Idem miratus in pica, hanc quoque redemit: nam & picæ humana uoce ſer-
Aues ſermocinantes. mocinantur. Hoc autem conſtat aues quæ literas proferre poſſunt lingua præ cæteris eſſe latiore: nam lata lingua, ut refert Ariſtoteles de partibus animalium ſecundo, abſolutior eſt.

PICA.

PIcæ adamant uerba quæ loquuntur, nec diſcunt tantum: ſed diligũt, meditanteſq́; intra ſemet cura atq; cogitatione intentionem non occultant. Conſtat emori uictas difficultate uerbi: uerum addiſcere facilius putant, quibus glans cibus eſt, & quorum pedibus ut hominis quini digituli numerantur. Non enim id omnibus in-

ſigne,ſed illud omnibus proprium, quòd cantu eloquuntur:ita ut uocem ſi audias, hominem putes. Nec mirum cum Pieri filiæ cum muſis auſæ cantu decertare in id genus auis ſint mutatæ. Statius:

Et Aonio uerſæ certamine Picæ.

Nuper, inquit Plinius,cerni cœpere picarũ genera, quæ lõga inſignes cauda Variæ appellãtur. His propriũ eſt omnibus annis cum ſeritur rapa celueſcere, ut corui omnes aquatici calueſcunt,ob id φαλακροκόρακες nominati:nam φαλακρός caluus græcè dici ſatis notũ eſt. Pica autẽ eadẽ eſt quæ κίττα græcis,unde cittam in pregnantibus dicunt: quoniam auis illius uariæ modo ſolẽt uaria appetere:nam & cruſtas (ut cætera taceam) ex fluminibus in eſcam petunt nonnullæ. — Variæ picæ. Aquatici corui. φαλακροκόρακες. κίττα. Citta.

GORVVS.

Coruus, qui Græcè κόραξ, ore coire & parere uulgus arbitratur,ad quod reſpiciẽs Epigrãmatarius Poëta in apophoretis ſcriptum reliquit: — κόραξ.

Corue ſalutator quare fellator haberis.
In caput intrauit mentula nulla tuum.

Id tamen Ariſtoteles de generatione animaliũ tertio negauit. Imperatores ſalutant, ut ſcribũt Plinius & Macrobius,hiſtoriam illius corui referẽtes,qui ſub Tiberio principe ſermoni aſſuefactus omnibus matutinis euolãs in forum,Tiberium,deinde Germanicum, & Druſum, Cæſares nominatim: mox tranſeuntem populum Romanum ſalutabat. Hunc Sutor ſiue æmulatione,ſiue iracundia ſubita ductus propter maculam calceis,excrementis eius poſitãm interemit, tanta plebis conſternatione,ut ſutor interemptus ſit:funus uerò aliti celebratum cõſtrato — Plin.lib.10.cap.34. Corui hiſtoria.

lectulo ſuper duorum æthiopum humeros, præcedente tibicine ad rogum uſq;, qui conſtructus dextra uiæ Appiæ ad ſecundum lapidem fuit, M. Seruilio, C. Ceſtio cōſulibus ad v. Kalēdas Aprilis. Corui rarenter cibos uenantur, ſed carne morticina, hoc eſt animalis per Vulturij. *ſe mortui ueſcuntur, ut uultures (qui & Vulturij) & aquilarum plura genera. Apud ueteres futura ſignificare putabantur cantu & uolatu. Inde Phœbo aues di-* Phœbea ales. *catæ deo diuinationis, ex eoq; à Silio Italico Phœbea ales coruus nuncupatur.*

CORNIX.

Cornix & ipſa uoces humanas imitatur. Papinius in Syluis:

Quæ refert iungens iterata uocabula cornix.

Perdix. *Omnes tamen ferè codices Perdix habent: quod etiā num legi poſſe ipſe crediderim propter perdicis fabulam Ouidianam. Adde quòd Serenus illam garrulam appellat, id eſt, canoram:*

Aut ouum illitum tulerit quod garrula perdix.

Cornicem uerò uocalem inueniri, & nos liquido ſcimus, & Plinius locupletiſſimus teſtis accedit in x. ſic ſcribens: Nunc quoq; erat in urbe Roma, hæc prodente me, equitis Romani cornix è betica, primum colore mira admodum nigro, deinde plura contexta uerba exprimens, & alia atque alia crebro addiſcens. Cornicis uita longiſſima, utpote cui nouem noſtras ætates dedit Heſiodus. Hinc Iuuenalis de Neſtore ætate polychronia, longæuo:

Exemplum uitæ fuit à cornice ſecundæ.

GRACVLVS.

GRaculi,ut ipſe exiſtimo,dicũtur à uoce,quã primæ nominis ſyllabæ correſpondentem emittunt. M.Varro in libris linguæ latinæ credidit, quòd gregatim & agminatim uolitant. Eſt illis hoc nãq; peculiare & genuinum,ut quotidie uidemus. Non deſunt qui à gerendo deducãt, quòd iacta frumentorum ſiue leguminũ ſemina gerant. Eſt præterea his & auri & argenti cõpluriumq; aliarum rerũ prima furandi natura: ex quo nonnulli Monedulas appellauere. Exprimũt etiam ſermonem humanũ quo impẽſius delectant,& caueis emiſſi reuertuntur. Quidam attamen inter genera modularum,quæ tria faciunt, Gracculum poſuere, & lupum cognominatum paruum & ſcurram. Monedulæ. Lupus. Scurra.

ALAVDA.

ALauda auis eſt,quam & Galeritam dicimus cũ plumula illata in capite. Huic ſimilis eſt Terraneola,niſi quòd apicem non habet:ſic dicta,quoniam in terra non in arboribus diuerſatur nidificaturq;. Ambæ ſuauiſſimè cantillant caueis incluſæ. Alaudá neoterice nomen retinet,Terraneola apud nos triuialiter Regius appellatur, Cræci alaudam à galea κορυδ᾽αλόμ dixerunt: eſt enim apud illos κορύς galea, unde etiam noſtri galeritam,niſi potius à galero. Galerita. Terraneola. Regius. Κορυδ᾽αλόμ. Galerita.

CASSITA.

CAſſita auicula eſt,quæ in ſegetibus diuerſatur & niduluum ſtruit, id fermè temporis cũ meſſis inſtat,pullos habens iamiam plumantes: de qua Aeſopus Phryx ille egregius fabulator, luſit apologum, quem hic noſtris inſerere operæpretium duximus.

Ea caſsita itura cibum pullis quæſitum monet eos, ut ſi quid audiant, id cum redierit ſibi referant. Interim aduentat dominus ſegetis illius, & filio: matura, inquit, hæc operas poſtulant, idcirco in craſtinum amicos adibis, & roga ueniant operam mutuam daturi, ut meſsis peragatur. Vbi redijt mater, renuntiant omnia, & trepiduli orant ut ſeſe auferat. Iubet illos caſsita bono animo eſſe: nam ſi dominus ait, ad amicos meſſem reijcit, craſtino ſeges non metetur. Die igitur poſtero caſsita ad pabula euolat, dominus fruſtra amicos præſtolatur. tum ille rurſum ad filium: Amici nulli ueniunt, quin potius imus & cognatos affinesq; noſtros oramus, ut adſint diluculo ad metendum: Nuntiant hoc itidem pulli pauidi caſsitæ. ea hortatur ſint à metu ocioſi, futurum ut neceſſarij fermè nulli obſequiales ſint. Aduertant modo ſi quid denuo dicetur. Orta luce proxima, & auicula in paſtum profecta, affines opellam non præſtant. Hinc dominus filio: Valeant, inquit, beneuoli cum propinquis, noſmetipſi cras metemus. Id quod ubi à pullis mater accepit, hora inquit iam eſt abeundi, nunc dubio procul meſsis peragetur: in ipſo enim iam uertitur cuium eſt negotium, non in alio à quo petitur. Atq; ita caſsita cum pullulis faceſsit, & ſeges demetitur. Et hic eſt Aeſopi apologus de amicorum & propinquorum, ut Gellius notat, leui plerunq; & inani fidutia. Vnde audenter dicere poſſumus ô amici, amicus nemo: ô affines, nulli affines: & illud ex oraculo quaſi Delphico exijſſe: Ne quid expectes amicos, ne quid cognatos, quod tu per te agere poſsis.

Gel.lib.2. c.29.

CARDVELIS.

CArduelis auis minima eſt à carduo herba ſpinoſa nomen adepta. Legimus apud Ariſtotelem ſpinam appetere ligurinum & carduelem. De illa hæc Plinius in decimo: Minimæ auium cardueles imperata faciunt, nec uoce tantum, ſed pedibus & ore pro manibus. ἀκανθίς Græca dictione à quibuſdam nominatur, Ἀκανθίς. hinc Poëta:

Littoraq́; halcyonem reſonant & acanthida dumi.

Calphurnius in buccolico ludicro:

Aſtile credibile eſt ut uincat Acanthida cornix.

Ipſe tamen aliam à carduele crediderim, ut ſit quæ ſpinus dicitur: Carduelis autem paſſer ſolitarius ſuauiter cantillans. Luſciniæ, pſitaci, & reliquæ aues, quæ cantu delectant, caueis clauſæ habentur. Inde apud Papinum in Syluis: Spinus. Cauea. Apud Papin. libro. 2. ſic legit: Cõuexusq; ebori uirgarum argenteus ordo.

Cauea cui cõplexusq́; ebori uirgarũ argẽteus ordo,
Pſitacum melioris cuſtodiuit.

Et epigrammat. Poëtæ de cauea eborea diſtichon eſt in apophoretis. Fiunt caueæ à noſtris, ut plurimm, ordine uirgarum ænearum paruulis aſſerculis ligneis complexo. Commendantur & uitex, ſalicis genus naſcens in arenoſis: Sanguen inter frutices, amerina ſalix, & id genus cætera uitilia ad uirgas cauearum. Et hæc ſunt quæ ex multis auium generibus paucula, ne ὀπισόγραφος liber exiret, breuiter (omißis galbula, uel ut alibi galbero, regulo ſiue regaliolo, & trochilo oĩm minimo, motacilla ſemper caudam mouente, ſtardis non inſuauibus ad eſcam, noctua, oto, aurita, bubone, quibus ad aues capiendas utuntur aucupes: pico Martio

paſſerculo ſalace,upupa criſtata,& apodibus,quæ cy-
Cypſelli. *pſelli,uſu pedum carentibus,auculo, herodio,ardeaúe,*
Garza. *quam Garzam dicunt,Salo ſiue Aegitho fœcundo, ut*
perdices & gallinæ,ac platea quæ platalea Ciceroni &
Ariſtoteli,Pelecanis) cōgeßimus.Iā thermas & præſer
tim cū bruma anni pars frigidior nunc ſit ingrediamur.

BALNEARIA CELLA
CAPVT X.
THERMAE.

THermæ locus appellatur,qui lauandi ſu
dandiúe uſibus deputatur , aut calidis
aquis,aut fornice tantum igne calefacto:
nam θερμὸν Græci calidum dixere. in-
de Thermopylarum in Græcia trāſitus
à calidis aquis nomen accepit. Quæ autem proprie ad
Sudatoria. *ſudandum loca habentur,ea in epiſtolis Seneca Sudato-*
ria nuncupat: Quid,inquit,cum ſudatorijs? Omnis ſu
dor per laborem exeat.In quibus uerò deſcendimus, ut
lauemur ante cœnam, alijsúe dici noctisq; horis (nam
Commodum Antonium Imperatorem ſepties uel octies
Balneæ. *per diem lauiſſe legimus) Balneas uocamus & balineas:*
Balinéæ. *nam Græci βαλανεῖον.quarum qui curam habent,Bal-*
Balneatores. Mediaſtini. *neatores dicuntur,aliquando mediaſtini.Diſpoſitionem*
docet Vitruuius in quinto.Thermæ balneæq; apud Ro-
manos uoluptatis & munditiarum gratia conſtitutæ
ſunt,tam publicæ quàm priuatæ: nec tantum in ſolo,ſed
etiam penſiles,quas Sergius Orata primus inſtituit. Sed
thermæ præſertim publicæ, quarum multitudo & ma-
gnitudo quanta Romæ fuerit,docent ruinæ.Et P.Victor
in eo libello,qui eſt de regionibus urbis.Ammianus.La-

uacra in urbe,inquit,in modum prouinciarum extru=ſta. Fuere autem in multis Italiæ locis,& extra Italiam Balnea, quæ aquis medicatis morbos curarent, quemadmodum Puteolis & in Ethruria, ut ſcribit Varro: & Sinueſſæ, quibus Narciſſus Claudij Cæſaris libertus olim morbo leuatus eſt, ut refert Tacitus: nam multis ægritudinibus medicabantur, authore Strabone. Item in uilla quam Cicero Academiam appellauit Ciceronianæ aquæ oculis, & iuxta urbem Albulæ uulneribus. plurimum conferentes. Baijs quoq;, uitiorum, ut inquit Seneca, diuerſorio in Campania erant balnea calidarum aquarum, & ad uoluptatem, & ad ſanandos morbos aptiſsima ab omnibus celebrata. Commendantur & ceretana ualetudinis curandæ gratia, ut Strabo teſtatur: & ad Calcidis campum,aquarum calidarum,ægritudinibus accommodatiſsima,quibus Cornelius Sylla felix, ut ipſe dici uoluit, uſus eſt. Habuit & Lypara Siciliæ balnea ad ualetudinem bonam, & ex uſu uoluptatem præſtandam ut optima iudicata, author Diodorus in vij. Expertus ſum ipſe hac proxima æſtate Lixignani pagi Parmenſis balnea, quorum unda ſalutari inter pauculos dies uegetus exurgens,ex acerrimo iuncturarum dolore conualui: teſtis eſt Bartholomeus Anſelmus medicorum optimus,optimorum archiatrus,cui me tantum debere fateor,quantum Aeſculapio Virbius ex Hippolito reformatus. Vigent hac tempeſtate & alia compluria balnea aquis medicatis, luto etiam, ex quo ad ulcera imprimis lutamenta commendatur. De quibus quoniam ſuperfluum uidebatur ſcribere,ſuperſedi.

Balnea præſtantiora.

Academia. Ciceronianæ aquæ.

Lixignani balnea.

Ouid.Metamorph.lib.15.

Lutamenta.

PISCINA.

Natabulum. *PIſcina lauacrum domi erat, ubi frigida calidaúe lauabantur atq; natabant ut in natabulo.* Cicero: *Latiorē inquit, piſcinam uoluiſſem, ubi iactata brachia non offenderentur.* Suetonius in Nerone: *Epulas è medio die ad mediam noctem protrahebat, refotus ſæpius calidis piſcinis, ac tēpore æſtiuo niuatis.* Et Lampridius *ſcribit* Romanorū *imperatorē* Heliogabalum, *non niſi unguēto nobili, aut croco piſcinis infectis nataſſe.* Frigidis ψυχρολου-τρός. *autem lauacris deditū* Græco *uocabulo, quo utitur* Seneca, ψυχρολουτρὸν *appellamus: nam* λουτρὰ *lauacra* Nymphea. *dicūtur, quæ ab aquis* Nymphea *etiamnum uocata.*

VRNARIVM.

VRnarium locus ante balneum fuerat ubi urnas ponere ſolebant: unde nomen, ut ſentit M. Varro Vrna. *in libris linguæ Latinæ.* Vrna *ipſa, ut diximus, uas eſt aquarium: hinc* Vrnarium *genus menſæ quadratæ in culina, de quo latius infra ſuo loco dicemus.*

APODYTERIVM.

Græcè ἀποδυτήριον. *APodyterium, Latinè Spoliatoriū & Spoliariū, locus eſt ad miniſterium balnei, in quo ſe loturi* Spoliatorium. Spoliarum. *aut ſudaturi, ueſtes deponebant. Meminit de illo Plinius* Cecilius *in epiſtola ad* Apollinarē *pluribus locis, & hoc maxime: Inde apodyteriū balnei laxū & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptiſteriū amplū atq; opacum.* Frigidarium. *In frigidaria autē cella (quod Frigidariū, ut nomē indicat) frigida ueluti calida, in calidaria: in tepidario, tepida lauabantur.* Qui *uerò mercede, ſeruanda in balneis* Capſarius. *ueſtimenta ſuſcipiebat, Capſarius dicebatur, ut refert* Vlpianus *iureconſultus de officio præfecti uigilum.*

LACONICVM.

Laconicum ſudatio concamerata dicetur, formæ orbiculatæ, ubi cruditatem ſtomachi excoquimus, locum igne incluſo per ſpiracula paruula calefaciente Præfurnio, hoc eſt fornacula ex terra & tubulis Mam= Præfurnium.
matis(quæ & Mammæ) addito tomento concinnata: quã Mammæ.
ſub nomine Hypocauſti multi ſignauere. nam Hypocau= Hypocauſtum.
ſtum uaporarium interpretamur. Papinius in ſyluis:

Vbi languidus ignis inerrat,
Aedibus, & tenuem uoluunt Hypocauſta uaporem.

Plinius Cecilius in epiſtola ad Gallũ de uilla Laurentina: Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguũ, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorẽ, ut ratio exigit, aut effundit aut retinet. Alius omnino ab hoc erat He= Heliocaminus.
liocaminus, uaporarium quoddam ſolare. Et item Zetæ, Zetæ.
loca in pluribus ædium partibus modo ſole multipliciter accepto, modo ignibus tepeſcebant. Vnde Lampridius: Indicos inquit, odores Heliogabalus ad uaporandas Zetas ſine carbonibus iubebat incendi. Sed & Præfurnium Præfurnium.
furni fornaciſq; os patens dicemus. Columella de Laconico: Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas, quotidianã cruditatem laconicis excoquimus, & exuto ſudore ſitim quærimus: nocteſq; libidinibus & ebrietatibus, dies ludo uel ſomno conſumimus, ac noſmetipſos ducimus fortunatos, quòd nec orientem ſolem uidimus, nec occidentem.

PROPNIGEON.

Propnigeon propriè ſignificat ſuffocatorium. Vtar Προπνιγέον.
enim hac dictione, quoad melior dabitur: eſt nanq; locus in balneis in quo ignis incluſus exæſtuat. πνῖγος πνῖγος.
Græcè, Latinè æſtus & ſuffocatio: & πνίγω ſuffoco di= πνίγω.

L

ſcitur. Apud Plinium dictio eſt deprauata, quæ an Plinianæ ſententiæ accommodari poßit, uideant eruditiores. Propnigeon equidem optime quadrat, & pro eo quod diximus, accipiendum eſt: nam balnei partes, inter quas eſt propnigeon, deſcribens: Adiacet inquit, unctuarium hypocauſtum, adiacet propnigeon balnei. Refellendus non Propylæon. *eſt illorũ ut manifeſtarius error, qui Propylæon legitãt.*

SPHAERISTERIVM.

SPhæriſterium locus eſt balnei, ſpecie rotunda: in quo uaria exercitationum genera ueteres habuere. Vnde Plinius in epiſtolis: Apodyterio ſuperpoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluresq́; circulos capit. Suetonius in Veſpaſiano: Valetudine proſperrima uſus eſt, quamuis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces, cæteraq́; membra ſibimet ad numerum in ſphæriſterio defricaret. Sed imprimis ad exercitium pilæ fuit deputatus, quam Græci σφαῖραν σφαιρομαχία. *appellant: unde apud Senecam σφαιρομαχία, pilæ luſoriæ certamen.*

BAPTISTERIVM.

βάπτω. *BAptiſterium, in quo quis lauatur, quaſi lauacrũ & tinctorium, ac piſcina ipſa: nam βάπτω intin-* βαπτισμός. *go, unde βαπτισμὸς intinctio. Plinius ad Gallum: Inde balnei cella frigidaria ſpacioſa & effuſa, cuius in contrarijs parietibus duo baptiſteria uelut eiecta ſinuantur abunde capacia. Et ad Apollinarem: Cella frigidaria in* Solium. *qua baptiſterium amplum atq; opacum. Solium item di-* πύελον. *citur in balneis, uas in quo lauamur: Græci πύελον uocant. Celſus: Interpoſitis duabus horis in ſolium is aquæ calidæ reſupinus dimittendus eſt, ſic ut à genibus ad um-*

bilicum aqua teneat. Plinius libro undecimo de lacte aſinæ: Poppea certè inquit, Domitij Neronis coniunx quingentas per omnia ſecum fœtas trahens, balnearum etiam ſolio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credēs. Et alibi: Argento fœminæ lauentur, & niſi argentea ſolia faſtidiant. Meminit illius etiam Suetonius, qui ſcribit Auguſtum Duretam id dictione hiſpanica nominaſſe. At ſolium Oceani primus inter principes Alexander Romanus appellauit. Solium item ſella regalis, Græcè θρόνος βασιλικός. Silius Italicus: Dureta.

Conſedit ſolio rerumq; inuaſit habenas.

Vnde legimus in Solomonicis prouerbijs: Iuſtitia firmatur ſolium.

LABRVM.

Labrum manifeſtam in hominis partibus habet ſignificationem. Perſius:

Nec fonte labra prolui Caballino.

Qui uerſus Scazon eſt, teſte Ruffino. Dicitur & uas aquarium ὑποκοριστικῶς: etiam labellum quo in balneis præſertim maiores utebantur. Cicero: Labrum inquit, ſi in balneo non eſt, cura ut ſit. In quo ſignificatu acceperunt Plinius in epiſtolis, & Statius in ſyluis. Labrum itē ad oleum habuerunt olei factores. Vnde Marcus Cato in re ruſtica: Oleum in labrum primum indito, inde in alterum dolium, de his labris amurcam ſemper fecemq; detrahito. Sed & labra uinaria legimus. Labellum.

LINTEA.

Lintea, & quibus in balneis utimur, ſudaria teritoria. Martialis:

Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi.

Et quibus nautæ utuntur uela. Vergilius:
Certum eſt dare lintea retro.

His Aeolus primus nautas uti docuit, ut ſcribit Diodorus. Plin. ab Icaro uela reperta fuiſſe author eſt in. vij. At in. xix. apud Tarraconē inuenta refert Carbaſa: candida ea fuerunt. Candori pertinace potiſſimū gratia permanente. Ad Actium tamen Cleopatra purpureo uelo ueniſſe cum M. Antonio, & eodem fugiſſe memoratur. Anteà Alexander Macedo in Indo amne nauigans, uerſicoloria primum in quodā certamine nauali (ναυμαχίαμ appellant) lintea exhibuerat. Tranſierunt & lintea ad ſpectantiū umbracula: id quod primus omnium, Q. Catulus Campanam imitatus luxuriam, fecit, quū capitoliū dedicaret. Carbaſina deinde inuexit in theatro Lētulus Spinter Apollinaribus ludis: mox Cæſar ille dictator totū forum adumbrauit. Vtraq; autē è lino, unde nomina, fuere.

ναυμαχία.

GVTTVS.

Guttus uaſis genus erat: ab eo dictus, quòd guttatim funderet, author M. Varro in libris de lingua Latina. Eo in balneis uſi ſunt Romani ueteres ad oleum, quo poſt lauationem eorum corpora ἐλαιοθεσίῳ, hoc eſt unctuario (ita enim locus dicitur) unctor (qui græcè aliptes & pædotriba) ungere conſueuerat. Hinc Apuleius in floridam ampullam oleariam pro gutto poſuit. Fiebat autem ut plurimum è cornu bubalo. Nobiliores è cornu Rhinocerotis guttum habuerunt. Iuuenalis:
Magno cum Rhinocerote lauari Qui ſolet.

ἐλαιοθεσ/\. Vnctuarium. Vnctor. ἀλείπτης. Pædotriba.

Et Epigrammatarius poëta in Apophoretis:
Geſtauit modo fronte me iuuencus.
Verum Rhinocerota me putabis,

STRIGILIS.

STrigiles dictæ ſunt à ſtringendo, quod radere ſignificat, ut ſcribit Marcellus: Erãt enim inſtrumẽta balnearia, ideſt, quibus utebãtur in balneis maiores, ad abradendũ ſudorẽ, ut nunc linteis è corpore, & abſtergendas ſordes, quas inde ſtrigmenta appellarunt. Perſius: Strigmenta.
I puer & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.

Legimus apud Strabonem lib. xv. de moribus Indorũ: Illos exercitium, præcipue frictionem, probare: & maximè ſtrigilibus Ebeni leuibus corpora expolire, reges quoq; corpora ſtrigilũ perfrictione curare. Scribit Apuleius in floribus Hippiam Sophiſtam multiſcium, & rerum experiẽtia Dædalum ſibi concinaſſe Strigileculam, ita fabrefactam, ut in manu capulo moraretur, & ex ea ſudor riuulo laberetur. Pergamenæ Strigiles, ut optimæ, ab antiquis celebratæ. Martialis in Apophoretis: Frictio. Strigilecula.

Pergamus has miſit curuo diſtringere ferro,
Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi.

Sordes autem è corpore radendo detergentes, Græci ἀποξυομένους, hoc eſt diſtringentes nominarunt, at Plinius in. xxxiiij. cap. viij. hiſtoriæ nat. oſtendit: licet & diſtringere ſe dicant, qui ſe polliunt exterguntq;, id quod ferè poſt quietem matutinis ſolemus omnes. Eſt & ſtrigilis aluminis genus. Hiſpani uerò ſtrigiles uocant auri natiui paruas maſſas, quòd ſuper omnia ſolum in maſſa auro in uento capitur, ut cætera in metallis reperta igni perficiantur: hoc ſtatim aurum eſt: conſummatamq; materiã protinus habet: cũ ita inuenitur, ut idem author eſt Plinius. Ἀποξυόμενοι. Diſtringere.

FINIS LIBRI PRIMI.

FRANCISCI MARII GRAPALDI PARMENSIS, DE PARTIBVS AEDIVM, LIBER SECVNDVS.

INFERIORIBVS ædium partibus quãtum potui diligenter, quæ'ue his conuenire uiſa ſunt, breuiter diſpoſitis, de baſilica, cœnaculo, coquina, gynæcio, cubiculo, ualetudinario, ſacello, bibliotheca, armamentario, granario: poſtremo de turri, ultimaq; contignatione, ſiue mauis tecto, quæ omnia partibus ſuperioribus adſcripſi, quia ordo id exigere uidebatur (quamuis eorum plurima inferioribus quoque, ad æſtatis calores potiſsimum euitandos pro locorum conditione, & regionum diuerſitate architecti addere conſueuerint) hæc etiam, ut ad faſtigium domus incœpta perueniat, ſubnectere cogimur. In queis omnibus interpretandis, ſi quid minus elegans, quàm doctrina tua expetebat, honori cuius hæc eſt ſacrata æditio: ſi quid minus eruditum, quàm hæc tempora noſtra expoſcunt, & res ipſa de qua agitur poſtulabat, inueneris: id omne tribue cum ætati, tum negotijs

Subdialis promus.

Vmbraticus condus.

& publicis & priuatis. Malui enim ſubdialis promus ueniam deprecari, quàm umbraticus condus uenia carere. Subciſiuis horulis ætatis anno ſexto & uigeſimo, olympiadis quingenteſimæ ſexageſimæ ſextæ, anno ſe-

eũndo: quod eſt dominici natalis milleſimo quadringenteſimo ſupra octuageſimum octauum hæc nunquàm agamus, publicus & priuatus interpres, nunc ſenator: haud ingrata tamen, ut auguror, legentibus futura contexui; non mediocri quidem labore, non parua difficultate, quæ fuere tot tamq́; uaria, & uulgò incognita rimari, excogitare, oblata locis ſuis ponere, poſita ueterum ſcriptorum authoritate firmare. Ad illos enim tanquàm ad anchorã recurrere operæpretium duxi: ut & fides locupletior haberetur, & lector curioſius fontem, è quo plurima poſſet haurire, non ignoraret. Quibus cauſis ueniam apud te non ſolum, ſed apud cæteros facilè me adepturum, ut par eſt, exiſtimans ad ſuperiora domus audenter aſcendo: animo equidem, aut delectare iam doctos, aut indoctos (ut ille inquit) manifeſtius erudire.

SCALAE, CONTIGNATIO, PAVIMENTVM, PROCESTRIVM,

CAPVT I.

SCALAE.

SCalæ igitur à ſcandendo nomen acceperũt, quod his altiora ſcandamus. Gradus quoq; è ligno, marmore, laterculis ſunt, ꝑ quos ad ſuperiora ædiũ & ædificiorũ omniũ aſcẽditur, authore Marcel. Verg. Gradus.

Poſtesq; ſub ipſos Nituntur gradibus.

Plinius in. xxxvj. Porticusq́; aſcenduntur nonagenis gradibus omnes: nam propriè ex pluribus gradibus

ſcalæ conſtant. M. Var. *Gradus,inquit,duplicata ſcanſio. Scalæ uerò quibus per gyrum aſcendimus, à cochleæ for*
Cochlides. Cochleæ. *ma,& Cochlides,& Conchleæ dicuntur.Fiunt & ſcalæ*
Perticæ. *è teretibus lignis(perticas uocant)gradibus interpoſitis, & è funibus canabinis, ambæ portatiles. Vtūtur illis pu tatores,uindemiatores, & nos domi ad plurima:his uerò milites etiam in urbium oppugnationibus, ut ſcandentes*
Lib.4.cap.21. *muros introire poßint. Tales, ut eſt apud* Vegetium *de re militari,Capaneus excogitauit. Vtuntur illis & fures & amantes ad furta.Aſclepiades medicus Pruſienſis,nul lo unquam modo infirmus, ſuprema in ſenectà lapſu ſca larum,ueluti* Elpenor,*morte biothanata,exanimatus eſt.*

CONTIGNATIO.

Solarium. *Contignatio, quæ triuialiter ſolarium dicitur, ſiue ſtrata ſit cemento laterculisúe, ſiue non ſtrata.* Plinius: *Sexquipedalis non pluſquàm unam contignatio nem tolerat.* Ammianus Marcellinus: *Ad contignatio nem turris tertiam aſcenderunt.Prima autem ſi parietis firma ſoliditas patitur, per teſtudinem concameranda.*
Tignum. *A tigno nomen mutuatur: quod in lege duodecim tabu larum notat omne genus materiæ, ex quo ædificia con*
Tignarius. *ſtant.* Inde Tignarius *non ſolum qui dolabro ligna com planat,ſed qui ædificat,nomen accipit, ut Caius iurecon ſultus atteſtatur. Porriguntur autem trabes ſuppoſitis mutulis à pariete in parietem, ut fiat contignatio, ſup*
Tigilla. *ponuntur mox* Tigilla *(quæ aſſeres) tranſuerſa, illis tabulæ,tabulis rudus nouum, ſiue laterculi, uel teſſeru læ cum calce.Antiqui mutulos è marmore parieti inter ſerebant firmißimè, quibus imponebant capita trabium alligata cum anſis, & fibulis æneis ad trabeationem ca*

tenandam: apud nos è parietibus prominentes ex robore inſculpti ponuntur, & ſæpicule inaurantur, Procerum nomen adepti. Aſſeres ipſi è truncis arborum, ſtridula dentataq; è ferro ſerra, non ſolum ad hoc opus, ſed etiam ad compluria alia mortalium uſibus producenda ſecantur: quemadmodum & tabulæ ad arculas, ualuas, fulcra, & menſas. Aſſeres etiam bipenni & dolabra ex unico trunco quadrantur: ſic dicti quòd trabibus parietibusq; aßideant. Texturam Coaſſationem uocitamus, ut à tabulis Tabulationem: & Tabulata, in quibus ſi fiſſuræ fuerint Rimæ proprie dicentur: nam & Axes tabulæ ſectiles sũt Feſto Põpcio, à quibus etiã aſſamẽta & aſſulæ. Trabes uerò duo ligna compacta (qualia nectuntur ferreis clauis, cum latitudo triclinij craßitudinem in ſola arbore non inuenit) fiuntq; firmißimæ ex robore & abiete. E iuglande facile franguntur, ſed id pronunciant ſtrepitu. Quod in Antandro accidit, ut refert Plinius, cum è balneis territi ſono profugerunt. Ex ulmo ſtilla marceſcunt, & æuo præ cæteris corrumpuntur. Veſtiuntur & trabes aliena materia arboribus in laminas ſectis, quas pulcherrimas præſtat abies & utraq; populus.

Proceres. Aſſeres. Coaſſatio. Tabulatio. Tabulata. Rimæ. Axis. Trabes.

PAVIMENTVM.

PAuimenta, quibus lacunarium nitor reſpondere debet, ex humo ad cameras primum Agrippam in thermis, quas Romæ fecerat, tranſtuliſſe legimus. Hæc fuere ex lapideis figlinisúe cruſtis uitro tectis, atque encauſto pictis: quod opus e muſeaco, ut nunc appellant, Teſſelatum dicitur, quòd teſſellis, id eſt, paruis quadratis lapillis intextum ſit. Pauimenta autem

Teſſelatum.

ſunt à pauire, quod ferire ſignificat, quia fiebãt, ut fiũt;
Plin.lib.15.c.32. è lapidibus & teſtulis bene percußis addita calce. Plin.
fractis etiam teſtis utendo ſic, ut firmius durent, tuſis
Signina. addita calce, quæ uocant Signina: dicta hæc ſunt barba=
Cannea. Cereoſtrata. rica, & teſtacea, Latini feſtucas ſubijciendo Cannea nũ
cuparunt. Sternuntur & cereoſtrata à cornibus, ſcal=
pturata: ſubdialia quæ ὑπαίθρια, ſubtegulanea Græcis
ὑποσέγα. Græcanica, & Pœnica è marmore, ut uolunt
Lithoſtrota. numidico: præterea Lithoſtrota è paruulis cruſtis mar=
moreis, quaſi pauimenta lapidibus ſtrata, quæ quidem
Aſarota. ſub Sylla cœptauere. Sternuntur & Aſarota, in quibus
Xenodorus primus claruit: nam aſarotum ſtrauit miro
artificio paruulis teſtulis in uarios colores tinctis, &
imagine pictis. Vnde Papinius in primo ſyluarum Ti=
burtinam uillam Vopiſci deſcribens:

Varias ubi picta per artes
Gaudet humus ſuperantq; nouis Aſarota figuris.

Nomẽ ab α & σαρῶ ſcopo ſiue uerro mutuãtur. Sco
pa quoq; à Græcis σάρ⊙ dicta: unde εὐσαρωτὸμ. Teſ=
ſerulas autẽ quibus inſtrata pauimẽta uariãtur, dũ uer=
Emblemata. ſicoloria fiũt Emblemata quidã dixere, ueluti ſculptio=
nes inſertas, cũ ἐμβάλλω ſit interſero: quæ in lignis etiã
fieri decẽter uidemus. Materia uerò pauimẽti ſaxa ſci=
licet contuſa ſiue teſtæ fractæ, & glarea cũ calce rudus
Rudus nouum. nouum uocatur: nam & dirupti pauimẽti, poſtea rudus
Rudus uetus. uetus nũcupatur. Plinius: Cõplanatæ erãt uetere rudere
uiæ. De nouo Vitruuius architectus: Tũc ſuper ſtratum
duces rudus, hoc eſt, ſaxa cõtuſa duabus partibus, &
Rudetum. una calcis temperatæ cõſtitues: unde Rudetum plenum
Erudare. rudere locum, & Erudare rudeta aſportare.

PROCESTRIVM.

PRoceſtrium apud Plinium iuniorem in epiſtolis exiſtimo locum eſſe diciq́;, apertum & patulum, quo proceditur in cubiculis, cœnaculis, & reliquis partibus ſuperioribus. Ait enim in epiſtola ad Gallum de uilla Laurentina: Poſt hanc cubiculum cum proceſtrio altitudine æſtiuum, munimento hybernum. Nam proceſtria, ut Pompeius inquit, ædificia ſunt ante caſtra, uel quibus proceditur in muro. Sunt tamen qui uelint, cum procœtone, eſſe legendum, loco ante cubiculum nomen ex Græco ſibi uendicante. Nemo eſt qui ſuam etiam deformem, ne dicam informem fœturam non probet. Fit autem proceſtrium æqualibus columnarum marmorearum lateritiarumúe interuallis patulum, ſuper quarũ epiſtylia arcus curuantur, ut ſpecioſior ſit ſtructura. Arcus enim in ædificijs formatur in hemicyclũ, quemadmodum & cœleſtis quem irim appellant, & è cornu hippotoxotarum uenatorumq́; cum tenditur, ſpiculis dirigendis aptiſsimus. Hunc locum ipſe exiſtimauerim dici poſſe pergulam, cauædium, ſiue hortos & plateas proſpectantem, in quo ambulare conſueuimus. Vnde à pergendo fortaſſe pergula nominata: cui conſimiles ſunt patentes exedræ. Vnde Vitruuius libro vij. Apertis uerò, inquit, ideſt, periſtylijs aut exedris, aut cæteris huiuſmodi locis, quo ſol ac luna poſsit radios ſuos immittere. Nec me præterit pergulam proprie locum notare, in quo opera ſua uelut in propatulo artifices habebant. Hinc legimus Apellem perfecta opera è pergula propoſuiſſe. In priuatis autem ædibus ſolaria tectáue ſepto, ne quis cadat in præceps, muniuntur:

Procœton.

Arcus in ędificijs.

Iris.

Pergula.

Exedræ.

Lorica. Loricula. *id loricam, loriculam, Peribolumúe nominare poſſu-*
Peribolus. *mus. Nam lorica ſepimentum eſt apud hiſtoricos, quo urbem cingunt obſeſſores. Peribolus uerò accipitur à diuo Hieronymo pro ſepto, corona, & circuitu. Petronius*
Cãcellus. *arbiter, Lorica inquit ſiue Cancellus eſt murus cœnaculorum, ſeu quorumlibet ædificiorum, ora ab iniuria lapſus inibi incẽdentis, defendens.*

BASILICA CAPVT II.

BAſilicam, quæ proprie publica eſt, regiam notans, commodato uocabulo dicere poſſumus locum domi ampliorem, in quo dominum id temporis expectant ſalutatores: Clientes, patronos diſputando uel colloquendo: ſeruuli, dominos admiſſos ſedendo deambulandoúe præſtolantur. Fiunt interdum & conuiuia maiora, choreæq; ad citharæ & tibiæ dulcellos concentus ducuntur. Et princeps ius dicens ibi quoq; ad tribunal ſedem habebit, cauſas cognoſcet & iudica-
Pentathlus. Quinquertiones. *bit. Ludi præterea ibi dein à pancratiaſtis, pentathlis (quos & quinquertiones dicimus) à palæſtritis, pixa-*
Palæſtrita. Pyxagathus. *gathis ſiue pugilibus (qui pictæ) petauriſtis, petami-*
Pictæ. Funepeus. *narijs, mimis funambulis ſiue funepeis (quos Græci*
Schenobates. *σχοινοβάτας) athletis, præſtigiatoribus, & id genus cæteris exhibentur. Verũ ipſe in ædibus locũ peculiarẽ exercitationibus ponendum exiſtimauerim, quod γυμ-*
Gymnaſium. *νάσιον, à Græcis primo delectationis & exercitij gratia inſtitutum, ut referente Cicerone in ſecundo de Ora-*
Gymnaſiarches. *tore didici, græca dictione appellabitur: hinc Gymna-*
Progymnaſmata. *ſiarches princeps gymnaſij, & progymnaſmata præexercitamenta. Licet poſtea philoſophi Gymnaſia tenue-*

rint, & in illis diſputauerint, quæ & ſcholæ & diatri= Scholæ.
bæ uocitatæ ſunt. Excitabuntur autem *lucta (quæ palæ* Diatribæ. Lucta.
ſtra) à Laconicis, Thucidide *hiſtorico authore, nuda=* Palæſtra.
tis corporibus, & oleo delibutis inuenta. Diſco quo Diſcus.
Apollo hyacinthum per imprudentiam interfecit, uale=
re, ſaltu, ſole, pila trigonali, harpaſto, & cæteris ludi=
cris exercitationibus, quæ profecto laudandæ ſunt. Vnde
Ariſtoteles Politicorum *viij. monet* Ephæbos *gymnaſti=*
cæ diſciplinæ exercitationi tradendos eſſe, ut fiant agi=
liores & firmiores. Dedecet *adoleſcentem iuuenem, ſe=*
niorem etiam, ut ſæpicule fit, teſſeris, & aluelo, tabel=
liſúe pictis, & alea (lydorum, ut uult Herodotus *in=*
uento) dies perdere. Legant latina eruditi, uulgaria grã Alea primo.
matici, qui uel propter ualetudinem uel ætatem corpus
exercere non poſſunt. Omne *tempus amittitur, & ui=*
tæ non adſcribendum, quod humanioribus literis, nec Humaniores li-
domi nec foris impedientibus, quod artibus ingenuis, teræ.
quod honeſtis exercitamentis non impartitur. Ocium
ſine uirtute mors eſt, & uiui, ut inquiunt, hominis ſe=
pultura. Non *poſſum non laudare, non præconijs effer*
re, Indorum gymnoſophiſtas, qui ne torpore animi, de= Gymnoſophi-
ſuetudine ocioq́; ocioſo corrupti, uiui atque uidentes, ſtæ Indorum.
ut ait Terentius, *uitam perderent: cum menſa poſita ex*
diuerſis locis & officijs ad frugales conuenirent, iuue=
nes interrogabant, ut à prima luce ad illud diei, ratio=
nem bene recteq́; geſtorum commemorarent: qui nihil
habebat offerre unde pranderet, impranſus foras ad
opus aliquod extrudebatur. Quæ *quidem optima con=* Conſuetudo
ſuetudo utinam hac tempeſtate ſaltem à nobis recipe= optima.
retur. Diſcerent *profecto multi, laxius tempore, tan=*

quam gratuito abutentes, illius rationem iuxta Catonianam ſententiam reddere, cuius iacturam naucifacientes, in craſtinum ſemper differunt ſana conſilia: cum uitæ nullum maius diſpendium ſit, quàm dilatio, poſtquam ſpiritus homini datus eſt precario. Væ homini qui nullum aliud habet argumẽtum, quo ſe probet diu uixiſſe, præter ætatem.

COENACVLVM. CAPVT III.

COenaculum locus appellatur ubi cœnamus, ut author eſt Marcus Varro, in libris de lingua latina, & propriè in ſu-
Cœnatio. *periore ædium parte: Cœnatio uerò, ut dictæ, in ima. Nam & ſuperioris domus uniuerſa cœnacula dicta. Vnde cœnacula, inquit Pompe. ad quæ ſcalis aſcenditur. Et Suetonius cœnaculum meritorium dixit, mercede conductum: cum ſuperiora inquilinis locarentur. Iuuenalis de pauperibus:*
Nam quæ meritoria ſomnum Admittunt. Item:
Rarus uenit in cœnacula miles.

Triclinium. *Triclinium quoq; (quod Cicero conclaue) idem lo-*
Conclaue. *cus dicebatur, in quo tribus toris menſiſue ſtratis comedebant, præcipue conuiuio accepti. Apuleius in x. Iam denique cœnati è triclinio domini deceſſeramus. Huius quanta latitudo fuerit, bis tanta longitudo eſſe debet ſymmetrica ratione, ut Vitruuius in vj. teſtatur. Inde*
Architriclinus. *Architriclinus, qui conuiuio præeſt, nomen accepit. Inde mappæ, inde lecti triclinares. Plautus in bacchidibus*
Biclinium. *à duobus lectis biclinium formauit. ait enim:*

Animaduortite Mneſiloche & tu Piſtoclere iam facite,
In biclinio cum amica ſua uterq; accubitum catis,
Ita negotium eſt,atq; ibi in lectis ſtratis potetis cito.

κλίνη nanq; græcè,lectus dicitur latine. Hinc Hexa- clinos torus diſcubitorius,qui ſex capiebat.Martialis: Hexaclinos.
Et teſtudineum menſus quater hexaclinon.

Habuerunt antqui & quæ ab herbis ſtibadia appel lauere, ex marmore poſtea, ueluti apud Plinium in epiſtolis. Martialis eo diſticho cui lemma eſt, Stibadium inquit: Stibadia.
Accipe lunatum ſcripta teſtudine ſignum,
Octo capit,ueniat quiſquis amicus adeſt.

FENESTRA.

Feneſtra qua lucẽ accipere loca cõſueuerũt.Ouid.
Qua lumen thalamis parua feneſtra dabat.

A Nonio Tranſenna dicitur, quæ & extentum funem notat apud Plautum & Salluſtium.Cicero in Oratore: Quaſi per traſennam prætereuntes ſtrictim aſpeximus.Ammianus: Tanquàm è tranſenna ſimul emiſsis. Debent autem & cubiculis & bibliothecis, ut ſcribit Vitruuius in primo,fieri orientem uerſus feneſtræ,quas etiam Auicennas commendat,quorum ſol matutinus intrans aërem purificat. Verum cum pro conditione tẽporum loca ſint in ædibus diſponenda, ita & cubicula & triclinia habeamus, & æſtiua & hyberna, ne ciconiæ,ne grues hominibus prudentiores uideantur, feneſtræ commendabuntur per æſtates ſeptẽtrionem ſpectantes: hyemales uerò aërem meridionalem introducentes. Nos attamen orientales, ſi fieri poteſt, quibuſcunq; ferè locis impendio laudamus. Neceſſaria Tranſenna.

Specularia. *omnibus ſunt ſpecularia, ut ſine aëris nocumento cum uolumus, lux admittatur, cum transluceant: utpote olim facta è ſpeculari lapide translucido, nunc autem uitreis orbibus uel teſſellis plumbo iunctis, hinc Seneca ad* Lucilium *libro* xiij. *Quædam noſtra demum prodijſſe memoria ſcimus, ut ſpeculariorum uſum perlucente teſta clarum tranſmittentium lumen, ſed chartaceæ etiam ſcedulæ, & lintea cæra alba, & caprino ſepo inuncta non improbantur.* Vlpianus *iureconſultus:* Specularia, *inquit, & uela quæ frigoris cauſa uel imbrium in domo ſunt, inſtrumento domus non contineri*

Clauſtra. *Caßius exiſtimauit.* Verum *addere prius oportet clauſtra è tabulis, quæ ſuper cardines ueluti de foribus dictum eſt, deuoluuntur: ea tamen arte compacta, ut per rimas tabularum aër nocturnus intrare, & dormientibus obeſſe non poßit.* Hinc Subſcudes *primis tabulis*

Subſcudes. Cancelli. *æque immittuntur.* Cancelli *nanq; appellantur ligna modicis interuallis inter ſe in tranſuerſum annexa, quibus muniuntur feneſtræ.* Diuus Hierony. Solomonis Prouer*biorum* vij. *De feneſtra domus meæ per cancellos proſpexi iuuenem & uideo paruulos.* Et *cancellis diſtincta eſt cutis elephantorum.* Inde *cancellata dicta à* Plinio *in* viij. *ſic ſcribente:* Sed *cancellata cutis, & inuitans id genus animalium odore: ergo cum extenti recepere examina arctatis in rugas repente cancellis comprehenſas enecant.* Antiqui *etiam cancros dixerunt.* Vnde *per hypocoriſma cancelli: à quibus cancellare uerbum deductum ex inductione linearum tranſuerſarum, & ab eo can-*

Cancri. Cancellare. Cancellarij. Clatri. *cellarij, qui ſcribæ grammateiq; uocantur.* Et *clatri quoque quibus aliquid munitur aut ſepitur nuncupati.*

His

His utimur ad feneſtras: inde Clatrata feneſtra apud Plautum in milite, cum inquit: Clatrata feneſtra.

Niſi mirum eſt facinus, quomodo hæc nunc hinc tranſire potuerit:

Nā certo neq; ſolariū apud nos eſt, neq; hortus ullus, neq; Feneſtra niſi clatrata.

Clatri apud Marcum Catonem in re ruſtica ligna ſunt cauearum, quibus hæ muniuntur.

LAQVEARIVM.

Laquearium ſiue lacunar à lacu trabe in ædificijs plana triclinij cubiculiq; partem ſuperiorem ſignificat, ſed lacus etiam dicitur lacunar. Suetonius in Nerone: Lacunaria quæ noctu ſuper dormientem laxata machina deciderant, parauit. Et Vergilius: Lacunar. Lacus.

Summiq; ferit laquearia tecti.

Primus Pamphilus Brietis filius, Appellis præceptor Lacunaria pingere inſtituit, nec cameras ante eum taliter adornare mos fuit, ut ſcribit Plinius, qui luxū Romanorū notās, ſic etiā in xxxiij. inquit: Laquearia nunc & in priuatis domibus auro tegūtur. Poſt Carthaginē euerſam primo inaurata ſunt in capitolio cenſura L. Mummij: inde tranſiere in cameras, in parietes quoq;, qui iam & ipſi tanquā uaſa inaurantur. Proper. in. iij. elegiarū: Pli. lib. 35. ca. 11.

Nec tamen auratas inter eburnea trabes.

Papinius in primo Syluarum:

Robora dalmatico lucent ſatiata metallo.

Salaucis quoq; regis colchorū aureæ cameræ, argenteæ trabes, & colūnæ, atq; paraſtatæ fuiſſe narrantur, uicto Soſoſtre Aegypti rege ditiſſimo, ſed imprimis uerſatilia admirationi fuere, cū aliam ex alia faciē oſtentarent.

POLYMYXOS.

πολύμυξος. POlymyxos lucerna dicitur, quæ multos habet angulos, & in his funiculos, illuſtrandis cõuiuijs accommodata. Vnde Martialis in Apophoretis:

Illuſtrem cum tota meis conuiuia flammis,
Totq; geram myxos una lucerna uocor.

Lychnus. Lucerna autem Græcè Lychnus. Vergilius:

Pendent Lychni laquearibus aureis. Et Lucretius:

Lumina pendentes, lychni.

Lacunaribus enim eos appendebant ueteres ueluti
Penſilia candelabra. nos candelabra orichalcea, quæ recte appellabimus Penſilia, ut lychnum penſilem illi dixere. Primi Aegyptij lucernæ uſum monſtrauere, ut eſt apud Euſebium. x. præparationis euangelicæ. A lychno Ellychnium eſt, qui lu-
Ellychnium. cernæ adhibetur, & flammam nutrit funiculus. Plinius iii. xxxv. de ſulphuris generibus: Quartum cauton, inquit, ad ellychnia maximè conficienda, quamuis omnes ferè codices habeant Lychnia, quod etiam placet, cum
Λυχνία. λυχνία Græcè ſint candelabra: aliquando & eadem quæ ellychnia, ſed meam magis amo fœturam. Demoſthenis orationes ad lucernam lucubratas dixerunt Ellych-
Θρυαλλίς. nion redolere: ſed & θρυαλλίδα & φλόμον uocant.
φλόμος. A Lychno quoque Lychnobios ad lucernas uiuentes, qui
Lychnobius. noctibus uice dierum utuntur, nominarunt. Seneca epiſtolarum ultimo: Nihil conſumebat niſi noctem. Itaq; credo dicentibus illum quibuſdam auarum & ſordidum,
Lychnuchus. uos, inquit, lychnobiũ dicetis. λυχνοῦχοι autem lychnos amplectuntur: & ſanè ita nominatur apud Græcos quicquid lucernas ſuſtinet, ut inter aſtra ὀφιοῦχος, ideſt, ut Columella uertit, anguifer: & δᾳδοῦχος tedifer:

σκηπτοῦχος, reges Homero ſceptriferi, at κλειδοῦχος clauiger. Vtiliſsimi uerò lucernarum funiculis habentur flocculi quidam in pilulis roborcis naſcentes. Vnde Plinius in decimoſexto de fructibus, quos robur producit: Naſcuntur in eo, inquit, & pilulæ in nucibus non abſimiles, intus habentes flocculos molles lucernarum luminibus aptos: nam & ſine oleo flagrant, ſicut galla nigra. Quo loco à ueritate hiſtoriæ recedentes quidam floſculos lectitant. Ipſi autem lucernarum candelarumq; funiculi cum nimium exuſti, flammam lucidam non emittunt, emerguntur quodam inſtrumento, quod ab emungendo Emunctorium appellabitur: qua dictione, in alio tamen ſignificatu, utuntur medici. Emungere quidem propriè eſt nares pituita muco & ſordibus ſuperfluis purgare. Vnde eſt in prouerbijs Solomonicis tritum illud adagion, qui uehementer emungit, elicit ſanguinem. Et quemadmodum qui nares habet emunctas, acrius olfacit & clarius loquitur, ita candelæ emunctæ ſuperfluitate funiculi in fungos iam conſumpti, lympidius ſplendidiusq; lumen emittunt. Plautus Lychnium emunge parumper, ut uideat anus ubi pedes ponat.

Emunctorium. Emungo.

ABACVS.

Abacus menſa dicitur ſtructoria, quam poculis ornare conſueuimus: ut etiam è marmore Delphicam, quæ cortinam templi antiquitus notabat. Auſonius:

Delphica, Cortina.

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem,
Atq; Abacum ſamio ſæpe oneraſſe luto.

Marcus Cicero in Tuſculanis quæſtionibus, Abacos

inquit,complures ornauit auro argẽtoq; cælato. Eſt & abacus res depingẽdis deſignãdiſq; aptiſſima formis, ut ſcribit Martianus Capella *in Geometria,Perſius:*
Nec qui abaci numeros.

Et Apuleius in Apologia magiæ prima: Abaco & puluiſculo te dediſſes. Et Abacus columnarum cubile, ut Vitruuius, hoc eſt planicies ſtructa ad ſeſſum habilis.
Abaculi. *Abaculos uerò dicemus calculos ad numerorum diſpunctiones ſuputationesq; à quibus, ut uideo, ſupputandi peritiam, quam Plato λογιστικὴν uocat, Abacum neoterici nominarunt.*

MALVVIVM.

Maluuium quo manus lauantur, ut ſcribit Pompeius : quemadmodum Peluuium uas, quo pedes ſunt loti: & Peluis. Hinc de ſeruatore legimus: Miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes. Nonius hanc uas aquarum exiſtimauit, in quo uaria perluuntur, unde nomen. Idem Maluuium trulleum appellat, cuius urceolum aquæ manalem inquit, nuncupamus, quòd eo aqua manans in trulleum effundatur. At Seruius, lebetẽ uaſculum interpretatus eſt, in quo aqua cadit cum manus lauantur. Sed lebetes quoque legimus coquinarios: ab alijs Polubrum etiam nominatur.

Peluuium. Peluis. Trulleum. Manalis urceolus. Lebes. Polubrum.

GVTTVRNIVM.

Gutturnium aquiminarium, id eſt uaſculum quo aqua guttatim in manus mittitur per colli anguſtias, à guttis nomen accepit, authore Pompeio. Apud nos gutturnijs prominẽs quoddam anguſtæ linguæ ineſt in fronte, quod aquam emittens, ἐπιστόμιον appellare
Epiſtomium. *poterimus: licet proprie Epiſtomium dicatur in fontibus*

manu fabrefactis, in quibus ſunt lingulæ plures, aquam, ut ſupra diximus, traſmittẽtes. M. Var. in.iij. rei ruſticæ: In primis radijs eſſe epiſtomijs, uerſis ad unumquenq;, ſa ctum ſic ut fluat in conuiuam. Et Seneca in.xiij. ad Lucilium: Niſi aquam argentea epiſtomia fuderint: & adhuc plebeias fiſtulas loquor. Deprauati codices habent epitoma, quod eradi debet, & ſubſtituendũ epiſtomia, id quod ab eruditiſſimo Philip. Beroaldo præceptore meo haud pœnitẽdo audiui, cuius penſiculato iudicio ſcriptisq; minime triuialibus fidem eam habeo indubitatam, quæ olim Delphici Apollinis oraculo habebatur, cuiq; acceptum quicquid in me eſt referens, Thaletis, quam Mandraitũ is popoſcit, mercedem ubiq; dependo. Cap.5.lib.3.

CANDELABRVM.

Candelabra ſunt quibus candelæ dum ardent, continentur, à quibus nomen mutuantur, ut refert Macrobius ex.M. Varronis rerum diuinarum authoritate. Plnius. M. Varro, & Martialis de candelabro præmiſſo lemmate ſic ſcribens:

Nomina candelæ nobis antiqua dederunt,
Non norat porcos uncta lucerna patres.

Ex argento, auro etiam his utũtur noſtra tempeſtate principes & antiſtites, cæteri ex orichalco, pauperiores è ligno, ut olim, ex rei familiaris anguſtia. hic exijt diſtic.

Eſſe uides lignum, ſeruas niſi lumina, fiet
De candelabro magna lucerna tibi.

Candelæ ipſæ & ex cæra fiunt, quæ in primis ad rem diuinam flaminibus, potentioribusq; in ædibus ſeruiunt, et ex ſepo uulgares, quæ Sepatiæ dici poſſunt. unde Apuleius: Tota domus cõpletur tedis, lucernis, cæreis, ſepatijs Candelæ. Sepatiæ.

& cæteris nocturni luminis inſtrumentis. Vbi ſepatium Seuum. *à ſepo deduxit, quod etiam ſeuum dicitur animalium utrinq; dentatorum & cornigerorum. Candelæ quoq; laminis corneis ita compoſitis, ut uentus flammã extinguere non poßit, includũtur, Laternas appellant. Martialis:*
Dux laternæ uiæ clauſis feror aurea flammis.

Plinius in.xvj. Vrorum inquit, cornibus barbari Septentrionales potant. Et mox: Apud nos in laminas ſecta translucent, atque etiam lumen incluſum latius fundunt. Et Plautus in Amphytrione:
Quo ambulas tu, qui Vulcanũ in cornu cõcluſum geris?

Pauperiores inter nos loco cornu, & ueſica, & pa- Cæreus. *pyro utuntur. Cæreus autem à cæra dictus eſt, ut nomen indicat, de quo Epigrammatarius poëta in Apophoretis:*
Hic tibi nocturnos præſtabit cæreus ignes,
Subducta eſt puero nanq; lucerna meo.

Puer. Aduerſitor. *Quo loco puerum pro ſeruo accipit aduerſitore: ita enim dicitur ſeruulus qui it ad dominum foris cœnantẽ, ut illum domũ reducat, & comitetur, author Donatus. Apuleius in decimo: At intus cærei præclara micantes luce nocturnas nobis tenebras inalbabant. Cæreos Saturnalibus muneri dabant humiliores & tenuioris cenſus homines locupletioribus, quòd authore Pompeio, cæreis di-* Funalia. *tiores, pauperes candelis uterentur. Hos antiqui Funalia à funibus dixere. Silius Italicus Punicorum ſexto:*
Cui nocturnus honos funalia clara, ſacerq;
Poſt epulas tibicen adeſt.

Vbi loquitur de Cn. Duillio: cui (Pœnis bello nauali ad Mylas uictis, & quinquaginta nauibus captis) conceſſum eſt à ſenatu, ut reuertenti à cœna tibicen caneret, &

funale præferretur. A funalibus Funera dicta, nam mortuos ſepelientes funebri pompatico honori illa maiores adhibuere. Funerum autem & ſepulchrorum uſum Plutõ (qui Ageſilaus, Sũmanus, Dis, Orcus, Vediiis, & Stygius Iupiter dicitur) introduxit, ut eſt apud Diod. Hinc uita functis dominari exiſtimatus. Funebris pompæ lex eſt, ut funus præcedat, nos ſequamur, tanquàm poſt defunctum morituri. Cæterum Funereas antiqui dicebant, ad quas funus & dolor pertinebat, ut ſororem, matrem, uxorem: nam Præficæ ſunt planctus principes, non doloris, utpotè ad lamentandum conductæ. Funera. Plutonis nomina. Funereæ. Præficæ.

CALIX.

CAlix uitreus, uaſculum è uitro quo bibimus, ideo nuncupatur quòd eo calidam bibebant antiqui, ut refert Marcus Varro in libris linguæ Latinę: nam & calidam & frigidam ueteres adhibuerunt. Iuuenalis: Calix uitreus.
Calidæ gelidæq; miniſter.

Vitreus autem à uitro, quo conſtat; id translucidum eſt, plura habens genera. Vaſcula ex eo apud nos uitreàrij producũt ad uſus in primis menſarũ, & quibus papyro uiminibusúe intectis uiatores utuntur ad uina portanda. Vnde Viatoria nominãtur: ſed nonnunquã & lignea fictiliaq; ad hunc uſum habentur. Plinius: Vaſa uiatoria è taxo uinis in Gallia facta mortifera fuiſſe compertum eſt. Vitrearijs officinis nunc Venetiæ, ut olim Sydon, nobilitantur. Calix item uas ad obſonia. Ouidius in faſtis: Vitrum. Viatoria uaſa.
Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebat.

Et Marcus Varro: Calix inquit, à caldo quòd in eo puls calida apponebatur. Fuerunt & calices gemmati, à gemmis: maiores nanque calcibus gemmas inſerebant, Gẽmati calices.

& præcipue ſmaragdos, unde Plin. xxxiij. Nec hoc fuit ſatis, turba gemmarũ potamus, & ſmaragdis teximus calices: ac temulentiæ cauſa tenere Indiam iuuat. Silius:

Iam ſimul argento fulgentia pocula mixto,
Queis gemma quæſitus honos.

Quæ res uſque adeò creuit, ut multi gemmas digitis detractas poculis adderent. Iuuenalis:

Nam uitro, ut multi, gemmas ad pocula transfert
A digitis. *Et Martialis:*
Gemmatum ſcythicis ut luceat ignibus aurum,
Aſpice quot digitos exuat iſte calix.

Cululli. *At calices fictiles culullos appellamus.*

CRYSTALLVS.

Cryſtallina uaſa. *CRyſtallina uaſa & pocula dicuntur ex cryſtallo, qui lapis eſt ex aqua puriſsima ſub terra congelatus: authores* Diodo. A. Gellius *ex Ariſtotelis libris, & Seneca naturaliũ quæſtionũ tertio. Nanq; glaciem eſſe certum eſt, unde & nomen Græci dederunt. Papi. in Syluis:*

Raraq; longæuis niuibus cryſtalla gelari.

Et Eccleſiaſt. xliij. dicitur: Aquilo flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua. Quòd cryſtallina eſſent in precio apud ueteres, Pli. oſtendit, qui in. xxxvij. cap. ij. refert matremfamilias nec diuitem, trullam cryſtallinam ſeſtertijs centum quinquaginta milibus Ideſt mercatam eſſe. ** præſtinaſſe, & Neronẽ in ſuprema ira calices duos cryſtallinos fregiſſe nuncio rerũ amiſſarũ accepto. Sueto. ſcyphos quidem nominat, ſed cryſtallinos fuiſſe non ſcribit: quos à cælatura carminis Homerici, Homericos Cæſar ipſe appellabat. Nã pocula quoq; & eſcaria ad uſus mẽſæ inſculptionibus exaſperãtur: hinc Toreumata, hinc Anaglypha, & Trigly-*

Scyphi Homerici. Toreuma. Anáglypha. Triglypha.

*pha cũ emblematis uenuſtâtibus.*Epigrãmatarius poëta:
Artis Phidiacæ *toreuma clarum.* Item.
Et menſis anaglypha de paternis.

Salluſtius:Cum tabulas,toreumata,ſigna emunt,noua diruunt,alia ædificant.Latini nunc cælata,at ueteres Ancæſa uocauere : quòd circũcædendo fierent,authore Pompeio. Primus Phidias *cælandi inſculpendiq́; artem, quæ eſt τορευτική demonſtrauit.* In Corinthijs, *inquit* Plinius, *æs placet auro argentoq́; mixtum, in cælatis ars & ingenia.* Cælata. Ancæſa.

MVRRHINA.

*MVrrhina pocula ex murrha humore quodam ſub terra colore concreto murrhinarij producunt.*Plinius in xxxiij.*Murrhina & cryſtallina ex eadẽ terra effodimus,quibus pretium faceret ipſa fragilitas, oriens mittit.* Nitor *eſt his & uarietas colorum circũagentibus ſe maculis in purpuram candoremq́;. Eſt & in odore aliqua commendatio.* Martialis in Apophor. *de murrhinis præmiſſo lemmate:* Murrha.

Si calidum potas,ardenti murrha falerno
Conuenit,& melior fit ſapor inde mero.

Ea in urbem primum inuexit mithridatica uictoria Pompeius,*quorum mox pretium adeò in dies creuit, ut poculum murrhinum ad ſextarios tres capax lxxx. ſeſtertijs emptũ fuerit:&* T.Petronius *uir conſularis moriturus inuidia* Neronis *principis murrhinam trullam trecẽtis ſeſtertijs emptam fregerit,ut menſam eius exhæredaret.* Horum *meminit & iureconſultus.* Diuus Auguſtus *capta* Alexandria,*nihil ſibi præter calicẽ murrhinum retinuit.*

POCVLVM.

POculum & ipſa potio, & uaſculum potorium nuncupatur. Cicero, Caret epulis extructisq́; menſis & frequentibus poculis: caret ergo uinolentia cruditate & inſomnijs. Vergilius:

Pocula ſi quãdo ſæue infecere nouercæ. Lucretius:
Et ſedare ſitim prius eſt quàm pocula natum.

Silius Italicus:

At Celtæ uacui capitis circundare gaudent
Oſſa (nefas) auro, & menſis ea pocula ſeruant.

Dicũtur autẽ pocula à potatione, ut ſcribit M. Var. quorũ quidẽ uaria ſunt nomina, ſicut diuerſæ formæ, ut
Scyphus. ſcyphus, quo uſus eſt Hercules: Calix qui à Græcis κύ-
Calix. λιξ, cyathus, nimbus, qui etiam ipſa effuſio: Cymbiumq́; carcheſium, amula, bicos, bicariumúe, obba, trulla, cra-
Luter. tera: aliphanum, patera, luter, quo uinum aqua miſce-
Mixtarium. Phiala. tur: unde mixtarium, capides, cupa, & phiala ex uitro nimis frigide, ut uolũt, quod græcè ὕαλος dicitur, à quo ὑάλινα uitrea, ὑαλοῦργος uitrearius: nam aureas & argenteas phialas legimus. Horum nonnulla, ut cantharus: anſas habent, quibus apprehenduntur. Varro diui-
Anſæ. Aræ. norũ libro quinto, aras tradit anſas primo dictas, quòd erat neceſſarium ſacrificantes illas tenere. Hinc peritiſſimus Maro Aeneidos vj. inquit:

Talibus orabat dictis arasq́; tenebat.

Anſatus homo. Plautus in Perſa, Anſatum dixit hominẽ, qui glorioſe ambulat brachijs inſtar anſarum extãtibus & ſubnixis. Compluria etiam naſum in ſummo. Iuuenalis:

Siccabis calicem naſorum quatuor.

Naſus. Eſt enim naſus in poculis & uaſis cæteris quo fluit

& egeritur humor. Oĩa autẽ mẽſis apta, quæ ſunt uaſcu la & potoria & eſcaria, ἐπιτραπέζια uocantur: unde Papinius in Syluis Vindicis poculũ epitrapezion celebrat, de quo meminit & Mar. dictio eſt græca ab ἐπὶ præpoſitione & τράπεζα mẽſa deducta: inde τραπεζίτας, mẽſarios, cãpſores, argẽtarios, colybiſtas, & numularios uocitarũt, quòd mẽſis ũtãtur. Suetonius in Galba: Numulario nõ ex fide uerſanti pecunias manus amputauit, menſæq; eius affixit. & Ioãnis ſecũdo de Saluatore dictũ eſt: Numulariorũ æs effudit & mẽſas ſubuertit. Ἐπιτραπέζια. Campſores. Colybiſtæ. Numularius.

APYROT'ON.

APyroton Græci uocant uas frigidarium, unde Plinio in xxxvj. calices Apyroti, etiã ſi legitur quandoque pterotos: nam calida & frigida in cœnis uſos ſcimus ueteres, hinc ipſe crediderim Apyrotũ nos poſſe Refrigeratorium appellare: uas illud patẽs in quo uitreo, porcellanico argenteoue, & pauperibus figlino frigida pleno per æſtates poculis immiſsis uina & decocta refrigerare ſolemus: ueluti olim apud Romanos niue menſibus etiam æſtiuis (ut iam dictum eſt) ſeruata refrigerabantur. Ἀπύρωτορ. Pteroti. Refrigeratoriũ.

VRCEOLVS.

VRceoli fictiles, ut Caprunculum & calpar nunc ad uina dicũtur è terra facti, quibus etiã potentiores olim uſos credimus, nanq; figlinarum opera apud antiquos in pretio fuere, ut author eſt Plinius in xxxv. ſic ſcribens: Figlinarum opera, imbricibus, tubulis, tegulisq; ad balneas hamatis: uel ad tecta coctilibus, laterculis: frontatisq;: aut quæ rota fiunt etiam fictilibus dolijs ad uina excogitatis, & ad aquas. Propter quæ Caprunculum. Calpar. Figlinarum opera. Cap. 12.

Numa rex.ſeptimum collegium figulorum inſtituit: & mox, Maior quoq; pars hominum terrenis utitur ua=
Samia. *ſis. Samia etiamnum in eſculentis laudantur, retinet*
Aretium. *hanc nobilitatem & Aretium In Italia, & calicum tan=tum Surrentum. Auſonius:*
Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regē. Martial.
Aretina nimis, ne ſpernas, uaſa monemus,
Lautus erat thuſcus Porſena fictilibus.

Vrceolos autem pocula, & id genus multa in ſup=pellectile ex argilla (ita enim terra appellatur) pri=mum Chorebum figulum Athenienſem legimus for=
Plaſtice. *maſſe, Plaſticen uerò quæ imagines ex argilla effingit, omnium primos in Samo Ideochum Rhœcum & Theo dorum: ut alij, Dibutabam Sicyonium filiæ opera ex=cogitaſſe. Lactantius ſcribit Prometheum primo ſimu=lacrum hominis de terra effigiaſſe: hinc locus fabulæ da=tus, ipſum igne cœleſti hominē è limo factum animaſſe. Licet Higinius ad miram ingenij excellentiam, Euſe=bius uerò referat ad humanitatem & ſcientiam, ad quas à feritate & nimia imperitia mortales traduxit, & quo=dammodo reformauit. Qui uerò urceolis & lagœnis ui*
οἰνοφόρος. Vinifer. *na è cella uinaria fert ad triclinium, is eleganti uocabu=lo dicetur* οἰνοφόρος, *niſi mauis eum Viniferum nomi*
Δωροφόρος. *nare: ueluti* Δωροφόρος*; dona ferens,* μηλοφόρος
Μηλοφόρος. *poma, & id genus innumera:*

MENSA.

Menſas lectos, triclinares diſcubitorios appella=mus, quibus poſitis cibos capimus. Ouidius:
Nunc dape nunc poſito menſæ nituere lyæo.
Apuleius de aſino aureo: Menſas dapibus largiter

inſtructas accumbunt. Si mane diſcumbimus, Ientaculum, id eſt, prandiculum is primus cibus uocatur, ueteres ſilatum, ἀκράτισμα Græci dixere: ſi tum poſtea, Prandium: ſi meridie, Merenda, ut ſcribit Nonius, quæ antecœnium, ſi ueſpere, Cœna: unde ab antiquis, authore Pompeio, Veſperna eſt nominata: quod uerò nunc eſt prandium, cœna dicebatur. Sicq; nulla ferè pars diei comeſſationibus erit immunis. Damnabat bis die ſaturum hominem fieri Plato diuinus, ut creditur, philoſophus. At nunc quidam, ut porci ad aqualiculum ſorbitione, non ſolum bis, ſed ter & quater crapula ſeſe ingurgitant, tanquam ad perdenda eſculenta geniti. Vnde Suetonius de Vitelli Imperatoris luxuria: Epulas, inquit, trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpartiebat in ientacula, & prandia & cœnas, comeſſationesq́;, facile omnibus ſufficiens uomitandi conſuetudine. Comeſſatio ipſa cibus potusq; dicitur, qui poſt cœnam ſumitur, uel potius quacunq; hora extraordinarijs. Sunt enim adeò multi gulæ uoraciſsimæ, & inexplebilis barathri, ut ad comedendum natos ſe tantum exiſtiment. Hinc Philoxenum Eryxidus, & Gnathonem Siculum gulæ proceres: imò uerò perditos Gulones, ac extremos cupediuoras infamant literæ, quòd conuiuijs adhibiti emungere ſe in pultarijs ſoliti eſſent, ut abſtinentibus cæteris ſoli epulis ampliter fruerentur, nulla conuictorum habita ratione. Hic eſt ille Philoxenus, qui gruis collū à dijs immortalibus ſibi dari optabat, cum diceret non eandem ciborum eſſe rationem, ſed partim gulam ſuam moueri ſuauitate. Socrates uerò ſanctiſsime dicebat, multos homines propterea uelle uiuere, ut ederent & biberent:

Ientaculum. Silatum. Ἀκράτισμα. Prandium. Merenda. Antecœnium. Cœna. Veſperna. Comeſſatio.

ſeſe bibere atq; eſſe ut uiueret. Et A.Gellius, *Quis, in-quit, habens aliquid humani pudoris, uoluptatibus iſtis duabus comedendi atq; coëundi, quæ ſunt homini cum ſue & aſino communes, gaudeat?* A *cœna autem inter*

Domicœnium. *cætera fit domicœnium, quo uſus eſt* Martialis. Et *cœna-*

Cœnatoria. Recidipna. *toria, quæ recidipna, & triclinaria ueſtimenta ad uſus cœnæ. hinc exijt diſtichon:*

Nec fora ſunt nobis, nec ſunt uadimonia nota,
His opus eſt pictis accubuiſſe toris.

Incœnis. Cœnipeta. Plautus Incœnem, *ſine cœna dixit.* Eſt & *cœnipeta, qui libenter petēs alienas cœnas, paraſiti ſæpicule perſo nam induit, dum diuiti aſſentatur, dum blanditur, & interim non toleranda ſuffert, cibi & uentris gratia.* Hinc legimus Heliogabalum Imperatorem *paraſitos ad*

Ixionij amici. *rotam aquariam ligatos cum uertigine ſub aquis mi-ſiſſe. & rurſus ad ſummum reuoluiſſe: ita ut eos* Ixio-*nios amicos uocaret.* Menſam *ipſam, quam* Cato *amico-rum parentem ac procreatricem putauit, uacuam tolli non ſinebant* Romani *ueteres, ſed omnino cum aliquid ſupereſſet, interpretantes ſemper, de eo quod nunc adeſt aliquid in futurum relinqui oportere, ac per hodiernum craſtini meminiſſe, ut ſcribit* Plutarchus *in problemati-*

Proteruia. *bus.* At *in proteruia ſacrificio mos fuerat, epularum re-liquias, & fragmenta in ignem mittere, ut conſumeren-tur: hinc innotuit ſcomma ſiue dicterium illud* Catonis. Nam *cum* Albidius *bonis ſuis abliguritis nouiſſime do-mum, quæ ſuperfuerat, incendio perdidiſſet, proteruiam hominem feciſſe dicebat: quod enim comeſſe non potue-rat id combuſſiſſe.* In *maximo autem pretio habitæ ſunt*

Citreæ menſæ. *apud antiquos menſæ citreæ, quas ut* Plinij *uerbis ex*

xiij. loquar: Fœminæ uiris contra margaritas regerunt. Extant hodie Marci Ciceronis in illa paupertate: & quod magis mirum eſt illo æuo emptis libris decem. Cum his memorantur, & Galli Aſinij, quæ libris undecim ue nundatæ ſunt, & duæ à Iuba Rege uenditæ, quarum alteri pretium fuit libris quindecim, alteri paulominus. Honos præcipuus in uena criſpis, oblongo diſcurſu uel intorto: illæ Tigrinæ, hæ Pantherinæ appellãtur. Fiebant autem eo artificio ut dimidiatis orbibus non tantum rima, ſed nec commiſſura uſquam appareret: uelu ti abiegnæ à noſtris fiunt materiarijs non ſine glutino compoſito ex caſeo ſapro, id eſt, marcido, ſed recente, & calce uiua faberrime. Vtebantur & arcenis, ex acere arbore factis, unde nomen. Apud nos candore probantur Eboreæ, Eburatæ ebore intectæ, & cupreßinæ propter odorem. Fiunt ex abiete, ut dictum eſt, & iuglande, quarum pulchriores habentur, quæ contra & ſpinas non habuerit, hæ conuolutas uenas oſtendunt, illa duritiem clauo ſimilem ſerris inimicam. Sed illarum pulcherrimæ, lignorum bracteis, ſiue potius præſegminibus, & teſſellis diuerſicoloribus, glutino compactis, uermiculatim fabrefactæ, quas ſegmentatas quidam nominant: ut ſint ſegmentata à ſegmento opera è ligno teſſelatim depicta. Segmentum enim dici poteſt, quoddam quaſi ramentum & ſectio. Plinius de marmoribus in trigeſimoſexto. Craßior harena laxioribus ſegmentis terit & plus erodit marmoris. Inde ueſtes ſegmentatæ, ſegmentis, hoc eſt, punctulis, & bracteolis aureis ſiue argenteis minutim depictæ, Plautus. Quampulchre ſegmentatam ueſtem. Segmentum

Tigrinæ. Pantherinæ menſæ.

Abiegnæ.

Acernæ menſæ.

Eboreæ. Eburatæ. Cupreſſinæ.

Segmentatæ menſæ.

Segmentum.

Veſtes ſegmentatæ.

rectius dicitur monile, quòd ſit ueluti quidam circulus: uel ut alij, quòd quibuſdam bracteolis, quaſi præſegminibus conſtet & diuidatur: nam ſegmentum à ſeco naſcitur, c in g mutato, ueluti à fingo figmentum, à ſtringo ſtrigmentum, ut ſit quaſi ſecamentum. Vnde partes mundi in quas uniuerſa terra digeritur, & noſtri circulos, Circuli. παραλλήλοι *Græci* παραλλήλους *dixere, Segmenta eleganter Plinius appellauit, cum inquit: Quinto continetur ſegmento ab* Teſtudineum. *introitu caſpij maris Bactria, Hyberia, Armenia. Sunt & qui id opus è ligno Teſtudineum uocitent: quoniã dũ materiarij, abietarijúe uoluere ueteres imitari, qui teſtudinum, ut diximus, laminis menſas & lectos ueſtibant,* Bractea. *hoc opus excogitauere. Bracteæ autem ſubtiliores ſunt,* Lamina. *Laminæ craßiores: inter Bracteas habentur, quæ uocant auri argentiq; folia ad inaurandum & inargentandum idonea.* Bractearius. *Vnde Bractearij qui inauratores, etiam ſi inauratores & argentum non ſine argento (Viuum quod appellant) inaurent.*

CILIBAE.

Diſcus. *Cilibæ menſæ rotundæ, quadratæ etiam nuncupantur, authore Pompeio: nam Diſcus tantum menſa rotunda dicetur. M. Varro. Menſam eſcariam Cilibam appellabant, ea erat quadrata, ut nunc in caſtris eſt: à cibo Ciliba dicta. Poſtea rotunda facta, & quod à nobis media, & à Græcis* μέσα *menſa dici poteſt, niſi* Cilibantum. *quòd ponebant pleraq; in cibo menſa. Vinaria uerò cilibantum. Sed uide ne potius cibilæ à cibo, ut Eſcariæ ab eſcis ſint nominandæ. Primus Heliogabalus Imperator Romæ argenteas menſas in ſuppellectile habuit, ut Lampridius teſtatur.* Suppellex. *Suppellex autem eſt domeſticum patrisfamiliâs*

triſfamiliâs inſtrumentum, ut expoſuit Vlpianus Iure=*conſultus, ueſtibus inter cætera ſubtractis.*

TRIPODES.

Tripodes menſæ cum tribus pedibus, ut nomen in=dicat, fuere, quibus apud nos hodie menſæ ipſæ ſu ſtentantur. antiquitus erant militares. Horatius:
Donarem tripodas premia fortium Graiorum.

Homerus quoque in Odyſſea *narrat* Alcinoum *inter cætera xenia* Vlyßi *tripodem magnum dediſſe. Menſæ uerò unico tantum pede ſubnixæ,* μονοπόδια *dicuntur, quæ inter inſtrumenta luxuriæ à priſcis collocabantur.* Μονοπόδια. *Scribit* Plinius *in.xxxiiij. ex authoritate* L. Piſonis, C. Manlium *Aſia deuicta, primum inuexiſſe in orbem ſuo triumpho monopodia, abacos, & triclinia ærata, urbis anno quingenteſimo ſexageſimoſeptimo, & in ultimo:* Victoria *tamen illa, inquit,* Pompei *primum ad margaritas gemmasq; mores inclinauit, ſicut.*L.Scipionis, *&* Cn. Manlij *ad cælatum argentum, & ueſtes Attalicas, & triclinia ærata: ſicut.*L.Mummij *ad corinthia & tabulas pictas.* Vbi Triclinium *in ſuppellectile fuiſſe oſtendit: à* Triclinium. *quo locus ipſe, de quo diximus, nominatur, & tris menſas ſiue thoros habebat: ita coniunctos ut transferri huc atque illuc poſſet. Legimus & argentea triclinia* Romæ *fuiſſe.* Idem Plinius. xxxiij. Cornelius *nepos tradit ante* Syllæ *uictoriam duo tantum triclinia* Romæ *fuiſſe argentea.* Repoſitorijs *quibus menſas imponebant, argentum* Repoſitoria. *addi ſua memoria cœptum* Feneſtella *dicit, qui obijt nouißimo* Tiberij *principatu. Sed & teſtudinea tum in uſum ueniſſe. Ante ſe autem paulò lignea rotunda, nec multo maiora quàm menſas fuiſſe: ſe quidem puero qua=*

drata & compacta, aut acere operta, aut cedro cœpiſſe, mox additum argentum in angulos lineaſq; per commiſſuras. Adde quod *triclinia uerſatilia celebrata ſunt, quæ diſcumbentibus conuiuis circumagerentur.* Iam dixerat Liuius *originem luxuriæ Romanæ in urbem ab Aſiatico exercitu inuectam fuiſſe, ita ut uincendo uicta fuerit: cum imprimis maiora quàm credi poßit, detrimenta conuiuiorum luxu ſuſtinuerit.* Vnde *plurimæ leges ſumptuariæ, quæ cibariæ, latæ ſunt.* Orchia *prius, mox* Fannia, *anno urbis conditæ quingenteſimo octuageſimo octauo.* Didia, Licinia, & Cornelia, *ut* Macrobius *teſtatur.*

Sumptuariæ & cibariæ leges.

SEDILE.

SEdile *à ſede ubi ſedemus.* Macrobius: *Ait* Cicero Laberio *prætereunti & ſedile quærenti, recepiſſem te, niſi anguſte ſederem.* Vergilius:

Gramineoq; uiros locat ipſe ſedili.

Maiores enim noſtri ſedentes epulabantur, quem morem habuerunt à Laconibus & Cretenſibus, *ut* Varro *docet in libris de gente populi* Romani, *in quibus notat quid à quacunq; gente traxerint, author* Seruius, *enarrans illud* Vergilianum *in ſeptimo:*

Sedentes epulabantur.

Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis.

Vbi de ſacris tantum epulis dictum oſtendunt ſuperiora, & ita nos accipiamus, quando accumbebant maiores in conuiuijs non ſedebant. Quem *morem ſeruant hodie quoque è barbaris plurimi.* Vnde Valerius Maximus *fœminæ, inquit cum uiris cubantibus ſedentes cœnabant.* Et Plutarchus *ſcribit:* Catonem Vticenſem *in cœna ſediſſe, nam poſt* Pharſilicam *pugnam hoc*

quoque priori mœſticiæ addiderat, ut nunquàm iaceret niſi cum dormiret. In accubitis autem honoratior locus, non tam ſummus, quàm medius creditur. Hinc Maro: *Horrea compoſuit ſponda mediamq́; locauit.*

Refert Xenophon *Cyrum ſolitum fuiſſe conuiuas honoris gratia, à latere ſiniſtro iuxta ſe ponere: utpotè fideliores charioresq́; illos declarans, qui in parte cordis leua diſcumberent.* Nos uerò *à dextro latere, tanquàm honoratiore collocamus, quos digniores & maioris authoritatis cenſemus inter coëpulones,* συναριςῶντες: *quorum numerus à maioribus ſic diffinitus eſt, ut gratijs tribus, quas* χάριτας Græci, *minor non eſſet, nec muſarum numerum excederet.* Non omittendum eſt hoc *loco illud Auli Gellij ex Marco Varrone Satyris menippeis, conuiuium conſtare ex rebus quatuor, & tum denique omnibus numeris ſuis abſolutum eſſe, ſi belli homunculi per uocatores collecti ſunt, ſi electus locus, ſi tempus lectum, ſi apparatus non neglectus.* Nec loquaces, *inquit, nec mutos conuiuas legere oportet, quia eloquentia in foro & apud ſubſellia: ſilentium uerò non in conuiuio, ſed in cubiculo eſſe debet.* Sermones *igitur id temporis habendos cenſet, non ſuper rebus anxijs, aut tortuoſis, ſed iocundos atque inuitabiles, & cum quadam illecebra & uoluptate utiles, ex quibus ingenium noſtrum amœnius fiat & uenuſtius.* Quod *profectò eueniet, ſi de id genus rebus ad communem uitæ uſum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro atque negocijs agendis loqui non eſt ocium.* Adhibent *nonnulli* ἀναγνώςην *qui legat faciles utilesq́; ex* Philoſophia *queſtiones, uel* Erotica *quædam non nimis laſciua:*

Numerus conuiuarum.

Conuiuij abſoluti ratio.

*plurimi uerò fidium modulamina, non ſine puello carmi-
na uel rithmos dearticulante.* Nam & Alcinoi apud Ho-
merum, & Didonis apud Vergilium *menſa habuit, hæc*
Ioppam, *illa* Phenium *cythara canentes.* Scribit Plato in
Cantilena in cõuiuio. Gorgia, *cantilenam in conuiuijs cantari ſolitam, optimũ
eſſe bene ualere: ſecundo loco formoſum eſſe, tertio ha-
bere diuitias, nulla fraude partas.* Valerius *uerò* Maxi-
mus: Maiores, *inquit natu, in conuiuijs ad tibias egregia
ſuperiorum opera carmina comprehenſa canebant, quo
ad ea imitanda iuuenum uirtutem alacriorem redderẽt.*
Subſellium. Biſſellium. Binominis. Bigamus. Bigæ. Bifera arbor. V*bi plures ſedebãt* Subſellium, *ubi duo* Biſſellium *dice-
mus, ſicut* Binominem *à duobus nominibus,* Bigamum *à
duabus uxoribus,* Bigas *à duobus equis, ut trigas à tri-
bus,* & Biferam *arborem, quæ fert bis fructum annua-
tim. Subſellia quoque minorum ſunt magiſtratuum, ue-
luti tribunorum, quæſtorum, & triumuirorum, qui non
in ſellis curulibus, nec in tribunalibus conſidebant, ut
ſcribit* Aſconius Pædianus: & *ſubſellia ſedes theatrales*
Sella. *appellantur. Sella item qua ſedemus, quaſi ſeda, à ſeden-
do: unde* Laberij *ſcomma in Ciceronem recitans Symma-
chus apud* Macrobium: Mirum, *inquit, ſi anguſtæ ſedes,*
Duabus ſellis ſedere. *ſoles duabus ſellis ſedere, quaſi nec Cæſari, nec Pompeio*
θρόνος. *fidus, ut refert Seneca.* Eadem *Græco uocabulo* θρόνος
dicitur Prouerbiorum Solomonis. xx. Miſericordia &
ueritas cuſtodiunt regem, & *roboratur clementia thro-
nus eius. Cathedra quoque ad ſedendum ponitur,* &
Scamnum. *Scamnum à Scamno, ut uolunt, terra elata inter duos ſul
cos, pro ſedili accipitur. Martialis:*
Sedere in equitum liceat an tibi ſcamnis. Ouid. vj. *Faſt.*
Ante focos olim ſcamnis conſidere longis Mos erat.

M.Varro aliter ſcamnū interpretatus eſt,ut in cubiculo dicemus: Eſt & Hemicyclus cathedra ad ſedendum in medij circuli formā,unde nomen. nam & Sidonius hemicyclon dixit ſolium in balneis ſemirotundum. ſed & cœnatio dicitur,ueluti Sigma.Legimus apud Strabonem Luſitanos ſedentes cœnitare.ædificatos in pariete hemicyclos habentes.Mar.Cicero in Lælio:Cum ſæpe multa narraret tum memini domi in hemicyclo ſedentem, ut ſolebat,cum & ego eſſem una, & pauci admodum familiares in eum ſermonem illum incidere, qui tum multis ferè erat in ore. Nam ſoliti fuerant antiqui, id quod poſthuma ætas recepit patrijs & uernaculis eſculentis mutitare,ideſt,mutua conuiuia domi agitare, quæ ſodalitia, ut Græci συσσίτια,appellauere. Nanq; σύσσιτος eſt apud illos ſodalis.Paßim inter noſtros agitantur ſymbola,collatione à ſingulis facta,unde nomen:qui nihil contulerint ἀσύμβολοι dicentur,ut ſolent cœnipetæ,& hi qui accedunt interdum, ut in prouerbio dicitur, umbræ, & qui cœnant ἄκλητοι,ideſt,citra uocationem. Hemicyclus. Sigma. Συσσίτια. Ἀσύμβολοι.

MAPPA.

MAppæ dicuntur, quæ ſuper menſam ſternūtur. Plinius in.xix.de lino ſcribens,quod uiuum appellant:Ardentes in focis conuiuiorū ex eo uidimus mappas ſordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magis,quàm poſſent aquis. Villoſæ apud ueteres habitæ ſunt in pretio: hinc Epigrammatarius poëta in Apophoretis de mappis nimirum intelligens: Linum uiuum.

Nobilius uilloſa tegunt tibi lintea citrum.

Mantelum uerò quod mantile,linteolum eſt quo manus tergere.ſolemus, quaſi manutergium, ut.M.Varro Mantelium. Mantile.

in lingua Latina interpretatur. Frequens enim ad manuũ tergendas fuit uſus mantilorum, ut ſcribit Feſtus Pompeius. Inde Manticularia dicuntur ea quæ frequenter in uſu habentur, & quaſi quotidiè manibus tractantur. Hæc Latinè loqui diſſerereq; uolentes, non ſuo uocabulo demonſtrare non minus dedecet, quàm hominem non ſuo nomine appellare. Hinc impenſius elaboraui, ut in hoc literarum dilectoribus ac ſtudioſis pro uirili parte prodeſſem.

Manticularia.

SALINVM.

Salinum uaſculum eſt, in quo, ut nomen indicat, ſalis elementum continetur, & menſæ infertur: in qua ſignificatione accepit Horatius in carminibus, cũ inquit:

Viuitur paruo bene cui paternum
Splendet in menſa tenui Salinum.

Fit ut plurimum è plumbo albo, nonnũquàm è uitro, aut criſtallo: argento etiam ad uſus ditiorum, pauperes ligneo uel figlino utuntur. Vas item apud antiquos dicebatur, quo primitias dijs offerebant, ut ſcribit Porphyrio, Horatianus interpres. Conſueuerunt nanq; maiores noſtri cùm alimenta ſe dono deorum habere cognoſcerent, ex omnibus aliquid illis offerre, magis ut ſe gratos exhiberent, quàm quòd deos aliquo arbitrarentur indigere. Vnde cum agros quoque, urbes ac oppida deorum munere ſeſe poßidere intuerentur, ut eſt apud Cenſorinum, partem quandam templis ſacelliſq;, ubi eos colerent, dicauere: hinc decimæ, fana, cultusq; deorum.

Fana.
Cultus deorum.

CVLTELLVS.

Cultellus nanque à cultro per diminutionem, authore Seruio, nomen accepit, eo utimur in menſa

ad panem, carnes, & id genus multa ſecanda, & fruſta diuidenda. Iuuenalis:

Spectas & chironomonta uolanti
Cultello, donec peragat dictata magiſtri
Omnia, nec ſanè minimo diſcrimine refert,
Quo geſtu lepores & quo gallina ſecetur.

Cui aſtipulatur Seneca ad Lucilium: Alius precioſas aues ſcidit, & per pectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum in fruſta excutit. Infelix qui huic uni rei uiuit, ut altilia decenter ſecet: ubi obiter notabis altilia dici, quæ ad ſaginam domi nutricantur: χειρονομῶντα *ſtructorem, qui lege quadam manuum eleganter diuidit aues & cætera eſculenta. Scribit Suetonius (id quod eſt damnandum) Claudium Cæſarem ex ferro, quo duo gladiatores mutuis ictibus cõcidiſſent, ſibi paruulos cultellos in uſum, ſine mora, fieri iuſsiſſe.* Altilia. Χειρονομῶν.

QVADRAE.

Quadræ, ut plurimum ex ſtanno, interdum ex argento ad uſus locupletiorum, à forma dicuntur, ſuper quas conciſæ carnes & pulmentaria diſponuntur: ueluti rotunda repoſitoria, orbes dicimus, quæ & Diſci nomine ſignificari poſſe noſtri temporis quidam uoluere, à diſco, quo in gymnaſijs exercebãtur: ſicuti & Abacos quadras notare (nam quot capita, tot ſunt ſententiæ.) Præterea ingens eſt rerum copia ſine nomine, quas cum proprijs appellationibus ſignare non poſſumus, alienis & commodatis utimur; ut inquit Seneca in ſecundo de beneficijs. Triuiales elementarij, quòd ſuper ea carnes & cætera obſonia cultello diuidimus, inciſoria appellare contendunt. Orbes. Diſci. Abaci. Inciſoria.

STRVCTORES.

STructores dicuntur qui menſas & cibaria curabant, ut ſcribit Seruius, & qui pulmentaria cultello

Fuſcinula. Furcilla. ſcindebant, in fruſtula diuidentes: non ſine Fuſcinula uel Furcilla è ferro argentoúe, quam manu ſiniſtra tenere, ut ſcinderent elegantius, receptum. Martialis:

Et quæ non egeant ferro ſtructores oſelle. Iuuenalis:

Sed nec ſtructor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula diſcipulus Tripheri doctoris.

Architriclinus. Archipoſias. Sympoſiarches. Συμπόσιον. Συμπότης. Qui uerò princeps eſt conuiuij, Architriclinus dicitur, Archipoſias, & Sympoſiarches, tanquàm princeps compotationis, quam συμπόσιον græci, ut συμπότην compotatorem nominant: quem coronis uti, unguento delibutis, hilaritatis gratia mos olim inualuerat. Qui mini-

Pincernæ. Pocillatores. Diriuitores. Propinator. ſtrant pocula menſæ ingerentes, Pincernæ & Pocillatores, Diriuitoresúe, qui & ſtructores. Eo uocabulo uſi ſunt Apuleius & Ammianus. Propinatores quoque, ſi principi, ſi diuiti prægustauerint: nam id genus uiri habent prægustatorem omnium ciborum, cum uenena timentes, faciant illum prægustando explorare an illata ſint uenenata, ſed nihilominus uenenũ ſæpius auro quàm argilla bibitur, & pluries ſub mattis latitant, quàm ſub oleribus. Epulanti Claudio Cæſari uenenum datum per ſpadonem prægustatorem teſtatur Suetonius. Architriclini eſt autem curare, ut eduliorum uariorum fercula,

Coëpulones. Commenſales. Conuictores. ſiue miſſus, ſeriatim & in tempore conuiuis (quos coëpulones, commenſales, & conuictores dicimus) exhibeantur, ut recte omnia, omnia ſplẽdide diſpoſita ſint. Ad hoc præſto aderit miniſtrorum ornatiſsimorum turba linteis ſuccincta, per quos (ut inquit Seneca) ſigno dato ad inſt-

rendam cœnam haud obſtrepenter diſcurritur. Per miſſus à mittendo,& fercula à ferendo, ſingularum epularum ſingulas conditur as intellige. Apule. de aſino aureo lib.v. Et illico uini nectarei,eduliumq; uariorum fercula copioſa nullo ſeruiente,ſed tantum ſpiritu quodã impulſa ſubminiſtrãtur. Et Lampridius ſcribit Heliogabalum imperatorẽ celebraſſe tale conuiuiũ,ut apud amicos ſingulos ſinguli miſſus appararentur: & aliquando omnes miſſus ſola phaſianorũ carne ſtrũxiſſe. Suetonius quoq; narrat Auguſtum Cæſarem cœnam ternis ferculis, aut cum abundantiſsime,ſenis præbuiſſe. Sed fercula ſimpliciter quoq; dapes ſignificant: quæ ſi fuerint lautiores, Cupedia, unde Cupedinarij, & Cupedulæ dicentur. Cyrus rex,ut refert Xenophon in Pedia, amicorũ chariſsimos honoratiſsimosq; , quos uideri uolebat, mittebat ad eos partes ferculorũ ex menſa: nam partes diſtribuere, miſſitareq; in cœnis olim mos inualuit, qui adhuc permanet inter amicitiores,beneuolos,& amatrices, ut illa etiã cõſuetudo mutandi uaſa cũ ferculis. Pli.xxxiij. Ptolemæũ, Varro tradit, Pompeio res gerente circa Iudæam octo milia equitum ſua pecunia tolerauiſſe: Mille conuiuas totidem aureis potorijs immutantem uaſa cum ferculis ſaginaſſe. Sed illud munificentius,quod legimus eadẽ uaſa apponi conuiuis ſolita fuiſſe, ut ipſi ea ſecum ferrent, & dono haberent,quæ ideo Apophoreta dixerunt.

Miſſus quartæ declinationis, à immiſſione ferculorum.

Fercula.

Cupedia.
Cupedinarij.
Cupedulæ.

Apophoreta.

PANIS.

Panis è tritico (qui ἀυτόπυρος, συγκομισός, & πυρινός Hippocrati) apud nos fit laudatiſsimus fermento addito, qui ζυμίτης nuncupatur: nam abſq; illo azymi nomen adeptus improbatur: licet plus nutriat,

Συγκομισός.
Πυρινός.
Ζυμίτης.
Azymus.

ut refert Theodorus *Priſcianus.Encriphia,azima,ſubà cineritia, inquit* Ambroſius. *E ſiligine antiquiores panem cæteris præferebant. Seneca ad* Lucilium: *Malum panem inquis,expecta, bonus fiet, etiam illum tene tibi*

Siligineus panis. *& ſiligineũ fames reddet. Cuius quidem ſententiam probat exemplum* Ptolemæi,*qui rex olim per* Aegypti *deſerta non ſubſequutis comitibus, pane cibario in caſula oblato, nihil illo pane iucundius unquam ſe comediſſe affirmauit. Eſt enim meo iudicio eſca ſuauiſsima panis ſiccus cum famis obſonio: ſicut in ſiti, aqua nectarium eſt poculum, & in amoris tentigine* Venus *melitiſsima etiam informis ancillula exiſtimatur.* Ipſius *autem pa-*

Panis unde dicatur. *nis proprietatem, ut ſcribit* Nonius, *à paſcendo appellauere, ſiue quòd omnibus pulmentis in cibis adhiberi poßit, & fere adhibeatur: cum nullum obſonium reddat inſipidius. nam* πᾶν Græce *totum: unde* πάνθεον *omnium deorum templum:* πάμφαγος, *omnia comedẽs:* παντόμιμος, *omnia imitans:* πανκηπίαι, *coronæ ex diuerſis & pene omnibus florum generibus compactæ.* V*bi habetur,*Panarium *dicimus,ſicut à penore penarium.* At *eius fruſtulum* Bucceam, *&* ὑποκοριστικῶς Buccellam. Hieronymus Solomonis Prouerbiorũ xvij. *Melior eſt buccella ſicca cum gaudio,quàm domus plena uictimis cum iurgio.*Et Auguſtus Cæſar *ad* Tiberiũ: *in balneo demum poſt horam primam noctis duas bucceas manducaui, priuſquam ungi inciperem. Eſt apud nos peregrinum ſcortillum,olim elegans, nunc non ſatis inuenuſtum,quod fruſtillo panis conduci poteſt,poſtico (ut fertur) lacinioſo admittens,quos ualuis bipatentibus emittat.* Panis *genera à* Plinio *in* xviij. *numeran-*

Margin: πᾶν. πάνθεον. πάμφαγος. παντόμιμος. πανκηπίαι. Panarium. Buccea. Buccella. Panis genera.

tur:ab obſonijs Oſtrearij, Artologani à delicijs,à feſti-
natione Speſtici,à coquendi ratione Furnacei & Arto-
ptesij ſiue Artopticij:item Aquatici, quoniam aqua tra
buntur,à tenui & ſpongioſa inanitate,ut picentes. addi
mus Turundam, de qua nos apud Nonium & Catonẽ:
Subcinericios, ſub cinere coctos in foco. Vnde Focacei
& inter cibarios ſiue ſecundarios,Aceroſum, quaſi pa- Aceroſus panis.
leis mixtis,authore Pompeio: & pityrium,furfureum,
caniceumue,à canicis furfuribus farris: nam iterum co-
ctus,Nauticus dicetur,parum rubidus: at ex nouo fru- Nauticus.
mento Sitanius in trimeſtri à meſſe factus. Summa uerò Sitanius panis.
laus panis,ſiliginis uel tritici bonitate, & cribri farina-
rij, excuſſorijue tenuitate conſtat. Caligula quartus cæ
ſarum panes & obſonia ex auro conuiuis appoſuit, ut
ſcribit Tranquillus. In conuiuijs noſtra tempeſtate ſa-
liaribus olim cœnis lautioribus uidimus ipſi & panes,
bellaria, offas iuſſulatas, carnes, & id genus cætera
inaurata.Fiunt & panes dulciarij cum ſaccaro ſimpli- Dulciarij panes.
ci,uel pineis nucibus ſolidis agminatim ingeſtis,aut amy
gdalis contuſis, & in forma teſtuacij in clybano coctis,
qui Martij panes,uel Mazapanes dici poſſunt,ut inquit Martij panes.
Hermolaus in quadam epiſtola ad Cardinalem Senẽſem, Mazapanes.
Nam μάζα modo panis offa, modo libum, placentaue, Μάζα.
de qua Athenæus.Martios autem ab inuẽtore paſtillos,
ut Martianum unguentum in medicina legimus. Hos ini
tio prandij conuiuis apponunt potentiorum ſtructores,
cum cruſtulis ſæpicule mellitis,hamis,iunculis,lacertu-
lis (quæ forſitan Brachiolæ) & id genus ſcitamentis, Brachiolæ.
ut uerbis utar Apuleianis,quorum concinnatores piſto Cruſtularij & Dulciarij piſtores.
res Dulciarij,Cruſtularijq; dicentur.

VINVM.

Vini commoda.

VInum, humanis corporibus gratiſsimus liquor, modice ſumptum non officit ſtomacho, non cerebro, ſed digeſtionem adiuuat, uires alit, appetentiam ciborum inuitat, ſanguinem, coloremq́; hominũ iuuat, triſtitiæ curam hebetat: unde Bacchum, teſte Seneca de uitæ tranquillitate, Liberum dixerunt, quòd animũ à ſeruitio curarum liberet. Algorem expellit, ſomnumq́; conciliat. Hinc Aſclepiades medicus utilitatem uini æquari uix potẽtia deorũ poſſe pronũciare nõ dubitauit. At copioſius hauſtum caput turbat, & ſtomachũ lædit. unde Plinius: Prorſus inquit, ut iure dici poſsit neq; uiribus corporis utilius aliud, neque alıud uoluptatibus pernicioſius, ſi modus abſit. Hinc ſcatet ebrietatis libido portentoſa, pallor, genæ pendulæ, oculorum ulcera, tremulæ manus effundentes plena uaſa, & quæ ſi pœna præſens: furiales ſomni, & inquies nocturna: hinc ex ore halitus fœtidi, hinc rerũ omniũ obliuio, morsq́; memoriæ. Nam uapore cerebrũ debilitat, membra remollit. Vnde pueris & nutricibus non eſſe dãdum monet Ariſtoteles in libro de ſomno & uigilia. Et Auicẽnas: Vinum pueris inquit, dare, eſt ignẽ igni addere lignis debilibus. Seneca ad Lucilium: Epulæ cruditates afferũt, ebrietates neruorum torporem, tremoreq́;, & libidines, pedum, manuũ, articulorumq́; omnium deprauationes. Propertius elegiarum ſecundo, ut hæc quoq; tranſeunter referam:

Liber bacchus.

Vini incommoda.

Vino forma perit, uino corrumpitur ætas.
Vino ſæpe ſuum neſcit amica uirum.

Apoſtolus v. ad Epheſios: Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria. Iam prius dictũ fuerat à Solomone Pro=

uerbiorum xx. Luxurioſa res uinum, & tumultuoſa ebrietas. At in decretis pontificalibus xxxv. diſtinctio. Luxuriæ fomentum & incentiuum eſſe uinum legimus. Inde non eſt quod miremur, ſi Romæ, & in Latio fœminis uinum bibere longo tempore non licuit. Inuenimus in Hiſtorijs Egnatij, Metelli uxorem, quòd uinum bibiſſet è dolio, interfectam fuiſſe à marito, eumq; cedis à Romulo abſolutum. Et Fabius Maximus in Annalibus ſcripſit matronaum, quòd loculos, in quibus erant claues cellæ uinariæ, reſignauiſſet, à ſuis inedia mori coactam. Ex hoc inſtitutum eſt propinquos fœminis oſculum dare, ut ſcirent an temetum bibiſſent (hoc tum uino nomen erat, unde abſtemius & temulentia deducta.) Quæcūq; enim mulier (ut uere & catholice refert Valerius Maximus) immoderate uinum appetit, uirtutibus ianuam claudit, & uicijs aperit. Aegyptijs quoque regibus certa erat ſtatuta uini potandi menſura, qua neque ſarciri uenter, neque inebriari poſſet. Nam regibus (ut eſt in prouerbijs Solomonicis) uinum minime dandū eſt, quia nihil ſecretū ubi regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliuiſcantur iudiciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis. Vnde dictitant Romulum ad cœnam uocatum, nō multum bibiſſe, quia poſtridie negocium habebat. Monet Plato in tertio de republica, à uini temulentia abſtinere debere ciuitatum gubernatores, ne cuſtode cuſtos indigeat. Sapientis uiri ſuper mēſam celebre dictum eſt: Prima cratera pertinet ad ſitim, ſecūda ad hilaritatem, tertia ad uoluptatē, quarta ad inſaniā: hinc Ebrietatem eſſe furoris uoluntariam ſpeciem Catoniana ſententia diffiniuit. Per eam & ſenſu & mente excedimus, ut eſt

Fomentum ueneris uinum.

Temetum. Abſtemius. Temulentia.

Vinum regibus non dādum.

Celebre dictū.

Ebrietas.

apud Dionyſiũ Areopagiten. *feſtiuiter* Plautus: *Vinum luctactor eſt doloſus, pedes captat primum. Satis notum eſt* Archeſilaũ *philoſophum cum uinum immodice hauſiſſet, obijſſe ætatis anno ſeptuageſimoquinto: quia uini copia naturalem uiuificamq; uirtutem caliditate ſuffocat: in his præcipue, qui inſitum calorem exiguum atq; imbecillum poßident. Sed incredibile quod ſequitur, ab Ariſtotele tamen* Hiſtoriæ *animalium ſexto traditum. Siracuſis potator quidam egregius, ouis ſub ſtoria poſitis, in terra tamdiu potabat, donec oua æderent fœtum.*

Dilutũ & Merum uinum. *Cum autem purum in cœnis uinum dabatur, omnes deũ ſoſpitem optabant bibenti: cum poſt cœnam dilutum, id eſt, aqua mixtum (quod Staphylus Scyteni filius primus inſtituit) ſumebant,* Iouem *uocarunt ſaluatorem: nam uini puri (quod merum eſt) potus ad inſaniam redigit, aqua* Iouis *mixtus uoluptatem lætitiamq; affert, & prohibet inſaniam, ut author eſt* Diodorus *in.* v. *Bibliothecæ, Meracis quidem uti potionibus per xx. dies ante canis ortum, totidemq; poſtea, ſuadet Heſiodus.*

οἶνος. Vinum *ipſum Græci* οἶνον *appellant: inde œnophorum (ut gaſterium, à gaſter, & baucalium) ex argilla, lino, ſtanno, uel argento uaſculum ad ferenda uina idoneum.*

Oenophoron. *Apuleius* Metamor. vij: Oenophoro *quod immixtum uino gerebat uenenum. &* οἰνοπώλης *uenditor uini, qui ſolet aduentoribus ſuis meracius uinum exhibere: ac*

οἰνοπώλης. οἰνοπώλιον *taberna uinaria. Præter panem & uinum cætera ut edendi irritamenta quædam reperta, non per uſum uitæ neceſſarium, ſed per luxum animi parata, obſonia dicuntur.* Iuuenalis:

Nec tamen his ulla obſonia fiunt Randicula.

Hinc Thucydides Hiſto. primo narrat, Artaxerxem Themiſtocli dono dediſſe Magneſiam ob panem, Lāpſacum ob uinum, Myuntem ob obſonium. Dicere ſolitus fuerat Alexander famem optimum fore obſonium. Cæterum cum uaſa, à Græcis, quæ dicuntur βαυκάλια, latice implentur, ſonum, ut inquit Aphrodiſæus, ædunt ſibi proprium, à quo & uaſis nomē eſt factum, uelut alia apud Græcos nomina ſonorum factitia, ueluti in aqua φλοῖσϐος, & in alueo βορϐορυγμός. φλοῖσϐος. βορϐορυγμός.

LANCES.

Lances ſunt uaſa lata & rotūda, quibus caro tam toſta quàm elixa, cæteraq; edulia condiuntur mēſæq; inferuntur. Horatius in Satyricis ſermonibus:

Iligna nutritus glande rotundas
Curuat aper lances.

Apud Martialem commendantur Chryſendatæ, ex auro cum fierent, ut nunc etiam ex argento Argyrendatæ. Et quoniam elixæ toſtæq; carnis mentionem fecimus, eduliorum rationem ex M. Varronis ſententia aperire non indecēs fore duximus. Primum maiores noſtri aſſam carnem comederunt, elixam poſtea, mox è iure conditam ac perinde iucundiorem, quod genus Cornelius Celſus Iurulentum appellat his uerbis: Tum res eadem magis alit iurulenta quàm aſſa, magis aſſa quàm frixa: Vnde in libris linguæ latinæ: Vbi pultem aut iurulenti quid ponebant à capiendo Catinum nominarunt. Apuleius autem Iuſſulentum formauit in Apologia magiæ ſic de Ennio ſcribens: Oſtendit qualiter aſſus aut iuſſulentus optime ſapiat: nec tamen ab eruditis reprehenditur. Tribus itaq; nominibus diſtinguebatur, Chryſendatæ. Argyrendatæ lances. Eduliorum ratio. Iurulentum. Catinum. Iuſſulentum.

Aſſum. Elixum. Frixum. *aſſo,elixo,& iurulento,quibus frixum additum. Caro*
autem eſt cibus præ cæteris corpus nutriens, authore
Caro. *Celſo,ut propinquioris conuerſionis ad ſanguinem.Sic-*
cioris nutrimenti eſt frixa & toſta: humidioris elixa,
pinguis malæ alimoniæ & paucula cibum ſubleuans.
Salita quoq; corpus extenuans,teſte Theodoro Priſcia-
no,non probatur.Melior eſt autem omnis oſſibus pro-
xima & digeſtibilior:ut eſt apud Auicennam. Veſcun-
ὠμοφάγοι. *tur & populi Aetholorum carne cruda,qui ὠμοφάγοι*
inde dicũtur, ut refert Thucydides Hiſto.tertio. Inter lã
ces uerò habẽtur tympana à forma. Filicatæ ad ſpeciem
Filicatæ. Clematæræ. *herbæ filicis cælatæ: Clematæræ quaſi pãpinatæ,ut He*
Hederatæ. *deratæ, Corymbiatæ, ab hederis, pampinis, Corymbis*
Corymbiatæ lã ces. *(ut uidemus) inſculptis.Ariſtophorum,Mazonomum,*
Ariſtophorum. Mazonomum. *Diſcus,& Magidæ à coquina fortaſſe, de quibus memi-*
Diſcus. *nerunt Plinius,Acron,Pompeius,Horatius,M.Var. Fe-*
Magidæ. *neſtella & alij.Apuleius: Cœnarũ reliquijs diſcus orna-*
tus.Hierony.Abachuc,Danieli portantem in diſco pran
Diſcophorus. *dium eleganter Diſcophorum appellauit.Catinus quoq;*
Catinus. *inter lances numeratur.Perſius:*

Poſitum eſt algente catino Durum olus.

Horatius: Inde domum

Ad porri & ciceris refero laganiq; catinum.

Lagana. *Lagana autem, ut ſentit Acron: ſunt quædam quaſi*
membranulæ ex farina & aqua,quæ iure pingui coctæ,
& caſeo, pipere, croco, cinnamomoq; conditæ, in cibis
non iniucundæ panticoſo noſtro uidentur.His ferè ſimi-
Paſtilli. Globuli. *les ſunt,niſi quòd criſpuli & craſſiores, ex aqua & fa-*
Circuli. *rina Paſtilli:Globuli à quibuſdam,Circuli etiam:& ma*
Lixulæ. Semiluxulæ. *gis incondite facti, Lixulæ & Semiluxulæ nuncupati,*

qui

qui elixi caſeo, aromatis & butyro condiuntur. Sed uide ne apud Horatium Lachani *legendum ſit, cum Græci* λάχανον *olus: unde* λαχανοπώλιον *locus ubi olera uenduntur, nominauerint.* Eundem & Paropſidem *dicere poſſumus.* Hinc *in cœna domini, quæ* Matthæi.xxvj. *paropſis.* Marci.xv. *catinus uocatur. Suetonius in* Galba: λάχανον. Λαχανοπώλιον. Paropſis.
Ordinato quidem diſpenſatori breuiarium rationum offerenti, Paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe. Sunt & Gabatæ uaſa concaua edulijs pulmentarijsq; aptiſsima. Epigrammatarius Poëta in ſeptimo: Gabatæ.

Tranſcurrunt gabatæ uolantq; lances. Et in nono:
Sic implet gabatas paropſidesq;.

Eſt promulcidarium, à promulcide condimento. Eſt boletaria, ſeruiens boletis, uoluptario (ut inquit Seneca) ueneno, unde eſt: Promulcidariũ. Boletaria.

Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen
Prototomis (pudet heu) ſeruio colliculis.

Pultaria à pulte illa antiquorum nomen adepta. Pultaria.

SCVTELLA.

Scutella à nobis id circinatæ rotunditatis uaſculum dicitur, quo minutal ex carne, uel oleribus Lymoniacæ ſcitiſsimi ſaporis pulmẽtum, iuſcula, intinctus, & cætera id genus condimenta per dapiferos exhibentur. Eſt autem Iuſcum ſiue Iuſculum, ius: quibus uocabulis utuntur M. Cato, Apitius, & Apuleius: *hinc iuſcula cibaria liquidiora uocitamus, quæ conſtant uitellis ouorũ, omphacio, iure pingui, croco & cinnamo. Hæc crocea ſunt: uiridia ſi uolueris croci loco betas, & petroſelini modicum contunde, & per ſetaceum tranſmitte. Scutella* Minutal. Iuſcum. Iuſculum.

ipſa à ſcutulis, ut quidam credidere nomen mutuatur.
Scutulæ. *Sunt enim ſcutulæ rotundæ formæ quales aranea contexit.* Plinius *undecimo de araneis: Quanta arte cælant pedicas ſcutulato rete ad capiendas muſcas circa graſſantes: & ſcutulata ueſtis à* Iuuenale *à ſcutulis nuncupatur, quibus diuidere ueſtes gallia docuit.* Scutulam *item pro uaſe ponit* Martialis *in undecimo:*
Scutulata ueſtis.

Et leues ſcutulas cauasq́; lances.

Hinc ſcutella. Cicero *in* Tuſcul. *quæſtion.* Demus *ſcutellam, dulciculæ potionis aliquid prouideamus.* Alij *ſcutellam à ſcutra uaſis genere deducunt: ſicut à mitra mitellam.* Ad *iuſcula autem & pulmenta liquidiora in menſa cochlearibus præſertim orichalceis uel argenteis utimur, quæ à cochleis nomen traxerunt: unde* Epigrammatarius *poëta in* Apophoretis:
Scutra.
Cochlearia.

Sum cochleis habilis, ſed non minus utilis ouis,
Nunquid *ſcis potius cur cochleare uocer?*

Sed è ligno etiam ad uſus coquinarios & plurium offiicinarum cauantur. His *non multum diſsimiles* Lingulæ, *de quibus idem* Martialis:
Lingulæ.

Q*uamuis me* Ligulam *dicant equitesq́; patresq́;,*
Dicor *ab indoctis* Lingula *grammaticis.*

Sic dictæ quòd in linguæ ſpeciem factæ ſint, ueluti & lingulæ gladioli oblongi, ut ſcribit Gellius.

EPVLAE.

Epulum. E*Pulæ cibi miniſtrio hominum in noſtrum uſum comparati.* Epulum *uerò publicum conuiuium dicitur, quale ſæpius* Imperatores *populo dediſſe legimus, adiecta interdum ex carne cruda, uiſceratione.* Epulæ *ipſæ & condimenta tam multijuga ex ſapidiſsimis ſuccum*
Viſceratio.

nutrimentis uapore in unum ſaporem redacta, de quibus multa ſunt apud Apicium, *&* Platinam, *qui paulò ante noſtram ætatē ſcripſit.* Carnes, *& id genus reliqua priori menſæ conueniunt, cum in ſecunda ponantur, caſeus, pira, nuces, poma, uuæ, ficus, & mellita, ſaccaroue intecta, holoſaccareaq́; compluria pro locorum, temporum, & rei familiaris conditione.* Horatius *in ſermonibus:* Menſa ſecũda.

Tunc penſilis uua ſecundas
Et nux ornabat menſas cum duplice ficu.

Martialis:

Menſæ munera ſi uoles ſecundæ
Marcentes tibi porrigentur uuæ.
Et nomen pira quæ ferunt ſyrorum,

De his igitur quia locus id exigere uidetur, paucula dicemus: ſatis in hoc, ut in cæteris ferè omnibus, ſit me tibi indicare ſcriptores, cādidiſſime lector, quos adire poſſis, ſi quid copioſius noſſe deſideraueris. Primi autem Iones ſecundæ menſæ ponendæ, unguenti, coronarum in cōuiuio dandarum conſuetudinem, haud parua irritamenta luxuriæ, introduxerunt. Nam ueteres, & Græci comprimis, coronas in ſympoſijs & conuiuijs geſtauerunt, infundebantq́; poculis, & hilaritatis gratia bibebant, ut exemplo Cleopatræ, & Marci Antonij ſatis conſtat, quæ cum illo luſit extremis coronæ floribus ueneno infectis, author Plinius. Sed præceptum Epicteti in Enchiridio, ut optimum, cuſtodiendum eſt: Quod, inquit, ad corpus attinet, ad purum uſque uſum ſume, uelut cibum, potum, ueſtem, domum: quod autem ad gulam aut delicias pertinet: penitus circumſcribe.

BELLARIA.

Τραγήματα. πέμματα.

BEllaria ſignificant ſecundæ menſæ omne genus cibi: nam quæ τραγήματα Græci aut πέμματα, ea ueteres noſtri Bellaria appellauere, ut refert Aulus Gellius. Vnde Macrobius in ſaturn. Adhuc dicente Furio, ſecundæ menſæ illata bellaria nouo ſermoni principium dederunt. Symmachus enim attrectans manu nuces: Vellem, inquit ex te audire Serui, tanta nucibus nomina, quæ cauſa uel origo uariauerit, aut unde tot mala cum hac una appellatione uocitantur. Et Marcus Varro ex ſatyris menippeis: Bellaria ea maximè ſunt mellita, quæ mellita non ſunt. πέμμασι, ideſt, placentis, & bellarijs enim cum πέψει, ideſt, cum concoctione ſocietas infida. Vina quoque dulciora hoc nomine ſignata ſunt: dicta ea Liberi bellaria. Cur autem edenda ſint tragemata, & ſecundarum menſarum conſuetudo fuerit introducta, quærens Ariſtoteles in Problema. Vt ſatis, inquit, bibamus: non enim ſitis gratia ſolum, quæ per menſam primam nos teneat bibendum, ſed etiam poſt hauſiſſe aliquid iuuat.

NVCES.

Nucleus.

NVces dicuntur quæ foris duro teguntur, & intus habent quod eſui eſt: Nucleum uocant. Plautus in Gurg. qui è nuce nucleum eſſe uult, frangit nucem. Eſt

Nux iuglans.

nux iuglans à iuuando & glande, uel potius quaſi Iouis glans: nam id genus arboris nuces habet ſuauioris ſaporis, quàm glans. Author Macrobius in ſaturn. de illa hæc Plinius: Solum hoc pomum natura compactili operimenti clauſit: nanque ſunt bifidæ putaminum carinæ, nucleorumq; illis quadripartita diſtinctio, lignea intercurſante

membrana,quæ eſt nauci.Nucem ipſam Baſilicam *Græ=* Baſilica nux.
*ci dixere.*Recens *iucundior eſt, ut ſcribit* Auicennas*:ſic=*
ca unguinoſior,ſtomacho inutilis,difficilis cõcoctu, tuſ=
ſientibus inimica, & capiti, cui dolorem ſuſcitat. Vnde
Græci κάρυον*, id pomum uocitant, à quo* Carynum *o=* κάρυον.
leum,de quo diximus, καρύοπον *nucis ſuccus.*Plinius*:* Carynum.
Nuces*,inquit, iuglandes, Græci à capitis grauedine ap=* καρύοπον.
pellauere.Eſt põtica nux,quæ auellana ab oppido Cam= Pontica nux.
paniæ ubi copioſior,cæteris minor eſt:hinc à poëta ſaty= Nux auellana & minima.
*rographo minima nux uocata.*Pontica *autem à* Ponto *re*
*gione.*Plinius *: In* Aſiam Græciamq́; *è* Ponto *uenere, &*
ideo ponticæ nuces dicuntur. Præneſtina *eadem nux à lo* Præneſtina.
co,Præneſtinos populos,inquit Pompeius*,antiqui nucu=* Nuculæ.
las nominarunt, quòd in eorum regione plurima nux
minuta naſceretur : hanc Corylus *arbor producit, de* Corylus.
qua Vergilius*:*
Hic inter denſas Corylos.

Nuces *ipſæ auellanæ dolorem capitis faciunt, infla=*
tionemq́; ſtomachi, tardæ digeſtionis, pinguedini corpo=
ris conferunt pluſquàm ſit ueriſimile.Et ut teſtatur Aui=
cennas *in ſecũdo ex authoritate* Hippocratis*, in cerebro*
faciunt augmentum.Hinc ipſe exiſtimauerim commenda
ri illas ad uenerem,cum ſperma,ideſt, ſemen genitale è ce Sperma.
rebro per ſpinam deſcendere uideatur,ut Ariſto.*in* Pro=
blema. Alcinous & Trimegiſtus *tradidere. Quod quidẽ*
è maribus (ut πάρεργα *more pictorum excurramus)*
ita ſe habet ad menſtruorum naturam , ut coagulum ad
lac : contrahit enim & conſtituit materiam excremen=
tumq́; à fœmina præbitum,quod Plin. Lactan. Hippocra
tes *etiam tenuere. Hinc mater, à materia quam exhibet,* Mater.

Μύτης. *niſi potius à Græco μύτης:nam medici ſunt, qui & uim quandam efficientem ineſſe fœminis in conceptu uoluerunt.Eſt Græca nux,quæ & Amygdala & Thaſia. Pli. in xv. Tertia,inqt,ab his,natura eſt amygdalis, tenuiore ſed ſimili iuglandium ſummo operimento.Item ſecundo,Putaminis nucleus diſſimilis latitudine & acriore callo.Arbor ipſa an fuerit in Italia Catonis ætate dubitatur: quoniam Græcas nominat, quas quidam & in iuglandiũ genere ſeruant. Boni ſunt nutrimenti: uerum pauculi, corpus pinguiuſculum reddũt,aciem oculorum acuunt, ſplenis opilationibus,& epatis tuſſiq; antiquæ conferentes,ut eſt apud Auicennam. Eſt pinea nux nucleis refertiſſima,arbor ipſa Cybeli dicata,ut ſcribit Seruius ob copiam,quæ in India eſt,illi ſacra:Seneca in Troade:*

Amygdala.

Pinea.

Secuitq; fretum pinus matri ſacra Cybeli.

Et apud Martialem in Xenijs nuces pineæ poma Cybelis eſſe fatentur:quarum genera à Plinio numerantur, horum eſt quod Apinum uocant,nucleorum cute uerius quàm putamine,adeò molli ut ſimul mandatur: inde res tenues Apinæ dictæ.Martialis:

Apinæ.

Sunt apinæ tricæq;,& ſi quid uilius iſtis.

Nuclei autem pinei,amygdalæ,auellanæ,& nonulla alia ueluti ſunt,Coriandri,peponum,aniſiq; ſemina, & cinama ſaccaro tecta, in bellaria & meliora & menſis diuitum aptiora rediguntur. Nucleum pineum Gal. & iureconſulti & omnis ſchola eruditorum uocat ſtrobylum,Græci etiam κωκκάλιον.Eſt Heracleotica nux,quæ caſtanea echinato tegmine Sardibus primum prouenit: ideo apud Græcos ſardianus balanus appellatur. Diuus Tyberius poſtea balani nomen impoſuit excellẽtioribus

Strobilus.

Κωκκάλιον.

Heracleotica nux.

Balanus.

ſatu factis.Laudatiſſimæ caſtaneæ Tarentinæ,*& in Cam pania* Neapolitanæ.Martialis:

Et quas docta Neapolis *creauit,*
Lento caſtaneæ uapore toſtæ.

Boni ſunt alimenti, uerum inflationem inducunt, & tardiuſculæ digeruntur: ut Auicennas *&* Dioſcorides *te ſtantur.Sunt & Piſtacia, quæ auellanis ferè ſimilia inter nucum genera numerantur. Plinius in xij. Syria præter hanc peculiares habet arbores,in nucum genere piſtacia nota.*L.Vitellius *in* Italiam *primus detulit,ſimulq́; in* Hiſpaniam Flaccus Pompeius *eques* Romanus*, qui cum eo militabat.Thoraci conferentia, pulmonem purgare creduntur.Ferunt autem nuciferæ arbores quædam, ut corylus,iuglans,& caſtaneæ,Iulos ſuos, hoc eſt, lanugines ad nihil utiles. Sunt hi non flores proprie, ſed qui antecedant,ut in fico groſſuli.* Piſtacia. Iuli. Groſſuli.

MALA.

M*Ala poma dicuntur,quæ tenui cortice ut mandi etiam poſſit obducta,eſui ſunt: licet duriore inter ea ſint tantum granata:nam compluria uidemus genera, apiana, rubiginoſa,* Deciana, Septiana *rotunda,* Petiſia *paruula,ſed odoris eximij.* Roſea *omnibus nota, & Paradiſea quòd in omnibus paradiſis,ideſt,hortis inſeri debeant, ſi non primas, ſaltem ſecundas partes inter mala ſibi uendicantia,& odoris & ſaporis ſuauitate.A pomis* Pomona *dea.hinc* Pomonalis *flamen.Poma autem ipſa quòd potu indigeant.* Nam *inſitis aquam addi ſiccitatibus oportet,ut interpretatur* Marcus Varro *rei ruſticæ primo:ſiue quòd uicem potus in cibis præbeant. Seruantur per hyemē loco frigido & ſicco contabulato:* Roſea. Paradiſea. Pomona. Poma.

Pomarium. Plinius Pomarium uocat, cū ſit aliâs conſitus pomis locus. At ubi tam mala quàm pyra, & cæteri fructus autumnales habentur, ὀπωροθήκην Græci dixerunt. Nam ὀπώρα fructus autumnales, & θήκη repoſitorium nuncupatur. M. Varro: In oporotheca mala manere putant ſatis commode. Subſternendæ ſunt, raris tamen compoſitis, paleæ, uel ſtoriæ, quæ tegetes, aut ſtramenta. Colligenda poſt æquinoctium autumnale, neque ante .xvj. lunam, neque ante primam horam, & caducis, à cæteris manu lectis, ſeiugatis, ſunt reponenda loco perflatili, Ad Aquilonem feneſtras habente.

Ὀπωροθήκα.

Storiæ.

Mala colligēda.

CITREA.

Citrea mala odoratiſsima, ut ſcribit Oppius, in Perſide omni tempore generantur. Alia enim præcarpuntur, alia interim matureſcunt: unde Martialis in Xenijs:

Aut corcyræi ſunt hæc de frondibus horti,
Aut hæc maſsili poma draconis erant.

Citroſa ueſtis. Interiecta ueſtibus tineas arcere creduntur, inde ueſtis citroſa. Feſtus tamen aliter ueſtem citroſam interpretatus eſt. Auicenna quoq; citri corticem aduerſus tineas ueſtibus interponendum præcipit. De citreis autem malis (quæ quandoque Cedria) & Medicis (quæ uulgò, ut quidam tradidere, Narancia uocantur) eadem ferè dici poſſunt, quantum ad pomi naturam, & magis menſæ priori conueniūt: nam cum carnibus toſtis, ut etiam oliuæ ponuntur, niſi fuerint melle condita.

Medica & Narancia poma.

APYRINA.

Apyrina mala dicuntur punica ſiue granata, quibus lignoſus nucleus abeſt, ſed candidior his na-

tura & blandiores acini minuſq; amari & membranis diſtincti. Seneca ad Lucil. Sic imperturbatus ſapiens dicitur quomodo apyrina dicuntur, non quibus nulla duritia eſt granorum, ſed quibus minor. Punica autem à regione nomen ſibi uendicant. Ruffus Feſtus: Punica mala.

Lybica rate miſit agellus,
Punica mala tibi tyrrhenum uecta per equor.

Horum membrana tenuis, grana, à quibus granata, diuidēs Cicus appellatur. Putamē Malicoriū, quo perficiuntur coria, ut ſcribit Plinius, in xxiiij. At flos balauſtium & medicinæ idoneus, & tingēdis ueſtibus, quarū color inde nomen accepit. è granis autem preßis uinum educitur, quod Græci ῥοΐκον nominarunt. Granata. Cicus. Malicorium. Balauſtium. ῥοΐκον.

CYDONIA.

Cydonia, poma cotonea, à Cydone oppido Cretæ, quod Samij, teſte Herodoto, cōdidere, nomē mutuātur. Plinius: His proxima amplitudine mala, quæ uocamus Cotonea, & Græci Cydonia ex Creta inſula aduecta. Serenus: Cotonea mala.

Aut quæ poma cydon creteis miſit ab oris.

Tria eorum ſunt genera: ut refert Columella, quorū chryſomela inciſuris diſtincta colore ad aurum inclinato: unde & nomen adepta: Strutea quæ minora odoratius uibrant ſerotino prouentu. Muſtea uerò præcocia, quæ nunc Mellimella, ut tradit Varro, à mellis, ut opinor ſapore. Martialis: Chryſomela. Strutea. Muſtea. Mellimella.

Dulcibus aut certant mellimella fauis.

Neoterici nana mala ex arboris breuitate nuncuparunt. Nā Græci νάνος breuis corporis homines uocāt. Latini pumilios & pumiliones, qui nūc in delitijs princi Nana mala. Νάνοι. Pumilij & Pumiliones.

pum. Fiunt, *ſi habuerint* Horoſcopum *in quarto gradu ſcorpij, ut inquit* Iulius Firmicus *in octauo.* Poſui *ipſe in hortis meis huius pomi frequentes arbuſculas, admiratus naturam, quòd non ſolum gallinulas, caballulos, mulas pumilias, & homunciones, ſed etiam inter arbores nanorum genera produxerit.* Hinc *legimus* Chameplatanos, *Chamedaphnes, & quaſdam alias breuitate ſpectabiles. Sunt præterea ſylueſtria è ſtruteis parua odoratißima in ſepibus naſcentia.* Cydonia *ſtiptica ſunt: hinc dyſentericis & cœliacis (ut Auicennas &* Dioſcorides *teſtantur) impendio conferunt. ad hoc condimentum fit in ſaccaro decoctis.* Non *improbatur etiam in melle inter bellaria iucundißima ſaporis, additis aromatibus, &* Moſcho *odorato præcipue,*

Moſchus. Cydonites. Cotonneatum.

quo ualidiores utuntur: antiqui Cydonitem, neoterici cotonneatum appellant, cuius confectionem docet Galenus *in pharmaceuticis.*

PRVNA.

Damaſcena. Armeniaca. Amygdalina poma. Malina.

PRunorum *multa uariaq; ſunt genera, quorum imprimis laudantur tria, damaſcena, amygdalina & armeniaca. de quibus hæc* Plinius: Necnon *ab externa gante armeniaca, quæ ſola & odore commendantur.* Et *paulò poſt:* Nuper *in betica* Malina *appellari cœperunt malis inſita; & alia amygdalina amygdalis: his intus in ligno nucleus amygdalæ eſt, nec aliud pomum ingenioſius geminatum eſt in peregrinis arboribus. dicta ſunt damaſcena, à Syriæ* Damaſco *cognominata, iampridem in* Italia *naſcentia, grandiore quanquam ligno, & exiliore carne.* De *his* Serenus:

Prunaq; *conueniunt quæ mittit clara damaſcus:*

Et Martialis in Xenijs:

Pruna peregrinæ carie rugoſa ſenectæ
Sume, ſolent duri ſoluere uentris onus.

Nam ut ſcribit Auicen. *ſoluunt uentrem, ſecundum Galenum improbantem* Dioſcoridē, *qui pruna ex* Damaſco *Syriæ ſicca* εὐϛόμαχα *eſſe dixit, & uentrem cōtinere. Pruna tamen omnia, ut etiam uuæ, ficus uirides, mora, & ceraſa uentrem lubricantia initio prandij inter prima potius eſſe comedenda medici tradidere.*

PERSICA.

PErſica dicta, quòd è Perſide fuerint aducta. Duracina præ cæteris in precio ſunt, his corpus ligno adhæret, auelliq; nequit, cū in reliquis facile ſeparetur. Duracina.
Plinius in. xv. *Sed Perſicorum palma duracinis.* Natio=*num habent cognomen* Gallica, & Aſiatica. *Poſt autumnū matureſcunt, æſtate præcocia intra* xxx. *annos reperta, & primo denarijs ſingulis uenundata. & mox: Pomum innocuum expetitur ægris, preciumq; ſingulis iam triceni nummi fuere, nullius maiore. Eſt et nitidioris corticis, quod nuciperſicum uocant. Decipiuntur profecto medici noſtri temporis, & quicūq; illis aſtipulātur, exiſtimātes Perſicorum generi armeniaca adſcribenda: de quibus paulò ante ex authoritate Plinij ſubtiliſſimi naturæ rerum indagatoris diximus.* Perſica Gallica & Aſiatica. Nuciperſicū.

CERASA.

CEraſa à L. Lucullo primum in Italiam aducta ſunt è Ponto. *Plinius: Ceraſi ante uictoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. At urbis anno ſexcenteſimo octogeſimo, is primum uexit è ponto, annisq; centum* xxx. *trans oceanum in Britanniam* xx. habet Plin. lib. 15. cap. 25.

uſq; peruenere. Diuus Hieronymus ad Marcellam: Accepimus & caniſtrum ceraſis refertum talibus, & tam uirginali uerecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata exiſtimarem: ſiquidem hoc genus pomi Ponte & Armenia ſubiugatis de Ceraſunto primus Romam pertulit: unde & de patria arbor nomen accepit. Principatum obtinent Duracina: quæ Pliniana Cāpani uocarunt: ſunt & Aproniana quæ maxime rubent. Actia nigerrima, & Iuliana tenerrima, adeò ut geſtatum nō tolerent. Ceraſa omnia aluum molliunt, ſtomacho inutilia, id autem magis præſtare creduntur dulcia. Nam auſtera, quæ Merena dicuntur triuialiter, uentrem aſtringunt, ſtomachum cōfirmantia, & præſertim ſole ſiccata, quæ & ſitim tollunt, & appetitum prouocant.

Pliniana. Duracina. Aproniana. Actia. Iuliana. Ceraſa. Merena.

ZIZIPHA.

Cap.14. Zizipha, baccis, ueluti Corna, ſimiliora quàm malis, creat arbor Ziziphus. Plinius in xv. Aequè peregrina ſunt Zizipha & Tuberes, quæ & ipſa non pridem uenere in Italiam, hæc ex Africa, illa ex Syria. Sex. Papinius, quem conſulem uidimus, primus utraq; attulit Diui Auguſti nouiſsimis temporibus in caſtrorū aggeribus ſata. Zizipha recens recta, & guttis uini ueteris conſperſa, rugis non deformantur: Tuberes ex arbore legūtur: at tubera ex tellure ſues eruūt roſtro, quæ ſine radice terra undiq; circundata, nec utiq; loco extuberante, aut rimam agente, inter ſicca & ſabuloſa fruticeta naſcuntur, nihil aliud quàm terræ callus appellanda. Optima per uer, & tonitribus frequentiora, uenerem emortuam ſuſcitare dicuntur.

Tuberes. Tubera.

MORA.

MOra in arboribus & in rubis naſcuntur. Poſt prandiū ſumpta per æſtatem ſanitati plurimū conferre exiſtimauit Cacius Horatianus in Sermo.

Ille ſalubres
Aeſtates qui peraget per nigris prandia moris.
Finiet ante grauem quæ legerit arbore ſolem.

Quæ in herbis humi naſcuntur fraga uocantur. Plinius: Aliud corpus & terreſtribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni, quod ſolum pomū ſimile fructui terræ gignitur. Et Poëta: Fraga.

Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga.

Herba ipſa à Latinis quinquefolium, à Græcis πεντάφυλλον dicitur: ego tamen aliam exiſtimauerim. Moris trini colores, candidus primo, mox rubens, maturis ſanguineus, ex cruore amantū Pyrami & Thisbes, ut fabulātur: nā ſunt & mora etiam per maturitatem candicātia. In nouißimis florent mora celſi, atq; inter prima matureſcunt. Folijs cibantur bombices uermiculi, quos ad ſtamina ſericia nutricamus: at rubi mora ſapiētiæ cōferre antiqui crediderunt, ut Dioſco. ſcriptum reliquit. Quinquefoliū.

MESPILA.

MEſpila, M. Catonis ætate, non fuere in Italia, acerba dentibus nocent, matura aluum ſiſtūt, aſtringunq; ſtomachū, exceptis ſetanijs, quæ malo propiorem uim habent. Vnde eſt:

Nec me maturo, nec me ueſcaris acerbo,
Ne illic, ſed taceo, dentibus hic noceam.

Eſt eorum genus quod Antedon, minus eſt pomo, ſed odore præſtantius, & quod diu ſeruetur. Antedon.

SORBA.

Sorba genera habent quatuor, rotunda, turbinata ut pirum, ſpecie ouata ceu malorum aliquibus. Hæc obnoxia iecori. Odore & ſuauitatæ rotundæ præcellũt.

Torminale. Quartum genus Torminale uocant, remedio tantũ probabile, unde nomen: aßiduum prouentu, minimumq́; pomo. Generoſißima uerò omnium, quibus circa pediculos tenera folia. Pediculi ipſi ſiue pedioli in fungis pomis, & id genus cæteris dicuntur, quibus è ramalibus pendent, terræ adhærent & appenduntur. Sorba recentia ſtomacho & aluo citæ proſunt: ſicca aluo ſiſtunt, & aſtringunt ſtomachum. Martialis in Xenijs:

Pediculi. Pedioli.

Plin. lib. 23. c. 7.

Sorba ſumus molles nimium durantia uentres,
Aptius hæc puero, quàm tibi poma dabis.

PYRA.

Pyra uirtutis ſtipticæ ſunt, & fungis concocta malitiã adimunt. Eorum plura ſunt genera: Lolliana, Orbiculana, Snperba quæ nũc Muſcatella, Signina quæ alij à colore Teſtacea: Volema, Fauoniana, Cruſtumina, Glatiola, Myrapia, Laurea, Nardina ab odore, Coriolana, & Tyberiana autumnalia acidulo ſapore iucunda, quæ grandia & ſole colorata Tyberio principi maxime placuerunt. Ac pleraq; alia quorum meminere Plinius & Macrobius. Inter hæc eſt quoddam Sementinum à ſemente, cuius tempore matureſcit. Fiũt è ſylueſtribus mitiora, ueluti poma quoq; per adoptionem, ſurculi inciſione, cuius ſunt inoculatio, & emplaſtratio. Pyra autem & fructus omnes improbãtur in omnibus, niſi exercitatis labore, cholera rubra abundãtibus, & tunc quoque, niſi in æſtate ante epulas comederint: aptißimos

Superba pyra. Signina. Cruſtumina. Glatiola. Myrapia. Laurea pyra. Tyberiana pyra. Sementinum.

nanq; reddunt homines ad febrium ardores, ſtomachum prius calore priuantes, ut eſt apud Auicennam.

CARYOTA.

Caryotæ, ſiue Caryotides, quas Apitius Dactylos, ut nunc, appellat: è palmis naſcuntur. Plinius de Canaria è fortunatis inſulis loquens: hanc & palmetis inquit, caryotas ferentibus, & nuce pinea abundare. Papinius in Syluis: Caryotides. Dactyli.

Prægrandes caryotides cadebant.

Celebrantur præcipue cibo, ſucco etiam: ex his enim orientales uina faciũt, iniqua capiti, unde pomo nomen, ut idem eſt author in xviij. In Iudæa palmis prima nobilitas, nec in tota quidem, ſed præſertim Hiericunte. Ponderi non cedunt, ſed quanto onuſtiores ſunt, tanto magis nituntur contra pondus, ut referunt Ariſtoteles, Strabo, & Aulus Gellius. Hinc pro uictoria ponitur palma. Theſeus quidem è Creta in Delon cum ſe cõtuliſſet, ibi certamen inſtituit, in quo tunc primum palmæ præmium eſt propoſitum, authore Plutarcho. Auulſum è palma cum fructu termitem quidam Spadica nominant: nam σπάω euello, unde Spadones eunuchi, quos prima Semiramis uim quodammodo iniectans naturæ feciſſe dicitur. Sed Spata quoq; uocatur, unde Spatalion Caryotarum apud Martialẽ in Xenijs: ubi nõnulli tamen Petalium lectitant, æſtimandum relinquimus. Palma. Spadix. Σπάω. Spadones. Spata. Spatalion.

OLIVA.

Oliuæ Picenæ & Fidicinæ in Italia, Plin. inquit, cæteris præferũtur in cibis. His Romani ab initio cœnæ ad finem uſque utebantur. Hinc eſt Epigrammatarij poëtæ diſtichon in Xenijs: Picenæ & Fidicinæ oliuæ.

Hæc quæ Picenis uenit ſubducta trapetis,
Inchoat, atq; eadem finit oliua dapes.

Oliuarum genera. *Earum genera à Macrobio & Plinio numerantur: Africana, Liciniana, Pauſia, Radius, Sergiana, Salentina,* * *Albigerus, Orchis & Regia, è quibus bacca iucundiſſima eſt Pauſia, ſpeciociſſima regia etiam uirga, eſcæq; potius quàm oleo idonea: Orchis quoq; & Radius melius ad eſcam, quàm in liquorem ſtringitur. Omnis deniq; olea & maior ferè ad eſcam, minor oleo eſt aptior: ut ſcribit Columella lib. rei ruſticæ vj. Salitæ ſtomacho iucundæ, ſubleuant appetitum. Conditurā docent M. Cato, Palladius, & Columella. Apud nos druppæ integræ ſale, aqua & fœniculo condiuntur, ex quibus utpote immaturis oliuum etiam faciunt Omphacinum. Earum oſsicula* * *Sanſas uocant: unde ſecundarium oleum à factoribus oleum Sanſarum dicitur.*

Albicera apud Plinium.

Oliuarum conditura.

Druppæ.

Fortaſſe leg. Sampſas.

VVA.

Apiana uua. Stica.

Varum plura ſunt genera: eſt Apiana quā Græci ſticam, ab apibus nomen adepta. Columella de apianis: Pingui ſolo feraciſsimæ, mediocri quoque fœcundæ, præcocis fructus, ideoq; frigidis locis aptiſsimæ, uini dulcis, ſed capiti, neruis, uenisq; non aptæ, niſi maturè lectæ: Pluuijs uentisq; & apibus afferunt prædam. Quarum uocabulo propter hanc impopulationem cognominantur, atq; hæ precioſi guſtus celeberrimæ. Eſt Bumamma: quæ Græcè βούμασθος, tumētibus & magnis acinis: nam ueteres Græci rebus magnis βου præpoſuere. hinc βούλιμον magnam famem, grandes pueros βούπεδας, mariſcam ficum βούσυκος, & βουθυσίαν magnum ſacrificiū appellauere. Cōtraria huic eſt quæ à

Bumamma. Εὔμασθος.

multis

multis acinis Leptorhaga dicitur. Et Labruſca in mar-ginibus terræ naſcens, inde nomen: Labrum enim extre-mitas dicitur, ut Seruius & Nonius teſtantur. Eſt Dura-cina à duris acinis, quam in cibis laudat Martialis: Leptorhaga. Labruſca. Labrum. Duracina uua.

Non habilis cyathis, & inutilis uua lyeo,
Sed non potanti me tibi nectar ero.

Vbi τρωξίμ uuas ſcito dici quæ non uini cauſa ha-bentur, ſed cibi gratia tantũ. Sunt Dactyli longis acinis porrecti, & Heluolæ, quas nonnulli uarias nominant, neque purpureæ, neque nigræ, ab heluo, ni fallor, colore inquit Columella. Eſt Aminea à regione: nam Aminei fue-runt ubi poſtea Falernus. Eſt Præcia quaſi præcox uel præcoqua, quæ à noſtris Iuliatica, menſe Iulio inter pri-mas matureſcit. Eſt Græcula, Eugenia, Variola, Interti-cula, Venuncula, Coruina, Trebiana, & alia quamplu-rima pro locorum diuerſitate nominata. Veluti quam no-ſtri ab acinis ſtipatim in racemo cohærentibus, Pineolam uocant, à nucis pineæ quadam ſimilitudine. Racemus ipſe Græcè βότρυς, unde apud nos & Botryo plura con-tinens acina, ideſt grana. Martialis eo loco: Nec dignam toto ſe botryone putat: uuas ollares per botryonem, & condititior in ollis, ut ueteres ſolebant, racemos intelli-git: quos etiam Græci βοτρυόνας nominant. Appendun-tur & nunc tigillis, ueluti etiam poma. Vnde penſiles uuas, & mala penſilia dicunt omnes. Commendatur au-tem menſis ſecundis uua paſſa, quæ ἀσαφίς dicitur. Con-fectionem docent Palladius & Columella: Vuæ paſſæ a-cino ſenior poëta Anacreon, dum tenues & exiles uiriũ reliquias foueret, abſumptus eſt, ut narrant Plin. in vij. & Valerius Maximus memorabilium ultimo. Vuis paſ- Τρώξιμος. Dactyli. Heluolæ. Variæ uuæ. Aminea. Præcia. Iuliatica. Græcula. Eugenia. Variola. Intertícula. Pineola uua. Βότρυς. Botryo. Ἀσαφίς.

Monopolium. *ſulis (ita enim à medicis hodie dicuntur) Monopolium hoc eſt penes unum uendendi poteſtas eſt in Achaia.*

FICVS.

Ficus, ſiue ſiccæ ſeu uirides è reliquis fructibus impendio laudantur in cibis: nam ut ſcribit Auicennas, ex omnibus maximè nutriunt. Plinius: Paniſq; ſimul & obſonij uicem ſiccatæ implent. Hæ uel orbis condie-
Fortaſſe leg. fictilibus, ex Colu. lib. 12. *bantur, uel in teſte componebantur, ut nunc * uirilibus. Vnde reſticula ficorum à Varrone dicta. Genera com-*
Ficorũ genera. *pluria numerãtur, Herculaneæ, Harundineæ, Lauianæ, Albulæ, Chiæ, Mariſcæ, Africanæ, Lidiæ, Chelidoniæ, Calliſtritiæ. Sunt & Cauneæ, Coctona & Caricæ quæ in Albenſe rus è Syria intulit L. Vitellius, qui poſtea cenſor fuit, cum in ea prouincia legatus fuiſſet nouiſsimis Tibe-*
Groſſi. *rij Cæſaris temporibus. Sunt & Groſsi antequàm matureſcant loco ferè florum. Hinc Canticorum ſecundo: Ficus protulit groſsos ſuos, uineæ florentes dederunt odorem. Siccæ ficus, uuæ, & pyra ſecundis, præſertim ruſticorũ, menſis adhibentur: anteà athletæ ficis utebantur, utpotè impenſius alentibus, priuſquàm eos exercitator Pythagoras ad carnis uſum, quæ fortior eſt, trãſtuliſſet. Athenis præcoces ficus πgοδρόμ appellant. Maiora præpoſteris ſunt genera ficuũ præcocia & ſemper biſera. nam in menſe matureſcunt: & per uindemiã ſerotina,*
Duricoria. *quæ à duro cortice Duricoria dicta. Virides ficus, & poma ex arboribus recentia ſemp Galienus Imperator ex-*
Σῦκορ. *bibuit. Hic eſt Galienus q uere cubicula de roſis fecit, q*
Συκόμοgορ. *uina ſemper uariauit, & in poculis bibit aureis, uitrum*
Σύκωσις. *aſpernatus. Ficus Græci σῦκορ, unde συκόμοgορ arbor,*
Sycelis. *σύκωσις morbus, & ſycelis auicula, atq; alia cõpluria.*

MVSCARIVM.

Muſcaria inſtrumẽta ſunt abigendis è menſa muſcis aptiſſima. precioſiora texuntur è cauda pauonis. Hinc Epigrammatarij poëtæ de muſcario pauonio exijt diſtichon: Pauonium muſcarium.

Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muſcas.
Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit. Propertius:
Et mihi pauonis caudæ flabella ſuperbæ.

Flabellum enim dicitur, quo & muſcæ fugantur, & uẽtulus excitatur in nimio calore per æſtatem, his qui in conuiuio, aut alio quouis loco & tempore ſudant. Terẽtius in Eunucho, Venit unà? Heus tu Dore cape hoc flabellũ & uẽtulũ huic facito dum lauamur. Ouid. in arte: Profuit & tenui uentos mouiſſe flabello. Flabellum.

Hoc autem miniſterium eſt delicatorum ſeruorum, ut ſcribit Donatus. Sudor ipſe nihil aliud eſt, quàm excrementum uaporis humidi, ut exponit Ariſtoteles. Muſcæ autem inter inſecta animalia numerantur: Græci ἔντομα uocant, ab inciſuris, quibus diſtincta ſunt eorum corpora tenui fiſtula cohærentia. Caninã muſcam κυνόμυιαν dicemus. Nam μυῖα muſca eſt. Vnde μυάγρος deus muſcarum à ueteribus nominatus. Nec mirum, cum moleſtiſſimæ ſint, ſi deum qui illas abigeret, coluerunt. Sunt & muſcillæ paruæ muſculæ, quæ in uinaceis per autumnum naſcentes, & ueluti ſemiarpyulæ muſtea pocula fœdantes in menſa, ad brumã merito nõ perueniũt. Sudor. ἔντομα. κυνόμυια. Μυάγρος. Pli. Myodẽ uocat lib. 29. ca. 6. Muſcilla.

CANISTRA.

Caniſtra & caniſtella è uiminibus ſalicis amerinæ, uel ſanguinis inter frutices, Ciſtulas & Panariola dicere poſſumus, in quibus reponuntur per Plin. li. 16. ca. 37. Caniſtella. Panariola. Ciſtulæ.

miniſtros, quæ cœnæ ſuperfuerunt. Horatius:

Multáq; de magna ſupereſſent fercula cœna,
Quæ procul extructis inerant heſterna caniſtris.

Hiſdem etiam panis in menſam portabatur apud antiquos: non autem ut nunc, argenteis uaſculis, ut refert Donatus, *enarrans illud Vergilianum:*

Ceremq; caniſtris Expediunt.

κανᾶ. Græci *κανᾶ appellant: hinc à* Latinis *caniferæ mu-*
Caniferæ. *lieres dictæ, quæ caniſtra capite geſtant, ſæpiculè ſuppo-*
Ceſticillus. Arculus. *nentes id quod* Ceſticillum *& arculum nominarunt.* Et
κιστοφόρος. *κιστοφόρος ciſtifera Græcè nuncupatur.*

SCOPAE.

Scopæ, raro ἑνικῶς, *ideſt, ſingulariter ſcopa, inſtrumenta ſunt ex ulice, ruſco, tamarice, & id genus cæteris fruticibus, ſcopandis pauimentis, amouendis aranearum telis è parietibus laquearibusq; idonea.* Plautus
Scopæ. *in Sticho:* Munditias *uolo fieri hic, ferte huc ſcopas, ſimulq; arundinem, ut operam omnem aranearum perdam, & texturam improbam: de hinc iamq; earum omnis telas.* Martialis *in Apophoretis:*

In precio ſcopas teſtatur palma fuiſſe.
Sed pretium ſcopis nunc analecta dabunt.

Analecta. *Analecta ipſa quiſquiliæ ſunt ciborum, quas ſub menſa cadentes, ut aſportare poßint ſerui ſcoparij uerrentes pauimentum colligunt.* Idem *Epigrammatum ſeptimo:*

Colligere longa turpe nec putat dextra
Analecta & quicquid canes reliquerunt.

Hinc loquens Seneca *de* Calphiſio Sabino *in conuiuijs ſeruos literatos ad pedes habente, ut uerſus quos referret, ſubminiſtrarent. Suaſit illi Satellius, inquit, qua-*

dratus ſtultorum diuitum adroſor, & quod ſequitur ariſor, & quod his duobus adiunctum eſt deriſor, ut grãmaticos haberet analectas. Seruiunt etiam ſcopæ cæteris ædium partibus, quæ ſcopandæ ſunt ad munditiem: præterea ne putreſcentibus ſordibus humidis uel ſiccis pulices & muſcæ impendio moleſtæ naſcantur, ex quibus ſolent prouenire, ut ſentit Ariſtoteles, primo de animaliũ generatione: unde pulices fortaſſe à puluere appellati. Scopæ ipſæ quaſi ſcobæ, quòd his purgamenta ueluti ſcobem educimus. Eſt autem proprie ſcobes puluiſculus, qui è lignis decidit, aut alia materia, cum ſcobina, ideſt, ilima tenuatur, uel ſerra ſecatur. Antiqui (quod ridiculum quis merito dixerit) Deuerram deam uenerabantur, ut bene ſcopis domum uerrere poſſent: author Diuus Auguſtinus in dei ciuitate. Inter analecta ſunt quæ Micæ dicuntur, hoc eſt, minima fruſtula. Vnde in ſacris literis: Et catelli edunt de micis quæ cadunt è menſa dominorum. Propriè tamen micam, puluiculum illum, qui in arena colore fulget argenteo, uocitamus: à quo & panis & plurimarum rerum partes minutiores, quæ Minutiæ, Micæ nuncupatæ. Ouidius:

Puri lucida mica ſalis.

Pulices. Muſcæ. Scopæ. Scobes. Scobina. Deuerrea dea. Micæ. Minutiæ. Micæ.

Ruſcus autem ſpecies eſt uirgulti ad ſcopas, unde noſtrates Ruſcum dicũt, quod ſcopis aut educitur, aut ſcopandum uenit ad munditiem pauimẽti & teſſellatũ: hinc Ruſcor uerbum, & ab eo Ruſcatrices gallinæ, quas alij ruſpatrices uocant, quòd in ruſcis & pulueroſis ſoleant pedibus unguibusq; ruſcari: ac ſeſe excutiendo roſtello etiam alisq; quodammodo ſcalpere, ut palàm uidemus. Sed quia apud nos coquina à cœnaculo longius diſtare

Ruſcus. Ruſcor. Ruſcatrices. Ruſpatrices.

non debet, ab illo in culinam tranſeamus. Si non palato ſtomachoúe condimentis, ſaltem naribus, inuito etiam coquo, nidore ſatisfacturi.

COQVINA, CAPVT IIII.

C*Vlina dicitur coquina, ut ſcribit* No*nius, ex authoritate* Varronis, *quòd ibi ignis colatur, locus eſt in quo obſonia coquuntur.* Iuuenalis:

Captum te nidore ſuæ putat ille culinæ.

Coquus. *At coquus qui pulmenta & edulia condire ſolet, à coquendo, per c tamen potius, quàm per q notandus, ſi* Victorino *credimus.* Apule. *de Aſino aureo:* Alter coquus, *qui ſapidiſsimis nutrimentis ſuccuum pulmenta condita calore mollibat. Aſiatica uictoria, ut refert* T. Liuius, *li-*

Origo luxuriæ. *bro nono belli* Macedonici, *peregrinæ luxuriæ origo in urbem defluxit: tunc enim primum epulæ cura & ſumptu maiore apparari cœptæ: tunc coquus, uiliſsimum antiquis mancipium, & æſtimatione & uſu, in pretio eſſe, & quod miniſterium fuerat, ars haberi cœpta. Apud ueteres coqui in ſeruitijs domi non erant, ſed ex macello*

Popinones. *conducebantur, utpotè publici: quos nunc* Popinones, *à*

Popina. *popina publica coquina nominamus, ſolitos lautius & melius aduentores ſuos accipere. Sed eodem nomine ga-*

Ganeo. *neones ſignificamus. Qui uerò emit obſonia, & coquo*

Obſonator. *tradit, is eſt obſonator, de quo* Martialis:

Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec ullum
Addideris uerbum, cœna parata tibi eſt.

Habent enim diuites in famulitio, qui pecuniam expendant neceſſaria familiæ præparantes: quos generali-

ter nomine diſpenſatorum ſignificamus, Græci ἐπισά=*τας uocant. Seneca ad Lucilium: Adijce obſonatores, quibus dominici palati notitia ſubtilis eſt, qui ſciunt cu=ius illum rei ſapor excitet. Iuxta quam ſententiam de co=quo præmiſſo lemmate Epigrammata. poëta in Apopho.* Diſpenſator. Ἐπισάτης.

Non ſatis eſt ars ſola coquo ſeruire palato,
Nanq; coquus domini debet habere gulam.

Qui coquinæ præeſt ἀρχιμάγειρος *dicitur: nam Græci* μαγειρεῖον *coquinam,* μάγειρον *coquū uocitant.* Ἀρχιμάγειρος. Μαγειρεῖον.

IGNIS.

IGnis dictus eſt authore Marco Varrone à naſcendo, quòd inde omne naſcatur: nam abſque calore nihil gi=gni, nihil diurnare poteſt. Vnde in nuptijs adhibitus, te=ſte Plutarcho: Apud Delon primo repertus, hinc inſula Pyrpolis dicta. πῦρ enim Græcè ignis eſt, à quo quo Py=ramis meta. Pyra lignorum congeries ad cremanda olim corpora. Pyromantia diuinatio per ignem. Pyricauta ambuſta, ſiue ut Celſus, aduſta & aduſtiones. Reper=torem Vulcanum tradunt. Diodorus uerò Siculus, libro quinto: Vulcanum ſcribit ferri, æris, auri, argenti, omniumq; quæ igne fabricantur artem inueniſſe, eamq; docuiſſe mortales. Quapropter harum rerum opifices omnes ſacra uotaq; huic Deo maximè facientes, ignem ad æternam memoriam ſuſcepti beneficij Vulcanum di=xere. In ferula ſeruare docuit Prometheus: unde in fabulis eſt ignem è cœlo ſubtractum dediſſe mortali=bus. Placet Diodoro illa quibus ignis alitur ab eo re=perta. Eundem è ſilice primus excuſſit Pyrodes: tum poſtea, quia ſilicis non ſemper erat occaſio, inuenerunt in caſtris exploratores, paſtoreſq; attritu lignorum Μάγειρος. Pyrpolis. Πῦρ. Pyramis. Pyra. Pyromantia. Pyricauta. Vulcanus. Ignis Vulcanus. Ignis e ſilice.

ignem elicere: nam terebant lignum ligno, & ſic ignem concipiebant attritu, excipiente eum materia aridi ſomitis, fungi, uel ſoliorum. Optima *eſt autem hedera, quæ teratur lauro, laurumq; terat, ut refert Seneca in primo quæſtionum naturalium, quoniam non rara his ſpiramenta. neq; hiantes ſunt & leues: quod ſi eſſent, haberent uc, ut de lapidibus etiam dicitur, ignem attritu non emitterent, ut ex* Aphrodiſæi *problematis hauſimus.* Com-

Ignarius lapis, quiuus & ignigenius. *mendatur noſtra tempeſtate lapis ad ignem, quem uiuum, ignarium, & ignigenium appellamus, incuſſus ferro ſcintillam emittit, quam excipit uel fungus aridus, uel bombacina materia ſemiuſta. Hæc ſulphuratis trahitur ad largiorem ignem ſcitandum, qui multo tempore in ligno iuniperi conſeruatur: ita ut ſi prunæ, authore* Diuo Hieronymo, *ex eius cinere fuerint opertæ, ad annum uſque perueniant.* Validiſsimum *eſt autem elementum omnia conuertens in ſui naturam.* Vnde *uniuerſi futura eſt reſolutio per ignis cõflagrationem.* Corpora *tamen ſunt*

Salamandra. *animalium, quæ igni non abſumuntur, ut* Salamandra, *illum ut uolunt, in ambulando extinguens.* Et Ariſtoteles *naturæ ſoiertiſsimus indagator, ſcriptum reliquit, in* Cypro *ærarijs officinis, in quibus chalcites lapis ingeſtus pluribus diebus crematur, beſtiolas in medio igne naſci pennatas, paulò muſcis grandibus maiores, per ignemq;*

Pyralis. *ſalire & ambulare.* Pyrales *quidam, alij, & rectius,*

Ignigena. *ignigenas, &* Pyrotos *ab igne uocarunt, à quo dimotæ*

Pyrotus. *protinus emoriuntur. Eundem omnium rerum initium fuiſſe teſtatus eſt* Heraclitus: Thales *uerò aquam, ut ſcribit* Vitruuius: Vnde Martianus: Ardebat Heraclitus, *udus* Thales, *circumfuſus* Atomis Democritus. Sa-

mius Pythagoras cœleſtes quoſdam numeros replica= bat. Ariſtotel. per cœli quoq; culmina ἐντελέχειαν *ſcru= pulofius requirebat. Epicurus uerò mixtas roſas uio= lis, & cæteras apportabat illecebras uoluptatum. Ab igne fit ignitabulum, ut Pompe. interpretatur ignis receptaculum.* Ἐντελέχεια. Ignitabulum.

FOCVS.

Focus à fouendo, locus eſt in quo ignis fouetur, & cinere ſeruatur. Ouidius:

At focus à flammis, & quòd fouet omnia dictus.

Hinc foculus diminutiue: qui etiam circũfertur à teſta Teſtulæ triuialiter nomẽ adeptus. A. Gellius: Tum illa fo culum coram eo cum igni appoſuit, & tris libros ex no uem deurit. Laribus autem ſacer erat focus, thure & floribus ibi ſacrificante rudi illa maiorum antiquitate. Vnde uernaculus ſermo focũ nũc foculare nominat, qua= ſi laris focũ. Ferramẽtaq; quibus ligna ſuſtentãtur, dum ardent in foco, non ineleganter meo iudicio quidam Alaria dixerunt, quaſi ad larem parata. Foculus. Teſtula. Lares. Foculare. Alaria.

CAMINVS.

Caminus, dictione latina ſed triuiali, ſtructura erit, quæ extra parietem porrecta, uel in ipſo pa riete producta, fumum excipit, & acceptum emittit per ſpiramenta, quæ ſupra tegulas elata meridiem uerſus & ſeptẽtrionem relinquenda ſunt: ita fumus facilius erũ pens, loca non denigrabit. A fumo infumibulũ, fumariũ alij appellauere: unde in interpretatione Herodoti Hi= ſto. vij. legimus: Immeabat autem in ædes per fumariũ ſol, niſi potius (id quod eſt) notare uoluerit locum, ubi uina fumo condiebantur. Martialis: Infumibulum. Fumarium.

Improba maßiliæ quicquid fumaria cogunt
Accipit ætatem quiſquis ab igne cadus.

Nam uina fumo præcocem trahunt maturitatem, & celerius uetuſteſcunt, ut ſcribit Columella. *Adde quòd ſatis conſtat antiquiores huiuſcemodi ſtructuram non habuiſſe, ſed parietibus tubos immiſiſſe, per quos circumfunderetur calor, quo ima ſimul & ſumma fouerētur æqualiter, ut refert* Seneca, *xiiij. ad* Lucilium, *quod* Fornax. *ſua memoria cœpiſſe teſtatur. At caminum proprie fornacem latine interpretamur.* Sedulius *de tribus pueris in fornace:*

Flammis *Ardentis fidei extincta eſt flamma camini.*

Ligna uerò ipſa quæ ad ignem ſicca habentur amurca conſperſa, nullius fumi tedio ardere docent M. Cato, Acapna. *&* Plinius. *Hæc acapna nuncupātur: eſt enim fumus græ*Καπνός. *cè καπνός. Hinc genus quoddam mellis, quod ad argen*Ἀκάπνισον. *tarias gignitur ἀκάπνισον, id eſt, à fumo purgatū: &* Capnos herba. *καπνός herba fumaria, naſcens in ſegete hordeacea, quæ lachrymas, ut fumus, prouocat. De acapnis diſti*Ligna. *cho luſit* Martialis *in* Xenijs. *Ligna à legendo nomen acceperunt, quòd ea caduca legebantur in agro, quibus ad focum uterentur, teſte* Varrone *in libris de lingua latina. Ad ignem conſeruandum nulla aptior materia: unde eſt* Solomonis Prouerbiorum *xxvj. uerißimum illud adagium: Cum defecerint ligna, extinguetur ignis, & ſuſurrone ſubtracto iurgia conquieſcunt. Eorum* Calo & lignifer. *ad culinam miniſtratorem calonem & ligniferum nomi*Torris. *nabimus. At accenſum ſtipitem ligneum* Torrem *dicemus.* Poëta.

Ambuſtum torrem corineus ab ara Corripit.

Nonius, Titionē. Apuleius: Procurrit ad focū arden- Titio.
temq; titionem gerens medijs inguinibus obtrudit. Alij
ita diſtinguūt, ut Torrē dicāt ardentem, Titionem fumi-
gantem & extinctum. Leginus apud Vlpianum de le-
gatis tertio: Cum lignis legatis, quod comburendi cauſa
paratum eſt, contineatur: ſiue ad balnei calefactionē ſi-
ue dietarum hypocauſtarum, ſiue ad calcem: ſulphura-
ta tamē de ligno, titiones & alia ligna cocta nō cōtineri.
Fomites quidē, hoc eſt, aſſulæ & fruſtula ex arboribus, Fomites.
cum ceduntur ſecuribus excuſſa, continebuntur.

PRVNA.

PRuna ignita eſt. Vergilius in Moreto:
Et cinis obductæ celabat lumina prunæ.
Dictum ut ſcribūt Pōpeius, & Seruius, quaſi peru-
rēs. Plinius in xiij. E palmis prunæ uiuaces ignisq; lētus.
Carbo uerò pruna fit extincta, & rurſus ex carbone
pruna, cui tunc uim ineſſe maiorem legimus. Hinc Pro-
uerbiorum xxvj. dicitur: Sicut carbones ad prunas &
ligna ad ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. Car- Carbo.
bo item genus morbi, & diminutiue carbūculus. Plinius Carbunculus.
in xxvj. L. Paulo. Q. Martio Cenſoribus, primum in
Italia carbunculum ueniſſe annalibus conſcriptum eſt,
peculiare Narbonenſis prouinciæ malum, quo duo con-
ſulares obiere, condetibus hæc nobis eodem anno, Iulius
Ruffus, & Quin. Licinius Baſſus: ille medicorum inſci-
tia ſectus, hic uerò pollice leuæ manus euulſo acu à ſe-
metipſo tam paruo uulnere, ut uix cerni poſſet. Item in
xxxvj. Quin & carbunculum genus morbi, quo duos
conſulares nuper abſumptos indicauimus, querneus car
bo tritus cum melle ſanat. Serenus:

Horrendus magis eſt, perimit qui corpora carbo.

Eſt & carbūculus uitis morbus, inde Carbunculare dicitur quodam uredinis carbone exuſta. Prunam Ouidius in Faſtis uiuentē fauillam appellat. Seruius fauillā igne deſertam interpretatur apud Vergilianum illud:

Fauilla.

Turbine fumantem piceo & candente fauilla.

Candens. *Nam candens eo loco à candore eſt, non à calore, ut notat* Aulus Gellius. Hinc Petronius *arbiter in Satyris canam dixit fauillam:*

Extulit ora *Buſtorum flāmis & cana ſparſa fauilla.*

Scintilla. *Scintilla uerò proprie eſt, quæ è ſilice, cum is cæditur, exilire ſolet.* Hinc Poëta:

Ac primum ſilicis ſcintillam excutit achates.

Ouidius *quarto* Faſtorum:

Pars quoq; cum ſaxis paſtores ſaxa feribant,
Scintillam ſubito proſiluiſſe ferunt. Lucretius:
Ex una *ſcintilla incendia paßim.*

Cui aſtipulatur illud Eccleſiaſtici xj. *Ab ſcintilla una augetur ignis. Erit igitur ſcintilla ignita, fauilla quodammodo cinis à fouendo dicta, quaſi fouilla, quòd ignem foueat, ſiue potius quaſi fauilla à colore: nam &* Pacuuius Flauum *dixit puluerē, ut* Gellius *teſtatur.* Cinis *autem nihil eſt quàm puluis, in quem materiæ uſtæ rediguntur.* Is etiā Lix *uocatur.* Plinius *in trigeſimoſexto:* Ad cōuulſa *uiſcera aut cōtuſa, ut* Varro *author eſt: ipſis enim uerbis eius utar:* Lix *cinis, inquit, eſt foci: inde enim cinis luxatis potus medetur, & licet uidere gladiatores, cum deluſerint, hac iuuari potione.* Illud *mirū eſt quod idem refert libro xj. & ipſe experientia didici, Muſcis in humore exanimatis, ſi cinere cōdantur, redi-*

Flauus. Cinis. Lix.

re uitam. Significat & lix aquam cineri mixtam, ut ſcri
bit Nonius, *quod genus nunc* Lixiuium *nominant.* Colu Lixiuium.
mella lib. rei ruſti. xiij. Sunt qui culmos fabæ exurãt, &
ex eo quod cremauerint cinere, lixiuium faciunt. Lixa Lixa.
uerò aqua : inde elixum aqua coctum. Lixæ *qui aquam* Elixum. Lixæ.
miniſtrant, authore Marcello.

FOLLES.

F*Olles inſtrumenta ſunt, quibus ſpiritu interueniẽ=*
te ignis ſuſcitatur. Vergilius *in* viij.

Alij uẽtoſis follibus auras Accipiunt redduntq́;.

His utuntur ferrariæ argentariæq́; officinæ: utuntur
& coqui, ſed paruulis, ne opus ſit ignem buccis inſuffla
re, quod qui faciunt ſuffitores dicuntur. Primus Ana= Suffitores.
charſis Scyta philoſophus, Folles *ignis ſuſcitatores in=*
uenit, ut refert Strabo, libro. vij. Follis *item pila dicitur*
luſoria ſpiritu tumefacta, de qua diſticho luſit Martia.
in Apophoret.

Ite procul iuuenes mitis mihi conuenit ætas,
Folle decet pueros ludere, folle ſenes.

Hanc Pyctus *primo monſtrauit. Eſt à folle* ὑποκοριστι=
κῶς *folliculus.* Hinc Tranquil. *ſcribit* Auguſtum Cæ= Folliculus.
ſarem omißis exercitationibus campeſtribus ad pilam
primo folliculumq́; tranſiſſe. Nec *te moueat quòd pi=*
lam nominarit & folliculum: nam apud ueteres erat &
pila paganica & trigonalis: de quibus meminit Epigrã=
matarius poëta in Apopho.

SVLPHVRATA.

S*Vlphurata fomẽta ſunt ad ignẽ excipiendũ, ſulphu*
re in ſummo oblita: unde nomen acceperũt. Mar.
Hoc quod tranſtyberinus ambulator,

Qui pallentia ſulphurata fractis
Permutat uitreis.

His enim permutãtur uitrea uaſa fracta etiã noſtra ætate. Iuuenalis *de calice paraſiti:*
Et rupto poſcentem ſulphura uitro.

Vendũtur autem in faſciculos,& gregatim permutantur. Papinius *in Syluis:*
Quiq; comminutis
Permutat uitreis gregale ſulphur.

Ipſum uerò ſulphur, cuius genera quatuor poſuit Plinius, *naſcitur in inſulis* Aeolijs, *inter* Siciliam & Italiam. *Sed nobiliſsimum in* Melo *inſula, ut idem ſcribit in* Cap.15. XXXV. *In* Italia *quoq; inuenitur* Neapolitano Campanoq; *agro, & in collibus præſertim, quod è cuniculis effoſſum igni perficitur.* Hoc *unum ſcitu dignum eſt fumum ſulphureum conducere ad bombicinos, præſertim dealbandos, id quod* Apuleius *in nono oſtendit.*

BATILLVM.

Batillum è ferro dicitur, quo prunas & cinerẽ è foco tollere ſolemus, ut àliò trãsferamus. Horatius:
Prunæq; batillum.

Nam (ut notat Porphyrius, *omnibus qui poẽtã illum interpretati ſunt fidelior)* Aufidius Luſcus *è ſcribarum genere in oppido* Fundis *magiſtratũ gerẽs, ridiculus fuit mœcenati & comitibus* Brunduſium *petẽtibus, quòd de* Mediaſtini. *balneis publicis prunas ſibi,* Mediaſtinos *(qui balneatores, miniſtri & curatores ædiũ, atq; omnino ſerui, abiectiora officia exercẽtes, uocãtur) domum afferre iubebat.* Apitius *coquus de* Petaſone, *& armillã, inquit, illius cãdenti batillo uris & melle cõtegis.* Plinius *de proban-*

da erugine: Experimentũ eius in batillo ferreo: nam quæ ſyncera eſt, ſuum colorem retinet, quæ mixta attramento, rubeſcit. ubi per batillum laminam ferream non eſſet fortaſſe abſurdũ intelligere. Legimus in teſtamento, ueteri inter ignis receptacula numerari uncinos & batilla. Batillũ item ruſtici noſtrates uocãt ferreũ ligneumúe inſtrumentum, quo ad ſulcos, elices, foſſasq́; in agris faciendas utuntur. Ad focum etiam in ſuppellectile Formucales interdum habentur: & licet proprie fabrorũ ſint, non erit attamen abſonum Prunicipes hoc uerbo ſignare. Habentur & ſoli ferreæ furcillæ. Formucales. Prunicipes.

COCVLA.

Cocula uaſa ænea coctionibus apta, ut author eſt Pompeius. Alij exiſtimauerunt dici ligna minuta, quibus facile carnes & pulmentaria coquuntur, at Coctiuum, olus & legumen, quod cito & breui ebullitione coquitur. Coctiuum. Aereis uaſis ſtannũ illinitur, ſaporemq́; edulijs gratiorem reddit, compeſcit eruginem: & (quod mirum eſt) pondus non auget. Plinius: Album plumbum incoquitur æreis operibus, Galliarum inuento: ita uix diſcerni queat ab argento, eaq́; Incoctilia uocãt, Incoctilia. ſed ex eo quoq; uaſcula ſtannea dicta producũtur, quibus ad cibaria plurifariam utimur. Stannea. Eſt autem ſtannum plumbum album, quod Græcè κασσιτερός. Stannum. Κασσιτερός. Vaſorum ad coctiones alia prunis pedibus ſuppoſitis, uel circumaggeratis, ueluti apud barbaros ferè omnes bulliunt: alia catena ex annulis pluribus ferreis ad ignem pendentia continentur, ut flamma feruẽtes cibaria percoquant. Catena. Propria autem catena uenatici canes uincti tenentur, unde nomen, ſi Porphyrioni credimus.

ſed largius ſumitur à ſcriptoribus.Seneca ad Lucillium: Vna eſt catena, quæ nos alligatos tenet,amor uitæ.Plinius in Panegyrico Traiani: Hoſtibus armis captorũq; regum catenis triumphum grauem. Catenas ad cultum
Torques. *è collo annulis aureis pendentes,torques appellamus:un*
Torquati. *de Torquati,olim inſignia ſtrenui bellatoris,& uirtutis premia.At nunc paßim ſine ullo delectu ditiores, etiam nebulones,& fœmellæ ignobiles,quibus arriſit lippiens fortuna,torques ex auro induunt.*

CVCVMA.

CVcuma uas ad coquinam. Petronius Arbiter in Saty.Incincta quadrato pallio Cucumam ingentem foco appoſuit.Et mox: Tum illa etiam carnis paululum delibat: & dum coæquale natalium ſuorum ſinciput in carnarium furca reponit, fracta eſt putris ſella, quæ ſtatuere altitudinem adiecerat,anumq; pondere ſuo deiectam ſuper focum mittit.Frangitur ergo ceruix cucumæ, ignemq; ualeſcentem reſtinguit. Similis (ut opi-
Cucuma teſta. *nor) erat teſtæ,quam Apitius & Martialis Cumanam nominant ex terra rubra,à figulis rota formatam. Inuentum autem fuit Dibutadis ex rubra terra uaſcula fin-*
Amphoræ. *gere,quæ teſtarũ nomine ſignificamus. Vnde amphoræ,*
Teſta. *ſiue cadi,metretæ,quadrãtaliaúe,& lucernæ ex argilla*
κεράμιον. *etiam antiquitus cũ fierent,Teſtæ uocitatæ.Græcè teſtã,*
ὄστρακον. *κεράμιον,modo ὄστρακον dixere:hinc oſtraciſmũ exilij*
Oſtraciſmus. *genus,nos teſtularum exilium interpretamur.*

CACABVS.

CAcabus uas eſt teſte Varro. quo tuceta,carnes, & pulmẽtaria coquũtur.Apitius: Capita porrorũ ſimul elixabis in cacabo nouo,ita ut aqua ad tertiam deferueat.

deſtruat. Commendantur apud nos, ut optimi, è lapide cauato, quibus etiam uſos ueteres ſatis notum eſt. Plinius xxxvj. In Syphno lapis eſt, qui cauatur tornaturq́; in uaſa coquendis cibis utilia, uel ad eſculentorum uſus, quod in Comenſi Italiæ lapide accidere ſcimus. Primus Heliogabalus cacabos argenteos habuit, ut ſcribit Lampridius. Antiochus quoq; uaſa ad uſum culinæ argentea comparauit. Hic eſt Antiochus, qui clauos aureos crepidis ſubiecit, qui Papiliones ſiue potius tabernacula & tentoria textilibus ſigillis adornata conſtituit. Pulmenta ipſa à pulte antiquiſsima nomen acceperunt. Plinius in xviij. Pulte non pane longo tempore uixiſſe Romanos manifeſtum, quoniam inde & pulmentaria hodie dicuntur. Marcus Varro in libris de lingua latina: Quod edebant cum pulte, ab ea pulmentum, ut Plautus, hinc pulmentarium dictum. Horatius: Papiliones. Pulmenta.

Tu pulmentaria quære ſudando.

Apuleius: Porcorum: pullorum, piſcium, & eiuſmodi pulmentorum largiſsimas epulas. Græci ἐδέσματα: Ἐδέσματα. & ἐδέατροι, inquit Feſtus, qui præſunt epulis regijs. At Ἐδέατρος. Tuceta non ſine carne cibaria, Fulgentius Placiades cibos regios interpretatur. Tuceta.

OLLA.

OLla ſiue aula uas figlinum orificio patente, quo à pauperioribus maximè cibaria coquuntur. Vnde Martialis: Aula.

Imbue plebeias cluſinis pultibus ollas.

Plautus in Amphitrione, Optimo iure infringatur aula cineris in caput. Marcus Cato: In aulam indat & aquam puram, coquatq́;. Hinc Aulicoctia antiqui exta Aulicoctia.

dicebant, quæ in ollis coquerentur, id eſt elixa: & Auxillam ollam paruulam, ut author eſt Pompeius: Ollam pedes habentem, ſiue potius ferreum inſtrumentum. Tripes ſuper quod olla ad ignem, ut ferueat, habetur: Græca dictione χυτρόποδα appellauerunt. Aula item principium domus. Seneca: Notiſſima uox eſt eius qui in cultu regum conſenuerat, cum quidam illum interrogaret quomodo, rariſſimam rem in aula, conſecutus eſſet ſenectutem: iniurias inquit, accipiendo, & gratias ſæpe agendo. At Caulæ ouium ſunt receptacula. Martianus:

Auxilla. Olla. Tripes. Χυτρόπους. Aula. Caulæ.

Et matutina greges quatiunt in paſcua caulas.

A cauo Caulæ dictæ: antiquitus enim ante uſum tectorum oues in antris claudebant, author Feſtus.

AHENVM.

Ahenum ex ære ductili uas proprie caldarium notat, quo aquæ bulliunt. Hinc Poëta:

Littore ahena locant alij.

Vbi exiſtimauit Seruius ahenum locatum ad aquam calefactandã, qua lauarentur. Nam heroicis temporibus carne non ueſcebantur elixa, ſed toſta. Vnde paulopoſt.

Subijciunt ueribus prunas, & uiſcera torrent.

Paulus iuriſconſultus de fundo inſtructo ſcribit, paulum inter ahenum, quod ſupra focum pendet, & Cacabum differre. Nam hoc inquit, pulmentarium coquitur, in illo aqua ad potandum calefit. Caldam enim ut diximus, & frigidam antiqui cœnis adhibuere. Lebes quoq; uas æneum erit ad uſus coquinæ: hinc ἰπνολέβητα caldarium uas Græci, quod nos miliarium uocamus: at ahenulum uas ex ære paruum.

Cacabus. Lebes. ἰπνολέβης. Miliarium. Ahenulum.

VRNARIVM.

VRnarium genus eſt menſæ quadratæ, ſic dictum, ut refert Marcus Varro: quòd urnas ibi potiſsimum habebant in culina cum aqua poſitas. Id nonnulli è ligno faciunt, quidam marmoreum: apud nos plurimi lateritium extruunt, foramine per quod aqua effluat, relicto, ac ſuper id eſcaria uaſa epulis uncta per ancillas, lixasúe calida lauantur, non ſine manipulis è iunco aſpero, uel ſcopulis è * lobis milij Indici, concinnatis: unde Lauatrinam (quod antiqui domeſticum balneum) rectiſsimè appellabimus. Præterea Aquarium, & ὑποκορυσικὸς Aquariolum, quod & in cubiculis & in triclinijs cum dignitate & elegantia fabrè politum fieri poteſt ad uſus plurimos: uulgò noſtrates Situlariũ à ſitula nominant. Eſt & urnarium balnei, ut iam dictum eſt, ab urna uaſe aquario, quo ut naſiterna, ut ſitula, per lixas ad culinam aqua miniſtratur. Hæc Græcè ὑδρία, cum ὕδωρ aquam Latinè notet. Vnde Hydropiſis morbus, Hydromel aqua mulſa, Hydropotes aquæ potor, ut tota uita Caſsius & Apollonius Tyaneus. Hydromantia diuinatio per aquas, & Hydraulica organa, machinæ ad aquam hauriendam à Cteſibio excogitatæ. Pelues uerò quibus uaria peluuntur, eas Græci λεκάνας uocant: unde Lecanomãtia, quæ peluibus fit diuinatio: ſicut quæ ſecuribus Axinomantia: quæ per ſpecula Catoptromantia: & ex unguium inſpectione Onychomantia, quæ ludibria etiam noſtræ fœmellæ & ruſticulæ imprimis obſeruant: at Sciomantia erit per umbræ tantum euocationem: Necromantia non ſine cadauere, quas uiri alioquin magnanimi pallentes uix peragunt.

E lobis, id eſt uirgultis.
Lauatrina.
Aquarium.
Aquariolum.
Sitularium.
ὑδρία.
ὕδωρ.
Hydropiſis.
Hydromel.
Hydropotes.
Hydromantia.
Hydraulica.
Peluis.
Λεκάναι.
Lecanomantia.
Axinomantia.
Catoptromãtia.
Onychomãtia.
Sciomantia.
Necromantia.

PENICVLI.

Peniculi quibus uaſa tergere ſolent, ſic dicti, quòd de ſpongiarum genere penicillo, ſiue quòd de cau= Penis. *darum extremitate fiebant: nam Penis cauda eſt à pendē= do. Peniculis etiam calciamenta tegebātur, authore Pompeio, ut nunc ſpongijs, quæ ueteribus etiam ad menſas emaculandas ſeruiebant. Martialis:*

Hæc tibi ſorte datur, tergendis ſpongia menſis
Vtilis, expreſſo cum leuis imbre tumet.

Spongiare. Spongiati panes & Piperati. *Vnde ab Apitio Spongiare dictum, ſpongia extergere. At nos panes ex melle aromatis, citreiſq; malis prius conditis in ſpeciem torti orbis concinnatos Spongiatos uocamus, & Piperatos, quos modo ad guſtula, modo ſecundis menſis adhibemus.*

CONCHA.

Conchæ uaſa ex ære, ligno, uel argilla ad culinam parantur: concauæ ſunt & patulæ, quemadmodum piſcium quorundam conchæ, à quarum ſimilitudine appellatæ creduntur. Plinius: rurſus tunditur, deinde lauatur in conchis. Alio nomine Alueos & Al- Aluei. Alueoli. Monoxyla. *ueolos dicemus, & præſertim in longum porrectos ligno excauato, ut monoxyla, ad lotionem etiam puerorum cum primum nati ſunt, adhibitos. Vnde apud Iulium Capitolinum legimus, cum in Cæſareana familia paruuli in teſtudineis alueis lauarentur, nato Albino Ceionium Poſthumum eius patrem munere teſtudinis piſcatore cum omine accepto illam ad excaldationes pueriles dicaſſe. Alueolus aliâs eſt tabula luſoria: farinaria etiam in qua farinam prius cum aqua ad maſſam reducentes, panem faciunt.*

GVTTVS.

GVttus uas olearium. Horatius:

Vilis cum patera guttus, campana ſuppellex.

De eodem intellexit cum inquit:

Cornu ipſe bilibri Caulibus inſtillat.

Aulus Gellius: Puerum iubet Taurus oleum in ollam indere. Erat is puer genere Atticus feſtiuiſsimus ætatis, & gentis argutijs ſcatẽs. Guttum Samium ore tenus imprudens inanem, tanquam ineſſet oleum affert, conuertitq; eum, & ut ſolitum eſt, circumegit per omnem partem ollæ manum, nullum inde ibat oleum. Dicitur & Lechytus, qua dictione uſus eſt diuus Hieronymus Regum tertio: Hydria farinæ non deficiet, nec lechytus olei minuetur. Eundem & Capſacem appellauit, in epiſtola ad Euſtochium: quo uerbo utitur & Ciprianus libro epiſtolarum ſecundo: Fidelia farris non deficiet, & capſaces olei nõ minuetur. De gutto balnearum ſupra. Eſt & uas ſacrificijs aptum. Plinius xvj. Curius iurauit ſe ex præda nihil attigiſſe præter guttũ faginum quo ſacrificaret.

Lechytus.

Capſaces.

SARTAGO.

SArtago uaſculum patens, in quo adhibito oleo diſtillatione uel butyro, carnes, offellæ, pulmenta, frictæ, quæ & frictillæ, tomacula, & iecuſcula omento, ſi è ſuis iecore fuerint, in primis irretita frigũtur. Pli. Therebintinam in ſartagine referuenti. Hieronymus (ſi tamen is eſt) ſexto Machabeorum: Iuſsit ignem admoueri, & adhuc ſpirantẽ torreri in ſartagine. Nos ſermone uernaculo patellã dicimus, inter ueterum ſupellectilem etiam connumeratam: uerũ ad alios uſus, nec talis, qualem habemus, fuerat, ut compluria alia apud antiquos. Iuuenalis:

Patella.

Vrceoli, pelues, ſartago, patellæ.

Τήγανον. Λοπάς. Patina. Græcè τήγανον ſartago, λοπὰς patina dicitur. Eſt autem à patina uaſis genere per diminutionẽ. Terentius: Iamdudum animus eſt in patinis.

Patinarius. De patinarum luxu multa Plinius, Macrobius, & Suetonius proſequuntur. Hinc eſt Patinarius, in patina conditus. Plautus:

Vel patinarium, uel aſſum uerſes quo pacto lubet.

Sycoton. Sycoton uerò, hoc eſt ficatum iecur, aprugnum aut ſuillum uocant, è ſue præſertim fico paſta, quod mirati ſunt ueteres, quemadmodum: Non ſine farre Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi.

Vnde ficato nomen.

TESTVS.

Saluiata. Teſtuaceum. Solum. TEſtus, ſub quo teſtuacea, ſpiræ, ſaluiata ex ouo, lacte: ſaluia, polline, ſuccaro, ſtriblitæ, muſtacea in nuptijs, & placentæ coquuntur. Eſt autem Teſtuaceum, condimentum ex uarijs eſculentis. à teſtu, ſub quo calido coquitur, ut ſcribit Marcus Varro in libris linguæ Latinæ. Id autem uas ex ætate patens quod teſtuacea continet, & prunis ſuppoſitis percoquit, Solum noſtri Parmenſes appellant, nam ſolum quicquid ſuſtinet. Martialis de ſoleis calceorum intelligens:

Pictorum ſola baſiate regum. Vergilius de pelago: Subtrahiturq; ſolum.

Quin & panicias mẽſas Solũ uocauit in vij. Aeneid. Et cereale ſolum pomis agreſtibus augent.

Clibanus. Eſt tamen propriè terra, authore Pompeio. Nonnulli teſtum clibanum dici poſſe à nobis exiſtimauerunt, cum clibanus etiam furnũ notet: citant in hoc Pliniũ de lino in

decimonono ſic ſcribentem: Corticeſq; decuſsi clibanis & furnis præbent uſum. Vnde panis qui à nobis teſtaceus, à Græcis κλιβανίτης dicitur. κλιβανίτης.

CRATIS.

CRatis, cuius diminutiuum eſt craticula, ad offellas porcinas, carneſq; piſcium imprimis apud nos aſſandas è ferro cancellata paratur, & prunis imponitur. Hinc Iuuenalis: Craticula.

Sicci terga ſuis rara pendentia crate.

Martialis in Apophoretis:

Parua tibi curua craticula ſudet ofella,
Spumeus in longa cuſpide fumet aper.

Offa nanq; fruſtum eſt carneum. Vnde eſt: Offa.

Et patruo ſimiles effunderet offa. *Vergilius:*

Melle ſoporatam & medicatis frugibus offam.

Et Marcus Cato: Sæpe, inquit, audiui multa inter os & offam interuenire poſſe. Quod uetus eſt adagium, idem ſignificans quod Græcus ille παροιμιώδης, hoc eſt prouerbiō tritus uerſus: Inter os & offam, Prouer.

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

Id eſt, multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra, monens de craſtino non eſſe ſperandū. Vnde & nos quodam epigrammate:

Plurima ſæpe cadunt inter labra ultima & offam,
Ac fugitiua uolant gaudia, cura manet.

Offam dicemus quoq; cibarium ex fruſtis panis in iure pingui, caſeo uetere, pipere, & cinnamomo conditis, quam non ineleganter Iuſſulatam & Caſeatam nuncupabimus: at Offulam & Ofellā per diminutionē fruſtulum, critq; porcina à porco, quam in ſartagine, craticula, Iuſſulata. Caſeata offa. Offula & Offella porcina, uitulina.

& prunis coquimus: Vitulina à uitulo, quam præ cæteris ad ignem uerubus uerſantes, ad eſcam paramus. Pulpulas & pulpellas nunc popinæ appellant.

Pulpulæ. Pulpellæ.

VERV.

Veru cuſpis eſt ferrea, qua carnes ad ignem torrere ſolemus. Vergilius:

Pinguiq; in uerubus torrebimus exta colurnis.

Seneca: Graciliq; trāſiecto ueru mugire fibras uidi. Et Petronius: Veru extis ſtridētibus plenum. hinc telum ad eius ſimilitudinem factum ueru etiam nominarunt. Andinus Vates:

Et tereti pugnant mucrone ueruq; ſabello.

Veruta. Vnde Veruta haſtulæ, quòd ueruа habent præfixa. A uerſando autem nomen accepit, ut notat Marcus Varro. nam ad ignem iugiter uerſatur. Scribit Plutarchus, Thebanos publica impenſa tumulaſſe Epaminundam, quòd in mortui ædibus, propter paupertatem, nihil præter ueru ferreum fuiſſet inuentum, id quod etiam repetit Frontinus.

TVDICVLA.

Cochleare. Tudicula à tondendo, licet aliâs ſignificat ſtylum, quo uaſis ſigna imprimimus. Cochleare maius dici poteſt, quo utuntur coqui & ancillulæ ad complura condimenta paranda. De cochlearibus ad menſam ſupra dictum eſt, quæ & minora ſunt, ex orichalco argentoue ut plurimum cuduntur. E ligno quoque cauantur ad menſas & uſus ruſticorum, ac tenuioris cenſus hominum, in oppidis etiam degentium. Vtuntur & coqui cochlearibus maiuſculis è ligno uel ære aut ferro ad carnes, iuſcula, & pulmentaria è cacabo extrahenda, &

in lancibus uel ſcutellulis ponenda, ut ad menſam portentur. Eccleſiaſtici ſcriptores ad id inſtrumenta nunc Fuſcinulas, nunc Creagras appellare uidentur. De T*u*-*dicula* Cato in re ruſtica: Igni, inquit, bene coquito, T*udicula agitato crebro, uſq; adeò dum fiat tã craſſum quàm mel.* Fuſcinulæ. Creagræ.

PYXIS.

PYxis *uaſculum imprimis è buxo, nam erit etiam ex qualibet materia, ut Quintilianus oſtẽdit.* Neoterici *buxolam uocitant, quia* πύξος *Græcè, latinè buxus. Apuleius de Aſino aureo, lib. iij. Arcula quadam recluſa pyxides pluſculas inde depromit. Pyxis et* ὑποκοριστικῶς *Pyxidula, Pyxideculaúe, in domo pluribus ſeruiens culinæ danda eſt ad aromata, quibus in pulmentarijs utimur: ex argento quoq; cælata diuitum mẽſis cum pipere, croco, & cinnamomo infertur.* Pyxis. Pyxidula. Pyxidecula.

CVLTER.

CVlter *è ferro cuditur, & cotibus paratur ad uſus coquinarios. Apuleius de coquo: Deſtinatæ etiam lanienæ cultros acuebat. Cultro popinario interemptus eſt in ſeditione pater Lycurgi legũlatoris apud Lacedemonios, ut ſcribit Plutarchus. Idem ſacrificijs adhibebatur. Silius:* Culter ad ſacrificia.

Centum cadat hoſtia cultris.

Vnde cultrarij, uictimarij, qui & Popæ, uictimarum immolatores. & cultro carnes lanij uendentes diuidunt. Præterea cultro uenatores utuntur: hinc uenatorius dictus, de quo Martialis: Cultrarij. Popæ. Venatorius culter.

Si deiecta gemes longo uenabula roſtro.
Hic breuis in grandem cominus ibit aprum.

Et Suetonius ſcribit in Auguſto:In cubiculo eius li-
xam noctu inuentum fuiſſe cultro uenatorio cinctum.
Et in Caligula,Reperti,inquit,& equeſtris ordinis duo
in publico cum dolore & uenatorio cultro præſtolãtes.
Nouacula. Eſt & tonſorius culter,qui nouacula.

TYROCNESTIS.

Tyrocneſtis ferreum inſtrumentum ad coquinam,
quo aſperoſe foraminato,caſeus minutim diſtri-
tur. Vſus eius ad alia permulta diſterenda, quibus co-
Τυρός. qui in pulmentarijs & teſtuacijs utuntur.τυρός græcè,
latinè caſeus appellatur.

MORTARIVM.

Mortarium uas lapideum eſt, ſiue æreum ex
Cuprum. ære, imprimis cyprio, quod & Cuprum uul-
gò,in quo tundunt teruntúe piſtillo, ut author eſt No-
nius, quæ reſoluenda ſunt.Plinius in xxxiij. Aereis mor
tarijs piſtilloq; trito minio ex aceto.Plautus in Aulula-
ria:Cultrum,ſecurim, piſtillum,mortarium, quæ uten-
da uaſa ſemper uicini rogant:In mortario coquinario,
Moreta. Intinctus. ex diuerſis rebus ſimul tritis, moreta (quæ intinctus,
Embamma. embammata: nam ἐμϐάπτω intingo) intrita,nutrimen-
ta,& protrimenta uarij ſaporis & coloris plurifariam
Piperatum. condiuntur : ueluti à pipere piperatum, album & ſub-
Sinapium. ruffum. Sinapium à ſinapi, Alliatũ ab allio: & quo per
Alliatum. Omphacinum. æſtates utimur ab Omphacio omphacinum . Piſtillum
Piſtillum. ipſum è ferro uel ligno erit, quo herbas,piper, allium,
iuglandes,& id genus plurima, coqui & ancillæ terere
ſolent ad condimenta.Vergilius in Moreto:

Dextera piſtillo primum fragrantia mollit
Allia, tunc pariter mixto terit omnia ſucco.

Pila item, in qua aliquid cuditur. Plinius de auro: *Quod ad pilas cudunt, apilaſcudem uocant. Item, tunditur in pila, deinde tenui cribro ſecernitur, poſtea mollitur, ac deinde tenuius ſic cribratur.* Pila. Lib.33.cap.4.

MOLAE.

Molæ dicuntur, quòd his ueluti quadam mole res minutatim frangantur. Præcipuus eſt earum uſus in moletrina, quod piſtrinum antiqui, triuiales nunc molendinum. Ab aſinis aſinariæ à maioribus dictæ. Molis *utuntur & plurimæ officinæ, coqui etiam ad intinctus faciendos. Hæ minores ſunt, quas à manu Manuarias, à trudendo truſatiles appellabimus,* Volſi*nijs, ut uolunt, primo inuentas.* Alij *molam, quòd Græci* μύλον, *unde* Amylum, *ſine mola factum ex tritico, in inſula* Chio *primo inuentum.* χειρομύλον *mola manualis.* Mylœcon *quoq;* Blattæ *genus dicitur, quia (* Plinio *teſte) circa moles ferè naſcitur.* Catillum *ſuperiorem, metam inferiorem (poſtquam ſua cuique neceſſarium eſt dare nomina) uocitabimus, authore* Paulo *iureconſulto.* Ego *uerò potius metam ſuperiorẽ, catillum inferiorem dixerim. Sed iam in coquina ſatis manſitauimus, in qua furnum etiam eſſe faciendum multi uoluere, & ad panem coquendum, & ad carnes ſæpicule aſſandas.* Tutius *tamen erit, me architecto, propter ignis periculum extra ædes, quæ magno ædificantur, illum habere.* In *domuncula igitur, nec quidem contigua, ſed uicina, furnus (ut* Fœnilia *quoq; &* Lignilia*) commode ponendus ueniet.* A *furuo autem, quod eſt atro, teſte* Pompeio, *nomen accepit, cuius os patens*

Moletrina. Piſtrinum. Aſinariæ molæ. Manuariæ. Plin.li.36.c.18. Truſatiles. Μύλος. Amylum. χειρομύλος. Lib.29.c.ulti. Mylœcon. Catillus. Meta. Furnus. Fœnile. Lignile.

Præfurnium. Præfurnium quidam nominauere. Antiqui fornacem in piſtrinis habebant farinarijs, & Piſtores dixerunt, qui Piſtores. frumenta pinſebant, & qui panem faciebant: nunc Pi- Piſtrinarij. ſtrinarij. Martialis de Cipero piſtore:

Et panem facis, & facis farinam.

Hi, ut ſcribit Plinius in. xviij. non fuerunt Romæ ad Perſicum uſq; bellum, annis ab urbe condita quingentis octoginta. Ipſi Quirites panem faciebant, mulierumq; id Panificæ. opus erat, quæ inde panificæ dicuntur, ut factura Pani- Panificium. ficium. Furnus à Græcis κλίβανος, qui & Teſtus dici κλίβανος. tur. Hierony. omnes adulterantes quaſi clybanus ſuccen Teſtus. Infurnibulum. ſus à coquente. Ad cuius uſum Infurnibulum ipſe pa- lam dixerim, qua panes in furno diſponunt: nam Ruta- bulum eſt à proruendo igne, ut panes coquãtur, in qui- bus adſurgit interdum puſtula hectæ nomen adepta: à qua accipitur res nullius pretij cum dicimus, non hecte Rutabulum. Hecta. te facio, author Pompe. Sed uide Rutabulum ſit potius Rutrum. à Rutro inſtrumento, quo aliquid eruimus & extrahi- mus. Coquinæ uerò Gynæcium, ut ſtatim ſubiungerem, me inuitauit panificij mentio, quod mulierum (ut dixi- mus) opus fuerat: ueluti nunc quoque apud nos, & cæ- teros, quibus non ſunt frequentes piſtrinarij. Hinc igi- tur γυναικεῖον in illud iam pateſcens introëa- Μισογυνία. mus, quod perfugiũt ij, qui μισογυνοῦσι, hoc eſt, odium in mulieres exercent, quale in Euripide & Orpheo poſt amiſſam Eurydicen fuiſſe, memoriæ proditum eſt.

GYNAECIVM CAPVT V.

GYnæcium locus eſt in ædibus ſolis mulieribus ad habitandum datus. Plautus in Maſtellaria: Dare uolt uxorē filio quātum poteſt ad eā rem facere, uolt nouum Gynæcium. Dicitur & γυναικωνίτης. Gynæconitis. Aemylius Probus in procemio operis: Materfamiliâs apud Romanos primum locum tenet ædium, atque in celebritate uerſatur, quod multo aliter fit in Græcia: nam neque in conuiuium adhibetur niſi propinquorum, nec ſedet niſi in interiore parte ædium, quæ γυναικωνίτης appellatur. Fit autem ob οἰκέω, quod eſt habito. Vnde οἰκέω. οἶκος domus dicitur. hinc οἰκονόμος adminiſtrator οἶκος. rei familiaris. οἰκονομία, adminiſtratio rei domeſticæ. οἰκονομία. σύνοικος cohabitator, & γυναικὸς mulier eſt. Ἀνδρωνῖτις σύνοικος. autem eſt uirorum. Vnde Alexander Moloſſius dicere, ut ferūt, ſolitus eſt, ſe in ἀνδρωνῖτιδα: Alexandrū Macedonē γυναικωνῖτιν profectū, cum ille aduerſus Italos gentē bellicoſiſſimā, Hic in Perſas & barbaros imbelles exercitum duxiſſet. Vitruuius in ſexto: Andronites dicuntur, quòd in his uiri ſine interpellationibus mulierū uerſantur. Ἀνὴρ enim Græcè uirum notat: Ἀνὴρ. hinc ἀνδρόγυνος, qui Hermaphroditus ex uiro & Ἀνδρόγυνος. fœmina, ut ſcribit Plin. de quo Pulex poëta eleganter: Hermaphroditus.

Cum mea me genitrix grauida geſtauit in aluo
  Quid pareret fertur conſuluiſſe deos,
Mas eſt Phœbus ait, Mars fœmina, Iunoq; neutrum,
  Cumq; forem natus, hermaphroditus eram.
Quærenti fatum Iuno, hic ait occidet armis,
  Mars cruce, Phœbus aquis, ſors ſua quæq; tulit.

Arbor obumbrat aquas, aſcendo, decidit enſis
Quem tuleram, caſu labor & ipſe ſuper,
Pes hæſit ramis, caput incidit amne, tuliq́;
Fœmina, uir, neutrum, flumina, tela, crucem.

SPECVLVM.

Purpuriſſus. Ceruſſa. Tetanothra. Volſellæ. Pſillothrum.

Speculum imagines reddit: eo præſertim utuntur fœminæ plurimum temporis (cuius apud illas minima creditur iactura) conterentes: dum purpuriſſo rubore genarum & labiorum, ceruſſa candorem colli, papillularum, & oris mentientes: dum Tetanothris in facie cutem erugantes: dum Voſellis Pſillothroq́; pilos uellentes, dum crinem adulterinis coloribus, ut inquit Cyprianus mutantes: dum reticula aurata comis illis (quas etiam inſolare, hoc eſt, ad ſolem dealbare conſueuerunt) implentes, dum caput gemmis radiantibus ornantes, & margaritis translucentibus uenuſtantes: dum ueſtes componentes, ne rugas indecenter emittant, & mundo placere & laudari ſtudent. Cum non tantum ueſtimentorum nitor, concinnitas, & auri magnitudo, gemmoſaq́; monilia ualeant ad mulieris laudem, quantum modeſtia in rebus & boni mores, ut Ariſtoteles, Oeconomicorum ſecundo ueriſsime & catholice ſcriptum reliquit. Facetiſsime dixit Plautus in Moſtellaria: Formoſæ mulieri nil eſſe opus ſpeculo, cum ipſa ſpeculo ſpeculum ſit maximum. Vtuntur & pectine dentato ad comam explicandam, & auriſcalpio, dentiſcalpioq́;, de quibus infra dicemus. Calamiſtro quoque cuſpide ferrea, qua in cineritijs prunis calefacta per Ciniflones (qui cinerarij) antias imprimis (crines à fronte pendulos) caproneaſúe anteuentulos, criſpant

Ciniflones. Cinerarij.

ad decorem, & diſcerniculo quo ante frontem capillus ad diſcrimen diuiditur. Acu etiam crinali ad comas tortas, cincinnos, & reticula bombicina continenda in lege & ſtatione: & qua caput ſcalpunt, cinaſona, ſapone gallorum inuento, mattiacisue pilis odoratis, & lixiuio ad rutilandos capillos. Innumerabiles præterea reſculæ ſunt, de quibus ſcribere diffuſius ſuperſedi. Adde quòd uelle omnia recenſere, quæ matronarum mollis ornatus, quæ luxurioſus cultus expoſcit, longum eſſet & ſuperuacuum. Multa ad ornatum, plurima ad oris decorem pertinent. Huius gratia gumi, ceruſſa (quam Strabone authore Troglodytarum fœminæ ſibi diligenter inducunt) melinum, ſtibium, purpuriſſus, lomentum, fucus, alumen, lac aſininum, ſmegmata, dentifricia, pſilothrum, dropax, tetanothra, uolſellæ, calliblepharum, coſmotica ad capillos ue nuſtandos. & compluria alia parantur pigmenta. Illius uerò cauſa, gemmæ interdum aureis umbilicis ad ornatum capitis, pectoris & brachiorum comprehenſæ. Margaritæ (quæ & baccæ, unde monile baccatum) uniones, elenchi, crotalia, coralium, ſuccina, æſopa, murenulæ, ſpirulæ, monilia, ſtrophia, caſtulæ (quæ perizonia & præcinctoria) inaures, ſtalagmium, reticula, mitellæ, capital, calantica, redimicula, faſciolæ, galericuli, calyptræ, plagulæ orbiculares cancellatæ, frontalia, dextrocheria, torques brachialis, annuli gemmoſi: Veſtes bombicinæ argento, auro diuiſæ, periſcelis, armillæ, galbea, ſpinter, leria, ſpatalia, ſemicinctia (quæ & uentralia) auro fimbriata, ſoculi, crepidulæ ſuberatæ, gemmis interdum uariegatæ,

Crinalis acus. Cincinni. Cinaſona. Sapo. Mattiacæ pilæ. Baccæ. Caſtulæ. Semicinctia. Suberatæ crepidulæ.

matronã dimidia maiorem referentes: & id genus pluri-
Mandus mulie bris. *ma coëmuntur.* Adeò *ut quicquid mũdus muliebris uo-cabatur, ſarcinæ uiriles ſint, minus dico, etiam, ut inquit Seneca, militares. & ita quid addant ad cultũ nõ habent amplius, nec excogitare poſſunt fœminæ, niſi ueſtiũ cre-bras, & prope quotidianas ex forma ſpecieq; mutatio-nes, quales hodie induunt etiã in proſtibulis diobolari-bus damnandas, quibus in ſummo patẽtibus, ſit ut expa-pillato pectore, ne adulteris quidẽ plus ſui in cubiculo, quàm in publico oſtendant.* Hinc *ad reliqua quibus uti-lius, & ſibi & maritis operantur, traſeamus: dicturi*
Lanificium. *primo de lanificio, quod caſtas matronas impenſius de-cet.* Vnde Titus Liuius, & Ouidius, *ut pudicam oſtende rent, inuentam ſcripſere Lucretiam à uiro Collatino, iu-uenibusq; Tarquinijs inter lucubrãtes ancillas lana ope rantem. &* Diuus Hieronymus *inſtituẽs uirginẽ* Deme-*triadem:* Habeto, *inquit, lanam ſemper in manibus, uel ſtaminis pollice fila deducito.*

COLVS.

C*Olus penſa continet, è quibus fuſo fila ducuntur, in cuius ima parte apponunt, ut facilius & me-lius nere poßint. id quod pertuſum & rotundum per*
Spondylus. *quãdam ſimilitudinem* Spondylum *dicemus, & ferè ab*
Verticillus. *effectu* Verticillum. Plinius *de* Electro: In Syria *quoq;*
Fuſus. Lib.37.capi. 2. *fœminas uerticillos inde facere, & uocare* Harpaga,
*Plin.li.7.c.56. *quia folia & paleas ueſtiumq; fimbrias rapiat.* Fuſum *
Cloſter Arachnes filius, ipſa uerò linum inuenit. Hunc *pollice infimi & indice digitis uerſando nentes, fila de-*
* in lanificio. *ducũt.* Nent *etiã ad tramã * lanitiũ fœmellæ machinulã*
Rhombus. Alij Rhumbus. *quandam uerſantes, quam* Rhombum *non ineleganter appellabimus:*

appellabimus:unde Propertius de Rhombo magico:
Staminea Rhombi ducitur ille rota.

Sed meo periculo etiam uerticulum hoc nomine ſigni ficabis, à ſpecie rhombi militaris, quo uerſatili utuntur ad fila in glomera præſertim digerenda.Penſa à pendendo ſignificant lanæ liniúe manipulos,quos nondum neuit manus, ſuper colum corpulentam extenſos uel extendendos.Ouidius: Penſa.

Lumen ad exiguum famulæ data penſa trahebant.

Fila quoq; denotant.Vergilius de textrice:
Excuſsi manibus radij reuolutaq; penſa.

Satis conſtat Hamis ferreis prius pectenda & ad ſtamen interdum:& ferè ſemper ad tramam.Per Linum autem intellige,& genus illud candidiſsimum ex Aegypto, quo noſtræ mulieres Parmēſes præ cæteris ad colum impendio delectantur,& plurimum inde lucrificiunt.Cottonum nonnulli & Carbaſum per coniecturam uocant. Bambacium uulgares.Indocti Bombicem,literati Xylon ſiue Goßipion: hinc Goßipinæ & Xylinæ ueſtes olim Aegypti ſacerdotibus gratiſsimæ. Penſa ipſa Quaſillis continentur,quæ à Qualis per diminutionē,Calathi etiā Græcè dicti ſunt.Romani ueteres quaſillum Thalaſionē appellarunt, ut ſcribit Varro, unde Thalaſij nomen in nuptijs frequentabant ad lanificium nouas nuptas inuitantes, ut referunt Pompeius & Plutarchus in Problematibus.Huic accedit quod nubentes uirgines comitabatur colus lana compta & fuſus cum ſtamine. Hami. Linum. Cottonum. Carbaſus. Bambacium. Bombyx. Xylon. Goſſipion. Quaſilli. Quali. Calathi. Thalaſio. Thalaſius.

ACVS.

Acus ad ſuendum parantur, & ornandum,ut notat Pompeius.Hæ in ſummo pilulam habent,illæ

ſoramen, quibus utuntur ſutrinæ officinæ & Phrygiones, qui acu pingunt, à Phrygibus inuentoribus dicti, noſtri ex re acupictores uocitant. Acum ipſam, licium, id eſt, filum duplex trahentem (quod Ruſum) impellunt anulo punctato, quem medio addentes digito Digitale nuncupant. aliâs digitorum eſt tegmentum. Vtuntur & Forficibus ad pannos ſecandos, ut in ueſtes componant ſarcinatrices (quod Pallas prima docuit) & domi ad plurima matronæ, ut uidemus. Sed hæ uerius diminutiuè Forficulæ dicentur. Forcipe autem à Cynira primo inuenta, forma, id eſt, calida fabri ferrarij uerſare conſueuerunt. Vnde formidus Catoni calidus, authore Feſto. At Forpex quæ rectius Forpicula, cum paruula ſit ad capillos tonſoribus datur. Texendi uerò artem, ad quam pertinent tibicines, liciatoria, radij, pectines, glomera (quæ inuolucra) pannus, forago, ſtamen, trama, ſubtegmen, uerticuli, & complura alia conſulto prætermittimus. Raræ, imò nullæ, diuites matronæ, illuſtres reginæ (quibus ſolis γυναικεῖα ponuntur) textrices inuentæ, niſi interdum relaxandi animi gratia ad zonulas, reticula, & alia nugamenta. Cum in hoc Aegyptiorum, ſiue Palladis (ut eſt apud Platonem) inuento ſeſe exerceant paupérculæ mulieres, quæ in gurguſtiolis noctes dieſq; radio & pectine uictum quæritant. Mibi præterea animus eſt de artificibus, eorumq; inſtrumentis opus incœptum, ad umbilicum adducere, in quo diligens lector, & curioſus rimator, & ſcrupuloſus indagator cõpluria inuenies, quæ nunc forſitan hic, & alibi interlegendum non addita culpabis. Ipſorum autẽ artificum, & eorum præcipuè, qui fœmellis aut ſeruiunt aut per-

Phrygio. Acupictores. Licium. Digitale. Forfex. Forficula. Forceps. Fornum. Formidus. Forpex. Forpicula. Texendi ars. De artificibus opus.

placent, uiſum eſt (ne quod diximus uaniſsimum crederes) hæc paucula nomina ſubnectere: aurifices, argentarij, bractearij, gemmarij, cælatores, ſcalptores, fictores, lanarij, ſericarij, linteones, textores, polymitarij, fullones, infectores, lanifici, carminatores, pannicularij, pelliones, ſarcinatores, patagiarij, limbularij, phrygiones, reticularij, zonarij, ſutores, calceolarij, crepidarij, uitrearij, tornatores, cupedinarij, inſtitores, circitores, nugiuendi, & præſtigiatores: inter artifices tamen non numerandi, qui interiecto uelo ſupra id ipſum minutas quaſdam nobis oſtentant imagunculas, quaſi puppas loquaces ac omnimodas geſticulatrices, rixantes inter ſe, concurſanteſq́; per ludicrum, ut quotidie uidemus. Sed præterea geomantes, chiromantes, metopoſcopi, diuini, ſortilegi, & ſomniatores, coniectoreſue, qui ut plurimum theſauros indicant, & Mydæ, Craſsi, Luculli, Pelopiſq́; diuitias his pollicentur: à quibus tamen ipſi uix palliolo tenus diuites obolos petunt. Præſtigiator.

CVNABVLA.

CVnabula gynæcio iure danda ſunt ad infantium lactentium quietem & educationem: quam præſtare debent mulieres omnes, etiam ſi reginæ fuerint, lacte ſuo proprios filios nutriendo, ut ſint integræ matres, ut eorum magis dilectrices: ut liberi quoq; ipſarum maiore deſyderio & pietate teneantur. Infantis nanque aliorſum ex oculis illa amolitio uigorem maternæ flagrantiæ ſenſim atque paulatim extinguit: ipſe uerò affectione erga ſolam nutricem occupatur. Ac propterea quicunque ita nutritus matrem diligere uidetur: Educatio infantium.

amore non naturali, ſed ciuili & inopinabili diligere exiſtimatur. Adde quòd *non fruſtra creditum eſt, ad fingendas animi corporiſq; ſimilitudines lac, quemadmodum & ſemen, plurimũ conferre*. Cauendũ igitur *eſt ad lactandum ingenuum bene ingeniatis primordijs, quæ adhibetur, ne ſerua ſit, aut ſeruilis: & (ut plerunq; aſſolet) externæ aut ruſticanæ nationis, ne informis, ne impudica: quod præſertim in fœmella obſeruandum*

Lib.12.cap.1. *eſt: ne denique temulẽta, ut refert* Aulus Gellius *in noctibus* Atticis. *Si lacte ouium alti hœduli pilo teneriore: & ſi caprarum agni lana duriore ueſtiuntur, quid boni*

Lac nutricium. *uel mali exiſtimas lac nutricium puerperis allaturum? Quæ non poteſt igitur lactis inopia, bonis moribus & ciuilibus præditam nutricem, ad lactandum filium conducat, quem uagientem flentemúe, cunarum motu, crepitaculis, puppis, cantu, & (ſi ætas requiret) munuſculis demulcebit*. Quæ *poteſt, ipſa lac præbeat, ipſa ubera diſtenta admoueat*. Non enim *fœminis natura (quæ*

Mammæ. *nihil unquàm fruſtra) mammas quaſi quoſdam uenuſtiores neruulos ornandi pectoris cauſa, ſed liberorum*

Papilla. *alendorum gratia hinc inde affixit: è quibus* Papilla, *per quam lac tranſmiſſum, educitur*. Admonendi *obiter ſunt parentes, ut die* Luſtrico *liberis ſuis in baptiſmo nomen generoſum imponant, ad hominis dignitatem non nihil*

Nominum pueris imponendorum ratio. *adijciens: qualia ſunt* Valerius, Saluius, Fulgentius, Cato, Prudentius: Timotheus, *honor dei*: Chariſius, *gratioſus*: Theodorus, *dei donum*: Athanaſius, *immortalis*: Chryſoſtomus, *os aureum*: Polydorus, *multi muneris*: Euthicus, Fortunatus & Fauſtus: Macarius, *beatus*: Macrobius, *longæuus*: Pamphilus, *totus amans*: Ptolo-

meus,pugnator: Theophraſtus, diuina eloquentia prædi-tus: Dorothea, dei munere data: Clycerium, dulcis amor: Agatha,bona: Camilla,ingenua: Polyxena,multum admiranda uel hoſpitalis. Adde quod interdum diuinare eſt nomen imponere, quod ſit morum atque fortunæ indicium. Caueant.præterea ne pueri cum trimatum exceſſerint,immodice cibis & quiete utantur. Nam Gell.li.4.ca.19. *pueros impuberes compertum eſt ſi plurimo (ut ille inquit) cibo nimioq; ſomno uterentur, hebetiores fieri, atque hinc elici tarditatem,ac eorum corpora improcera fieri, minusq; adoleſcere. Cunabula autem,cunas,& le-* Cunabula. *ctulos appellamus, ubi in crepundijs, hoc eſt linteolis,* Crepundia. *ueſtibus,bullis,faſciolis,& id genus cæteris puellos nutricare conſueuerunt. Plinius in undecimo: Semeſtris locutus eſt Crœſi filius in crepundijs, quo prodigio totum id concidit regnum. Fœminas uerò ipſas ex partu recentes,Puerperas teſte Proculo iureconſulto, nuncupamus,* Puerpera. *& quod enixæ fuerint, Puerperium. At mulier quæ in* Puerperium. *ſecundis deducendis,in conuerſione uuluæ, & reliquis, puerperæ operā auxiliatricem præſtat, uel certe puerperijs,ne laxatis uteri genitalibus clauſtris,in terram defluant, Obſtetrix dicitur: nam ſeruiens domi ancilla ad* Obſtetrix. *ornatum dominæ,Coſmeta nominatur. Vt librarias,gerulas,nutrices,ueſtiſpicas,internuntias (quæ mediatrices) omittam,ſeruos etiam paternos,alumnos,formoſos aſſeclas, procuratores, calamiſtratos, & in longam, ſecuramq; libidinem exectos ſpadones (ſub quibus nominibus,ut inquit Hieronymus adulteri deliteſcunt,ita ut ſæpius maritorum quantula ſit portio) hoc ſolum pro affectatæ breuitatis neceſſitate ſufficiat. O nos fœlices ſi* Coſmeta.

ſine uxoribus eſſe poſſemus:ſed non niſi fœliciores quibus contigit pudica,dulcis, prudensq; tori genialis ſocia & coniuga:qualem L.*amabiliam me adeptum* Deo *maximo optumoq; optumorũ opitulatori gratißimas ago gratias, quam id horæ cubiculum intrantem nõ poſſum non ſequi,& ipſum mox cubiculum proſequi.*

CVBICVLVM, CAPVT VI.

Cumba. CVbiculum,*quod à cumba (quam lecticam Sabini uocabãt) deductum uidetur authore* Pompeio: *antiqui à cubando locũ dixere, ut ſcribit* Varro, *ubi ſtratis cubilibus, id eſt lectis cubabant.* Seneca *ad* Lucilium: *Quid proſunt multa cubicula, in uno iacetis.* Iuxta *quam ſententiam ipſe uno contentus ad excuſationem hæc adijciam:* Qui *multa uult cubicula,qui plures cœnationes, qui culinas, & cætera, ponat ut lubet, ſingulorum habebit archetypon.* Neoterici *dormitoriũ* Camera. *cubiculum cameram appellant, qua dictione etiam uſi ſunt ueteres,ſed in alio ſignificatu, nã cameræ tecta ſunt deuexa & incurua, ut teſtantur* Seruius & Marcellus.

Concamerare. Hinc Concamerare.*Papinius in ſyluis.*

Effulgent cameræ uario faſtigia uitro
In ſpecies animosq; nitent.

Nam uitrum cameris addi cœptum ſcribit Plinius & *Seneca ad* Lucilium *decimotertio:Niſi uitro inquit, ab-* Teſtudo. *ſconditur camera.*Fiunt *autem per teſtudinem, quæ in ædificijs dicitur ſolarium deuexum, à forma teſtudinis aquaticæ,ut author eſt* Nonius.Vergilius:

In foribus diuæ media teſtudine templi.

Nonnulli fornicem dixere, à Democrito ut uolũt, ex= Fornix.
cogitatum. Hinc Fornicari eſt aſſumere ſpeciem fornicis, Fornicari.
id eſt curuaturæ. Pli. in xvj. Populus contra omnia infe=
riora pandatur, palma econtrario fornicatur. Fornicem
aliâs lupanar uocamus, à fornicibus & criptis, in quibus
proſtabãt meretrices. Hinc Fornicariæ: & Fornicari me= Fornicariæ.
retricari eſt, ſoluto cũ ſoluta coëunte, ut diſtingunt theo Fornicari.
logi. At uiri & uxoris ad dormitionem locus, Græca di=
ctione θάλαμος nuncupatur: inde ἐπιθαλάμιον ſa= Thalamus.
cer hymnus in nuptijs, quale Apollo primus cecinit, cum Ἐπιθαλά-
Thetis Peleo nupſit. A cubiculo uerò cubicularis ueſtis, μιον.
& Cubicularij, quos ad miniſteriũ cubiculi habere præ= Cubicularis ueſtis.
ſertim principes cõſueuere. Vitruuius, κοίτην thalamũ Cubicularij.
uocat, unde προκοίτων antithalamum dicemus, ut apud Κοίτη.
Pli. in epiſt. niſi legendum ſit proceſtrium, ut notauimus. Προκοίτων.

LECTVS.

LEctus in quo cubantes quietẽ capimus, uel à colle=
ctis herbis, ut antiqui factitarunt, unde & Torus: Torus.
uel potius quòd fatigatos labore diurno mortales ad ſe al
liciat, authore Põpeio. Fulcri quoq; nomen ſortitur. Ser= Fulcrum.
uius Fulcra ſummas lectorum partes interpretatus eſt
apud Vergilium illud:

Fulgent genialibus altis   Laurea fulcra toris.

Ipſe uerò exiſtimauerim fulcra, uel ipſam ſtructurã,
uel ſpondas toralis ſtructuræ ſignificare: à quibus faſciæ
quæ lora apud maiores dicebantur, ueluti nunc apud Lora.
nos aſſerculi ligna quadrata, tabellis ingeſtis, culcitras,
lintea, & reliqua lecti ſtragula ſuſtinere ſolent, cum Ful
cire ſit ſuſtinere. Aulus Gellius de flamine loquens: Neq; Fulcire.
apud eius lecti fulcrum capſam eſſe cum ſtrue aut ferro

oportet. Suetonius in Claudio: Adhibebant omni cœnæ & liberos ſuos cum pueris puelliſq; nobilibus, qui more ueteri ad fulcra lectorum ſedentes, ueſcerentur. Non improbandã tamen cenſeo illorum opinionem qui fulcra

κλινοπόδια. lecti pedes dixerunt: hi Græcè κλινοπόδια, nam κλίνη lectus, & κλινίδιον lectulus. Clinopalen Domitianus

κλίνη. coitus frequentiam & aßiduitatem uocabat, uelut lecti

κλινίδιον. palæſtram. A lecto Lectiſtrator erit lecti cõcinnator: ue-

Clinopale. luti à lectiſternio Lectiſterniator apud Plautum: & Le-

Lectiſtrator. Lectiſterniator. ctica à lectulis nomen accepit, qui in ea cũ puluillis ſter-

Lectica. nuntur. Inde Lecticarij, qui lectica hexaphoro, tetrapho-

Lecticarij. ro, uel octophoro tam peregre, quàm in urbe, rure, ſeceſ-

περιφορητός. ſuúe dominos portant: unde περιφορητοὶ, quaſi circumlatiles, quòd lectica circumferantur, dici poſſunt.

SCAMNVM.

Scamnum & Scabellum quid ſignificent dilucidè oſtendit Marcus Varro in libro linguæ Latinæ, ubi ait: Qua ſimplici ſcanſione ſcandebant in lectum nõ al-

Scabellum. tum, Scabellum: in altiorem, Scamnum. De ſcamno aliter ſupra. Subijcitur & pedibus. Ouidius in arte:

Et caua ſub tenerum ſcamna dediſſe pedem.

ὑποπόδιον. Vnde quod Græci ὑποπόδιον, Latini & ſuppedaneum & ſcabellum appellant.

CVLCITRA.

Culcitra ad quietem parata dicitur, quòd in ea to-

Tomentum. mentum, raſura è pannis lineis à fullone carduis detracta, inculcetur. Macrobius in Saturna. de dicterijs Auguſti: Relata inquit, ad ſe magnitudine æris alieni, quam quidam æques Ro. dum uixit, excedentem ducenties celauerat, culcitram emi cubicularẽ in eius auctione

ſibi iuſsit,& præceptum mirãtibus hanc rationem reddidit. Habenda eſt ad ſomnum culcitra, in qua ille cum tantum deberet dormire potuit. Per hyemem plumea culcitra commodior, æſtate lanea uel goßipio repleta (quæ Matta) utilior habetur. Et talis qualem Senecæ Attalus præceptor laudare ſolebat, quæ corpori reſiſteret,& in qua ueſtigium apparere non poſſet. Ad hoc nõnulli culcitrã è corio uentoſis follibus ſpiritu tumefactam ad cubitũ ſubſternunt, & follis nomine appellant. Tomentũ uerò ipſum farcimẽ dicetur culcitræ ex quacũq; re, ſiue ex fœno & palea, ſiue ex coma harundinũ, quod antiqui Circẽſe: ſiue ex pluma olorina, gallinacea, anſerinaúe: ſeu è xylino, uel lana fuerint refertæ, quales cõmendarũt olim è lingonico tomẽto. Hinc Martialis:

Matta.

Folles.

Circenſe tomentum & Lingonicum.

Oppreſſæ nimium nicina eſt faſcia plumæ,
Accipe lingonicis uellera raſa ſagis.

Suetonius in Tiberio: Druſo autem adeo alimenta ſubducta, ut tomentum è culcitra tentauerit mandere. Ferunt Heliogabalum imperatorem non cubuiſſe facile in accubitis, niſi quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum ſubalares, ſæpiuſq; mutaſſe culcitras. Auguſtum Cæſarem contrà non cubuiſſe quidem toro, niſi humili & modicè inſtrato.

CERVICAL.

CEruical pluma refertum ſubijcitur capiti, unde à ceruice: teſte Priſciano, nomen accepit: nãq; eò delitiæ proceſſere, ut ſine hoc inſtrumento durare iam, ne uirorum ceruices poſſint. Martialis:

Tinge caput nardi folio, ceruical olebit.
Perdidit unguentum cum coma pluma tenet.

Scribit Suetonius in lecto Neronis adhuc pueri, circa ceruicalia deprehenſas ſerpētis exuuias fuiſſe, quas in armillis auro incluſas aliquandiu geſtauit.

ὑποκόσιομα. Puluillus.

PVLVINVS.

Pvluinus & ὑποκόσιομα puluillus à pluma, ut puluinar. Apulei. in Aſino aureo: Quatuor eunuchi confeſtim puluinis pluribus uentoſe tumentibus, pluma delicata, terreſtrem nobis cubitum perſtruūt. ſed & ſtragula, ueſte auro ac murice Tyrio depicta probe cōſternunt: ac deſuper breuibus admodum, ſed ſatis copioſis puluillis, alijs nimis modicis, quis maxillas & ceruices delicatæ mulieris ſuffulcire conſueuerunt, ſuperſtruunt. Plinius in xxxiij. Summæ apud exteros licētiæ fuerat, poculo aureo puluino ſubdito, Philippū Regem dormire ſolitum. Et Seneca ſcribit de beneficijs ſecundo, Archeſilaum ſe teſte contentum amici pauperis, & paupertatem diſsimulantis, uerum ægroti, ſacculum pecuniarum puluino ſubdidiſſe. Puluini ad ſedendum quoq; poſiti. Iuuenalis Equeſtria notans:

De puluino ſurgat equeſtri.

Areolæ. Porcæ.

Præterea & Areolas terram elatam inter duos ſulcos in hortis hoc nomine ſignificamus: quæ porca à porrigendo, in agris dicetur. Alij porcas ſulcos uocant in ſegete rariores.

TORALIA.

Toralia ad uſum tori, ut nomen indicat, authore Marcello fuere. Horatius in Sermonibus:

Et tyrias dare circum illota toralia ueſtes.

Tyriæ ueſtes.

Super linteola nanq; ponere ſolemus ſtragulas ueſtes purpureas, quas tyrias appellat, uel candidulas, ut

per æſtatem decet, ſeu uirides pictas & uerſicolores. Et Nonius: Plagæ, inquit, grãde linũ tegmẽ, quod nũc torale uel lecticariam ſyndonẽ dicimus, quarũ diminutiuum eſt plagulæ. ubi per ſyndonem lecticariã panũ lineũ ad uſus lecti accipere poſſumus. Hoc enim nomine ſignãtur è lino panni albicantes, quos ad uſus tori Lodices etiam nonnulli dici poſſe exiſtimarunt. Martialis: Plagæ. Plagulæ. Syndones. Lodices.

Lodices mittet docti tibi terra Catulli.

Item ſuo diſticho:

Nudo ſtragula ne toro paterent,
Iunctæ nos tibi uenimus ſorores.

Sed toralia etiam omnia lecti ſtragula uocamus. Primus omniũ priuatorũ Heliogabalus, poſtea Roma. Imperator, toris aureis toralibus texit, ut ſcribit Lãpridius. Stragula ipſa à ſternẽdo, notãt quicquid culcitræ inſternitur, author Varro. Plinius: In Orchomeno tota ſubruunt arua talpæ, quarũ è pellibus cubicularia uidimus ſtragula. Et Trãquillus refert Claudium Cæſarem nemi nem uiſitaſſe ægrũ, niſi prius explorato cubiculo culcitriſq; & ſtragulis prætẽtatis & excußis. Præterea ſtragulas ueſtes, aulæa, & tapetes uocitamus. Iuriſcõſultus, inſtratum, omnem ueſtem quæ ſternitur, appellat. Stragula. Stragulæ ueſtes. Inſtratum.

GAVSAPE.

GAuſape genus eſt ſtragulæ ueſtis craßioris utrinque uillos habentis, uel una tantũ è parte, cui nõ diſsimiles ſunt Centones. Macrobius: Strophæ cadauer ſub centonibus collocat, ſuper quos uxor cubabat. Martialis de Gauſape diſtichon eſt: Centones.

Stragula purpureis lucent uilloſa tapetis,
Quid prodeſt ſi te congelat uxor anus.

Amphitapetes. *Amphitapetes quoq; ueſtes utrinque uilloſæ, authore Marcello, qui Luciliū adducit, & Varronis teſtimonio utitur in Mānio ſcribētis: Alterū bene acceptū dormire ſuper Amphitapete bene molli. Alij amphimala eā dixere.* Amphimala. *Plinius: Patris mei memoria cœpere amphimala noſtra, ſicut uilloſa uētralia: nam ex altera tantū parte uilloſa heteromala dicuntur.* Heteromala. *Gauſapa optima & precioſi tapetes (ut ſcribit Strabo in V. geographiæ) uellere patauino texuntur.* Tapetes. *Tapetes ipſi tegmina ſunt uarijs picta coloribus & figuris: unde Beluata legimus tapetia, à beluis quæ in his texuntur.* Beluata tapetia. *Vergilius:*

Inſtratos oſtro alipedes pictisq; tapetis. Silius Italicus:

Sydonio fulgentem ardore tapeta.

Vellera: inquit Strabo, mediocria habēt patauini, è quibus precioſi tapetes texuntur, ſordidi in his uilli Fratilli uocantur, quòd per terram ferantur. Fratilli.

AVLAEA.

AVlæa ſtragula uerſicoloria, ut ſcribit Seruius, enarrans Vergilianum illud:

Aulæis iam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda.

Sic ideo dicta ſunt, quòd in Aula Attali regis Pergamenorum in Aſia primo inuenta fuerint. Babylon quidem colores uarios picturæ prima ueſtibus dedit: hinc babylonica. Petronius Arbiter de pauone: plumato amictus aureo babylonico. At aurū intexere in Aſia Attalus Rex inuenit: unde nomen attalicis. Propertius:

Porticus aulæis nobilis attalicis. Silius:

Quæq; attalicis uariata per artem
Aulæis ſcribuntur acu.

Is poſtea decedens, populo Romano reliquit hæredem, cuius, ut inquit Plinius, Hæreditas Romanorum mores afflixit: ita enim opulentiam externam amare, & non ſolum admirari didicerunt. Inter aulæa ſunt, quas Cortinas Eccleſiaſtici ſcriptores, & uernaculi appellauere. Sunt Siparia ad ſcenas exornandas: ſunt & quæ Periſtromata dicuntur, picta & uerſicoloria. Vnde apud Plutarchum legimus, Regi Perſarum Themiſtoclem reſpondiſſe: Sermones hominum periſtromatis uerſicoloribus perſimiles eſſe. Etenim ut in illis cum extenduntur, ita & in his formas figurasq; apparere: contractis uerò abſcondi eaſdem atq; corrumpi, quare ſibi tempore opus eſſe. Cicero in Philip. ij. Conchiliatis Cn. pompei periſtromatis ſeruorũ in cellis lectos ſtratos uideres. Et Plautus in Pſeudolo: Ita ego ueſtra latera loris faciam, ut ualide uaria ſint, ut ne periſtromata æque picta ſint campanica. Sunt & quæ Peripetaſmata, ad ornandum locum ſuſpenſa extenduntur. Intellexit de his Horatius in Satyris: Cortinæ. Siparia. Periſtromata. Peripetaſmata.

Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas,
In patinam fecere trahentia pulueris atri.

M. Cicero ſexta in Verrẽ: Quid illa Atalica tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus eſt. Stragulis uerò ad uſum tori nõ tantum lineis laneisúe pictis & bombycinis utuntur, ſed eo deliciæ luxus proceſſere, ut Drauci quidam Paticiúe præ cæteris illiterati, è fece olim etiam triuiali, cum fortuna non cæcutiret, nunc uerò podice leui, uel mentula ſeſquipedali inter patricios, præſides, antiſtites, adnumerati, non niſi argento auroq; intexta faſtidiãt: præterea quod peius, In luxum.

quod deteſtabilius, Conopœa, periſtromata, terreſtriaq; ſtragula. Non ſatis fuerat inaurare parietes, & lacunaria uerſicoloria facere, pauimenta, argentea aureaq; ueſte contectum ſomnos capere: uoluit & luxuria, ut nihil deeſſet, bombycina ſtragula, argentum & aurum calcare, quorum multi ingenui, literati, boniſq; moribus pauperes ad uictus neceſſaria, fortuna uere cæca aduerſante, indigentiſsimi emergere non poſſunt, & per xenodochia ab Hircano primo conſtituta, per compita etiam ſæpicule animas ponunt. Hoc tamen unum ad conſolationem accedat, quòd omnium ferè iſtorum, quos incedere elatos uides, bracteata felicitas eſt. Inſpice (bonos ſemper excipio) & ſcies ſub iſta tenui membrana dignitatis quantum mali iaceat: inſpice ac penitus conſidera, & uidebis totidē eſſe aurato uellere arietes. Igitur quotidiana eorū ora dicere inuenias, rationibus multa prodige profuſa, & in ſemet nihil. Planè quidem uillas opipare (ut inquit Apuleius) extruunt, & domos ditiſsime exornant: ſed in hac rerum affluentia nihil eſt indignū, præterquam ipſe dominus ædium. Illas itaq; ædificiorum ſpecies, in quæ tanta profuderunt, amœniſsimas & extructiſsimas deprehendas, aulas æmulas urbium conditas, domos uice templorum exornatas, familias numeroſiſsimas calamiſtratas, opiparam ſuppellectilem, omnia affluentia, omnia ornata, præter ipſum dominum, qui ſolus Tantali uice in ſuis diuitijs, inops, egens, pauper, non quidem fluentum illum fugitiuum captat, & fallacis undæ ſitim, ſed ueræ beatitudinis & ſynceræ uitæ & prudentiæ fortunatiſsimæ eſurit & ſitit. Sed iam nos lare, non ſine muſis, paruulo contenti,

Felicitas bracteata.

Arietes aurati.

bos intra ſepta refertiſſima uere eſurietes relinquamus: & interim ſub conopæo, altiore iam nocte, ſecuri dormitum concedamus.

CONOPOEVM.

Conopæum genus eſt tentorij linei, lanei, uel bombycini, quod ad euitandos culices & muſcas circa lectos explicare conſueuimus. Horatius in milites Romanos inuehens: Epod.ode.9.

Interq́; ſigna turpe militaria
Sol aſpicit conopæum.

Propertius in tertio de Cleopatra:

Fœdaq́; tarpeio conopæa tendere ſaxo.

Eo enim præcipue utebātur Alexādrini, quia ibi ex Nilo culices abūdant, ut refert Herodo. (nā κώνωψ Græcè, latinè culex) hinc à Strabone geographici operis xiij. dictum eſt conopeū Herculē œteos colere: quoniam eos à culicibus, quos κώνωπας uocant, liberauit. Κώνωψ. Conopeus Hercules.

RATIO CVBITVS, ET ALIARVM ACTIONVM.

Diſpoſito autem ornatoq́; lectulo, qua ratione cubandum ſurgendumq́; ſit, & quid poſtea ciuiliter faciendum, breuiter ſcribere non indecens fore exiſtimaui. In faciem igitur pronus dormiat, qui ſtomacho imbecillis eſt: quo in numero magna pars urbanorum, omneſq́; ferè literarum dilectores inueniuntur. Id enim digeſtionē adiuuat, nec ſinit pituitam excreſcere calorē naturalē augendo: Supinus, ſomnos ne capiat, qui ſanæ mentis eſt. Is nanq; cubitus ſtomachum lædit. Apoplexiā grauioreſq́; ſæpicule morbos inducit: cum cerebrū neruos ac renes fluidus humor inficiat, fœtidumq́; oris Cubitus pnus. Cubitus ſupinus.

halitum facit. Primo autem ſomno homini qui ſanus eſt, qui bene ualet, in latus dextrũ, mox in ſiniſtrum quieſcere utiliſsimum eſt, uerum humeris ſemper & capite elatis. Somnus. *Somnus ipſe, qui ſopor, & græcè* ὕπνος*, eſt animi* Ὕπνος. *in medium ſeſe receſſus. Qui bene cõcoxit, mane tutiſsime ſurgere poteſt: cui ſtomachus ex indigeſtione crudum ructat, is quieſcere in lectulo, atq; paululum re-* Coquere ſomno. *dormire, ut monet Cornelius Cel. & ſi coquere ſomno corpulentiæ, quàm firmitati ſit utilius. Ideo athletas uolebant cibos ambulatione perficere, & peruigilio cibi præcipue uincuntur. Vbi autem quis ſurrexerit, leuare, ſi poteſt, aluum debet, excreando continue mucoſæ pituitæ ſaliuam, ſi quam noctu conceperit: capillum ad uerticem uorſum pectere, auriſcalpio ſordibus uerminantibus aures purgare, nares emungere: os aqua, præſertim æſtate, fouere, lauare manus & faciem, ſudarioq; lineo & extergere, & puluiſcula unguine laticeúe odorato linire, aut irrorare poterit: mox ueſtibus forenſibus corpori ad ignem, ſi pruinoſa hyems fuerit, decenter aptatis ædibus exire: Rei diuinæ (ut ſe gratum exhibeat) intereſſe, pro ſalute deo preces fundere, pro* Forenſis exercitatio. *peccatis oblatiunculam eleemoſinalem erogare: hinc exercitationi ſe trádere debet, quæ teſte Fortunatiano, ſi quid indigeſtum adhuc inſederat, deducens corpus firmat, & longam adoleſcentiam reddit: ita tamen* Equitatio. *ne laſsitudinem inducat. Optimum igitur erit equitare (quod coxis & ſtomacho prodeſt) hortos irriguos,* Follis pugillatorius. *& pomaria ſuburbana comitibus catellis ad uenationes inuiſere: Iactu miſsilium, folle pugillatorio ſpiritu* Trigonalis pila. *tumente, pila trigonali prædura (quam nunc Florentinam*

*nam ac paruulam appellant) & curſu modice, ut eſt a=
pud* Auicennam *ſeſe exercere:* Negocia *ſua amicum,
clientum, reipublicæúe curare:*Domuitionem, *ut pran=* Domuitio.
*deat, deinde capeſſere. Ipſe cibus ſimplex ſit, utpotè ho=
mini utiliſsimus aduerſus plurimas ægritudines: coacer=
uatio nanque ſaporum peſtifera, & tot condimenta ad
edendum ſaturos cogentia, pernicioſiora creduntur: un=
de* Diodorus Ichthyophagos *tradit, uitam per omne fe=* Ichthyophagi.
*rè tempus ſine morbis ducere, quòd ſimplici piſcium ci=
bo utantur.* Hinc Socrates *ſuadere ſolitus erat illos ci=
bos, potusq́; uitandos, qui ultra ſitim, famemúe ſedan=
dam producant appetentiam. Cauere præterea oportet,
ne nimia feſtinatione deſyderium edendi (quæ eſt* Pere= Peredia & Orexis.
dia & Orexis) *modum excedat. Conferret igitur ſani=
tati conſeruandæ, & ciborũ minutatim illa diuiſio, quæ
facit, ut calor facilius conficienda expediat, ut* Ariſto=
teles author eſt: & à cibo ſeſe ſubtrahere, cuius ex= Exceſſus.
*ceſſus corpori putrefactionem inducunt. Auicennas, ue=
hemens inquit, repletio in qualibet diſpoſitione uitan=
da, ſiue ex cibo, ſiue ex potu procedat, quæ crapulæ* Crapula.
*nomine quandoque ſignificatur. Sumpto autem cibo
ab omni corporis commotione uehementi, & animi
mentisq́; agitatione horis ad ſummum duabus ſuperſe=
dendum eſt, mox domeſtica tractare: &, ſi altius ſol
progreſſus longioribus diebus noctem (terræ umbram)* Nox.
tardauerit, meridiari, id eſt, meridie dormire: præcipue Meridiari.
ſomno quiete placidiſsima ſponte ſubrepente. Illoq́; ci= Somnus.
tule fugato ad animi relaxationem, non (ut aleones) ad Aleones.
*auaritiam teſſeris & alueolo, ſiue latronibus inſidio=
ſis, pictisúe tabellis ludere, uel cellam librariam intrans*

legere,ut plus ſciat & melius poterit. Hinc domo exire ad uenationẽ,uel ad negocia, reuertiq́; poſtea, & membra, prius menſa dapibus frugaliter inſtructa:deinde lectulo ſplendide delicateq́; ſtrato, ſaltem poſt ſeſquihoram á cœna recreare, quod ciuile erit, & proſperrimæ ualetudini conſeruandæ plurimum conducet. Sed imprimis & ante omnia obſeruet, qui diutius,qui conſtantius ualere & uiuere cupit,ne paſſerculos,ne gallos gallinaceos imitetur,quibus coitus eſt frequẽtior. Hippocrates diuina uir ſcientia,coitum uenereum morbi caduci ſpeciem exiſtimauit. Et Cantes mihi proauus paternus iuriſconſultus ac philoſophiæ non ignarus, interroganti per iocum,quando coẽundum eſſet,ſerio reſpõdit: Cum te ipſo fieri uolueris infirmior. Poſſem multorum ad id citare teſtimonia,unum hoc Cornelij Celſi, ut modeſtiæ propinquius non omittendum, cui adſtipulatur Petrus Aponenſis conſiliator: Concubitus neq; uimis concupiſcendus,neq; nimis pertimeſcendus eſt,rarus corpus excitat,frequens ſoluit. Idem interdiu peior eſt,noctu tutior: ita tamen ſi neq; illum cibus,neq; hunc cum uigilia labor ſtatim ſequitur. Sed & idem Cornelius: Hyeme, inquit, Venus non æque pernicioſa eſt, Vere tutiſſima,nec æſtate nec autumno utilis,tolerabilior tamen autumno,æſtate uerò ſi fieri poteſt,ex toto abſtinendum eſt.

Coitus ratio.

Cantes Grapaldus.

Concubitus.

Coitus nocturnus & diurnus.

PECTEN.

PEcten quo capillus explicatur. Calphurnius in Buccolicis:

Nais & implicitas comebat pectine comes.

Capilli enim,á quibus capillitium & capillamentum, pectendi ſunt: præterea ſemel in hebdomade lixiuio ſa=

Capillitium & capillamentum

poneq; lauandi ad immunditiam tollendam, ex humiditate prouenientem, quæ pediculos in aliquibus generat: Pediculi. *nam ſemper humidum eſt caput, propter cerebrũ quod humiditate abundat. Vnde & capillos habet, ut ſcribit* Capilli. *Ariſtoteles in problematis, & ſecundo de partibus animalium. Sunt tamen qui uel ad ſanitatem, uel ad crines denigrandos, caput non lauent. Prima capillorum tinctu*ram *Medea (ut eſt apud Euſebium euangelicæ præparationis decimo) excogitauit. Commendatur epapheresis à mollibus coma gradatim formata. Oportet & illos tondere, barbam quoq; radere Italico ritu, quæ & ueſtis: unde inueſtes dicuntur, & ueſticipes. Ad hæc parandus eſt tonſor cum nouacula & forcipulis, quibus etiã ungues ſecat: unde Reſegmina cadunt, & Vibriſſas (pilos è naribus) tollit. Tonſores ipſi in Italiam è Sicilia uenere poſt Romam conditam, anno quadringenteſimo quarto adduxit Licinius Mena, author Varro. anteà intonſi fuere. Ouidius in Faſtis:*
Denigratio capillorum. Epapheresis. Reſegmina. Vibriſſæ. Tonſores.

Hoc apud intonſos nomen habebat auos.

Primus omnium radi quotidie inſtituit Africanus, ſequens diuus Auguſtus cultris uſus eſt. Poſt annos autem ter ſeptennos flore genas ueſtit iuuenta, ut eſt apud Macrobium & Cenſorinum. Nos tamen ante uigeſimũ barbatos uidimus. Pubeſcere uerò quartodecimo teſtis eſt Aphrodiſæus, Chalcidius in Thimeum Platonis, et iureconſultus. Pecten item quo utuntur textrices. Ouidius:
Radi quotidie. Barbati pubeſ.

Illa etiam ſtantes radio percurrere telas
Erudit & rarum pectine denſat opus.

Pecten quoq; raſtellum. Idem:
Hæc modo uerrebat cum raro pectine pratum.

Et cratem notat dentatam ſtylis ferreis. Pecten etiam

Plectrum. Plectrum, quo in citharis pulſandis chordas tangimus. Silius:

Dulcius Oeagrios pulſabat pectine neruos.

Et pectines piſcium genus ſunt, qui ſaliunt, & extra undas uolitant, ſeq; ipſi carinant. Horatius:

Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentum.

Pectines item è ferreis ſtylis, quibus ad linum enodandum, ad lanam canabeam ac ſtupam explicandam, utuntur reſtiarij imprimis, lanarij, & domi fœmellæ. Plinius in decimonono hamos appellat: nã de lino loquens, Pecti-

Hami. tur, inquit, ferreis hamis. At in homine pecten dicitur ſub umbilico pilis hirſutus. Iuuenalis:

Inguina raduntur medicis iam pectine nigro.

SVDARIVM.

Sudariolum. Sudarium linteolum dicitur ad ſudorem tergendum, unde nomen, & diminutiue ſudariolum, quo nares emunctas purgamus. Catullus ad Marrucinum:

Nam ſudaria ſethaba ex hyberis
Miſerunt mihi muneri Fabullus,
Et Veranius, hæc amem neceſſe eſt.

Item: Remitte pallium mihi meum, quod inuolaſti, ſudariumq; ſethabũ. Suetonius de Nerone fugiente ex urbe: Adapertoq; capite, & ante faciem obtenſo ſudario equum aſcendit quatuor ſolis comitantibus. Et mox: Ligato circa collum ſudario prodierit in publicum. Com-

Rhemenſis tela. mendant è Rhemenſi tela ſubtiliſſima ex lino, à Rhemis

Rhemi populi. populis Galliæ, qui adhuc extant, communicata quoq; alijs Galliæ populis textrini gloria.

SPECVLVM.

SPeculum, quod in eo homines imaginem ſuam, imò ſeipſos ferè aſpiciunt, ex uerbo antiquo. Macrobius de Hortenſio: Fuit enim ueſtitu curioſo, & ut bene amictus iret, faciem in ſpeculo quærebat, ubi ſe intuens, togam corpori ſic applicabat, ut rugas non forte, ſed induſtria locatas artifex nodus aſtringeret. Tranquillus in Caligula: Vultum ad ſpeculum componebat in omnem terrorem ac formidinem. Seneca in quæſtionibus naturalibus inuentum fuiſſe ſcribit, ut homo ſeipſum noſceret: deformis in ſpeculo intelligeret, quicquid corpori deeſſet, redimendum eſſe uirtutibus: formoſus, ut infamiam uitaret: iuuenis ut flore ætatis admoneretur, illud tempus eſſe diſcendi & fortia audendi: ſenex ut indecora canus deponeret, & de morte aliquid cogitaret. Ad hoc rerum natura facultatem nobis dedit noſmetipſos uidendi: fons cuique perlucidus, aut leue ſaxum imaginem reddit. Hinc Socrates diſcipulos ſuos ſpeculis uti uoluit, authore Laërtio, ut qui formoſus eſſet, curaret impendio, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret: qui turpis, operam ſedulo daret, ut uirtutis laude turpitudinem tegeret. At Demoſthenes Græcè princeps eloquentiæ ante ipſum ſpeculum, quaſi ante magiſtrum, cauſas meditabatur: & à ſpeculo (quod nos cum orandum eſt ſæpicule facimus) pronunciandi congruentiam petebat. Specula autem quæ primum Sydone inuenta ſunt, optima apud maiores fuere Brunduſina, ſtanno & ære mixtis: nam ſtannum uitro additum lucida reddit, ut ſcribit Aphrodiſæus. Prælata mox ſunt argentea. Primus fecit Praxyteles magni Pompei ætate, nuperq; credi

Inuentum ſpeculum.

Specula primo.

Brunduſina.

Argētea primo.

cœptum eſt certiorem imaginē fieri auro appoſito auerſis. Caua ſpecula maiorem iuſto imaginem repræſentantia, ſi aduerſus ſolis radios teneantur, appoſitum fomitē accēdunt. Fiunt & paruula quodammodo ſpecula è uitro, quibus ſeniores præſertim utuntur, ut clarius uideāt & melius: cū oculis adhibita res maiores oſtendant. Ocularia triuiales, literati Conſpicilla dixere, & Specilla.

Pli.lib. 33. ca. 9.

Ocularia. Conſpicilla. Specilla.

AVRISCALPIVM.

Auriſcalpium eſt ſcalpēdis auribus & ſordibus extrahendis accommodatum, ueluti dentiſcalpium dentibus. Martialis in Apophoretis de Auriſcalpio præmiſſo lemmate:

Si tibi moroſa prurigine uerminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.

Item de dentiſcalpio:

Dentiſcalpium.

Lentiſcum melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis
Defuerit, dentes penna leuare poteſt.

Dentifricium.

Dentifricium uerò medicamen eſt, ad dentes potiſſimum dealbandos, quod fit è pumice, cadmia, cinere cornu ceruini, & ſale amoniaco, ut ſcribit Galenus in pharmaceuticis: ſed nobilius ex margaritis ī pollinē reductis.

VNGVENTA.

Vnguenta è diuerſis unum odorem ſortita ſunt, authore incerto: cum prius per ſe fragrarent ſingula, ueluti opobalſama, ſtacte, Moſchos, qui uulgò muſcus. Ratio faciendi duplex, ut inquit Plinius in decimotertio, ſuccus & corpus, ille olei ferè generibus, hoc odoribus conſtat. Hæc ςύμματα, illa ἡδύσματα dicuntur. At è ſiccis odoribus διαπάσματα. Nam fæces μάγματα nominant. Iliacis temporibus non fuere.

Moſcos.
Cap. 1. 2. & 3.
Στύμμα.
Ἡδυσμα.
Διάπασμα.
Μάγμα.

Primum quidem ſe inueniſſe refert, caſtris Darij expugnatis Alexandrum in reliquo eius apparatu cepiſſe ſcrinium unguentorum: nec conſtat quando primum ad Romanos penetrauerint. Antiocho certe Aſiaq; deuictis urbis, anno quingenteſimo ſexageſimoquinto P. Licinius Craſſus, Iulius Cæſar Cenſores edixerunt, ne quis unguenta uenderet exotica, quæ ſunt externa. At poſtea uoluptas, ut honeſtiſsima eſt admiſſa, adeò ut lini non ſolum, ſed & perfundi quidam uoluerint, L. Plotium proſcriptum à triumuiris in Salernitana latebra odor unguenti prodidit. Vidimus, inquit, & ueſtigia pedum tingi, quod M. Othonem monſtraſſe Neroni principi ferebant. Primi autem Parthi (ut aiunt) commendandi halitus gratia, odoramentis uſi ſunt. In alabaſtris optimè ſeruantur, ſuperuacui profectò luxus habenda. Ilico enim expirant, & uoluptate aliena parantur: nam qui odorem gerit ipſe ferè non ſentit. Hinc Socrates in balneis pedes unxit, in aërem à capite unguentum ſpirare dicens, à pedibus uerò in nares prouenire. Vtimur his & hac noſtra tempeſtate: ſed præſertim puluiſculis, inter quos Cyprij commendantur, & liquoribus odoratis. Apud antiquos etiam mortuis adhibita ſunt. Vnde exijt illud Ennianum: Exotica. Cyprius puluis.

Tarquinij corpus bona fœmina lauit & unxit.

Et Maronis muſa cecinit:

Corpusq; lauant frigentis & ungunt.

Plinius de unguentis ſcribens: Honos hic ad defunctos pertinere cœpit. Græci μύρα dixere, à quibus Myropola uenditor, Myropolium taberna, & Myrothecium unguentorum repoſitorium, nomen acceperunt. Μύρα. Myropola. Myropolium. Myrothecium.

Amphitapetes. *Amphitapetes quoq; ueſtes utrinque uilloſæ, authore Marcello, qui Luciliũ adducit, & Varronis teſtimonio utitur in Mãnio ſcribẽtis: Alterũ bene acceptũ dormire ſuper Amphitapete bene molli.* Amphimala. *Alij amphimala eã dixere. Plinius: Patris mei memoria cœpere amphimala noſtra, ſicut uilloſa uẽtralia: nam ex altera tantũ parte uilloſa* Heteromala. *heteromala dicuntur. Gauſapa optima & precioſi tapetes (ut ſcribit Strabo in V. geographiæ) uellere* Tapetes. *patauino texuntur. Tapetes ipſi tegmina ſunt uarijs pi*Beluata tapetia. *cta coloribus & figuris: unde Beluata legimus tapetia, à beluis quæ in his texuntur. Vergilius:*

Inſtratos oſtro alipedes pictisq; tapetis. Silius Italicus:
Sydonio fulgentem ardore tapeta.

Vellera: inquit Strabo, mediocria habẽt patauini, è Fratilli. *quibus precioſi tapetes texuntur, ſordidi in his uilli Fratilli uocantur, quòd per terram ferantur.*

AVLAEA.

AVlæa ſtragula uerſicoloria, ut ſcribit Seruius, enarrans Vergilianum illud:

Aulæis iam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda.

Sic ideo dicta ſunt, quòd in Aula Attali regis Pergamenorum in Aſia primo inuenta fuerint. Babylon quidem colores uarios picturæ prima ueſtibus dedit: hinc babylonica. Petronius Arbiter de pauone: plumato amictus aureo babylonico. At aurũ intexere in Aſia Attalus Rex inuenit: unde nomen attalicis. Propertius:

Porticus aulæis nobilis attalicis. Silius:
Quæq; attalicis uariata per artem
Aulæis ſcribuntur acu.

Is poſtea decedens, populo Romano reliquit hæredem, cuius, ut inquit Plinius, Hæreditas Romanorum mores afflixit: ita enim opulentiam externam amare, & non ſolum admirari didicerunt. Inter *aulæa ſunt, quas* Cortinas Eccleſiaſtici ſcriptores, & uernaculi appellauere. *Sunt Siparia ad ſcenas exornandas: ſunt & quæ Periſtromata dicuntur, picta & uerſicoloria.* Vnde apud Plutarchum legimus, Regi Perſarum Themiſtoclem reſpondiſſe: *Sermones hominum periſtromatis uerſicoloribus perſimiles eſſe.* Etenim ut in illis cum extenduntur, ita & in his formas figuraſq; apparere: contractis uerò abſcondi eaſdem atq; corrumpi, quare ſibi tempore opus eſſe. Cicero in Philip. ij. Conchiliatis Cn. pompei periſtromatis ſeruorū in cellis lectos ſtratos uideres. Et Plautus in Pſeudolo: Ita ego ueſtra latera loris faciam, ut ualide uaria ſint, ut ne periſtromata æque picta ſint campanica. Sunt & quæ Peripetaſmata, ad ornandum locum ſuſpenſa extenduntur. Intellexit de his Horatius in Satyris: Cortinæ. Siparia. Periſtromata. Peripetaſmata.

Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas,
In patinam fecere trahentia pulueris atri.

M. Cicero ſexta in Verrē: Quid illa Atalica tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus eſt. *Stragulis uerò ad uſum tori nō tantum lineis laneisúe pictis & bombycinis utuntur, ſed eo deliciæ luxus proceſſere, ut Drauci quidam Paticiúe præ cæteris illiterati, è fece olim etiam triuiali, cum fortuna non cæcutiret, nunc uerò podice leui, uel mentula ſeſquipedali inter patricios, præſides, antiſtites, adnumerati, non niſi argento auroq; intexta faſtidiāt: præterea quod peius,* In luxum.

quod deteſtabilius, Conopœa, periſtromata, terreſtriaq́; ſtragula. Non *ſatis fuerat inaurare parietes, & lacunaria uerſicoloria facere, pauimenta, argentea aureaq́; ueſte contectum ſomnos capere: uoluit & luxuria, ut nihil deeſſet, bombycina ſtragula, argentum & aurum calcare, quorum multi ingenui, literati, bonisq́; moribus pauperes ad uictus neceſſaria, fortuna uere cæca aduerſante, indigentißimi emergere non poſſunt, & per xenodochia ab* Hircano *primo conſtituta, per compita etiam ſæpicule animas ponunt.* Hoc *tamen unum ad conſolationem accedat, quòd omnium ferè iſtorum, quos incedere elatos uides, bracteata felicitas eſt.* Inſpice *(bonos ſemper excipio) & ſcies ſub iſta tenui membrana dignitatis quantum mali iaceat: inſpice ac penitus conſidera, & uidebis totidē eſſe aurato uellere arietes.* Igitur *quotidiana eorū ora dicere inuenias, rationibus multa prodige profuſa, & in ſemet nihil.* Planè *quidem uillas opipare (ut inquit* Apuleius *) extruunt, & domos ditißme exornant: ſed in hac rerum affluentia nihil eſt indignū, præterquam ipſe dominus ædium.* Illas *itaq; ædificiorum ſpecies, in quæ tanta profuderunt, amœnißimas & extructißimas deprehendas, aulas æmulas urbium conditas, domos uice templorum exornatas, familias numeroſißimas calamiſtratas, opiparam ſuppellectilem, omnia affluentia, omnia ornata, præter ipſum dominum, qui ſolus* Tantali *uice in ſuis diuitijs, inops, egens, pauper, non quidem fluentum illum fugitiuum captat, & fallacis undæ ſitim, ſed ueræ beatitudinis & ſynceræ uitæ & prudentiæ fortunatißimæ eſurit & ſitit.* Sed *iam nos lare, non ſine muſis, paruulo contenti,*

Felicitas bracteata.

Arietes aurati.

hos intra ſepta refertiſſima uere eſurietes relinquamus: & interim ſub conopæo, altiore iam nocte, ſecuri dormitum concedamus.

CONOPOEVM.

Conopæum genus eſt tentorij linei, lanei, uel bombycini, quod ad euitandos culices & muſcas circa lectos explicare conſueuimus. Horatius in milites *Romanos inuehens:* Epod. ode. 9.

Interq; ſigna turpe militaria
Sol aſpicit conopæum.

Propertius in tertio de Cleopatra:

Fœdaq; tarpeio conopæa tendere ſaxo.

Eo enim præcipue utebãtur Alexãdrini, quia ibi ex Nilo culices abũdant, ut refert Herodo. *(nã* κώνωψ *Græcè, latinè culex) hinc à Strabone geographici operis xiij. dictum eſt conopeũ Herculẽ œteos colere: quoniam eos à culicibus, quos* κώνωπας *uocant, liberauit.* κώνωψ. Conopeus Hercules.

RATIO CVBITVS, ET ALIARVM ACTIONVM.

Diſpoſito autem ornatoq; lectulo, qua ratione cubandum ſurgendumq; ſit, & quid poſtea ciuiliter faciendum, breuiter ſcribere non indecens fore exiſtimaui. In *faciem igitur pronus dormiat, qui ſtomacho imbecillis eſt: quo in numero magna pars urbanorum, omneſq; ferè literarum dilectores inueniuntur.* Id *enim digeſtionẽ adiuuat, nec ſinit pituitam excreſcere calorẽ naturalẽ augendo: Supinus, ſomnos ne capiat, qui ſanæ mentis eſt.* Is *nanq; cubitus ſtomachum lædit.* Apoplexiã *grauioreſq; ſæpicule morbos inducit: cum cerebrũ neruos ac renes fluidus humor inficiat, fœtidumq; oris* Cubitus pronus. Cubitus ſupinus.

halitum facit. Primo autem ſomno homini qui ſanus eſt, qui bene ualet, in latus dextrũ, mox in ſiniſtrum quieſcere utiliſsimum eſt, uerum humeris ſemper & capite elatis. Somnus. *Somnus ipſe, qui ſopor, & græce ὕπνος, eſt animi* ὕπνος. *in medium ſeſe receſſus. Qui bene cõcoxit, mane tutiſsime ſurgere poteſt: cui ſtomachus ex indigeſtione crudum ructat, is quieſcere in lectulo, atq; paululum re-* Coquere ſomno. *dormire, ut monet Cornelius Cel. & ſi coquere ſomno corpulentiæ, quàm firmitati ſit utilius. Ideo athletas uolebant cibos ambulatione perficere, & peruigilio cibi præcipue uincuntur. Vbi autem quis ſurrexerit, leuare, ſi poteſt, aluum debet, excreando continue mucoſæ pituitæ ſaliuam, ſi quam noctu conceperit: capillum ad uerticem uorſum pectere, auriſcalpio ſordibus uerminantibus aures purgare, nares emungere: os aqua, præſertim æſtate, fouere, lauare manus & faciem, ſudarioq; lineo & extergere, & puluiſcula unguine laticeúe odorato linire, aut irrorare poterit: mox ueſtibus forenſibus corpori ad ignem, ſi pruinoſa hyems fuerit, decenter aptatis ædibus exire: Rei diuinæ (ut ſe gratum exhibeat) intereſſe, pro ſalute deo preces fundere, pro* Forenſis exercitatio. *peccatis oblatiunculam eleemoſinalem erogare: hinc exercitationi ſe tradere debet, quæ teſte Fortunatiano, ſi quid indigeſtum adhuc inſederat, deducens corpus firmat, & longam adoleſcentiam reddit: ita tamen* Equitatio. *ne laſsitudinem inducat. Optimum igitur erit equitare (quod coxis & ſtomacho prodeſt) hortos irriguos, & pomaria ſuburbana comitibus catellis ad uenatio-* Follis pugillatorius. *nes inuiſere: Iactu miſsilium, folle pugillatorio ſpiritu* Trigonalis pila. *tumente, pila trigonali prædura (quam nunc Florentinam*

nam ac paruulam appellant) & curſu modice, ut eſt apud Auicennam *ſeſe exercere:* Negocia *ſua amicum, clientum, reipublicaeúe curare:*Domuitionem*, ut prandeat, deinde capeſſere.*Ipſe *cibus ſimplex ſit, utpotè homini utiliſsimus aduerſus plurimas ægritudines: coaceruatio nanque ſaporum peſtifera, & tot condimenta ad edendum ſaturos cogentia, pernicioſiora creduntur: unde* Diodorus Ichthyophagos *tradit, uitam per omne ferè tempus ſine morbis ducere, quòd ſimplici piſcium cibo utantur.* Hinc Socrates *ſuadere ſolitus erat illos cibos, potusq́; uitandos, qui ultra ſitim, famemúe ſedandam producant appetentiam. Cauere præterea oportet, ne nimia feſtinatione deſyderium edendi (quæ eſt* Peredia *&* Orexis*) modum excedat. Conferret igitur ſanitati conſeruandæ, & ciborũ minutatim illa diuiſio, quæ facit, ut calor facilius conficienda expediat, ut Ariſtoteles author eſt: & à cibo ſeſe ſubtrahere, cuius exceſſus corpori putrefactionem inducunt.* Auicennas*, uehemens inquit, repletio in qualibet diſpoſitione uitanda, ſiue ex cibo, ſiue ex potu procedat, quæ crapulæ nomine quandoque ſignificatur. Sumpto autem cibo ab omni corporis commotione uehementi, & animi mentisq́; agitatione horis ad ſummum duabus ſuperſedendum eſt, mox domeſtica tractare: &, ſi altius ſol progreſſus longioribus diebus noctem (terræ umbram) tardauerit, meridiari, id eſt, meridie dormire: præcipue ſomno quiete placidiſsima ſponte ſubrepente.* Illoq́; *citule fugato ad animi relaxationem, non (ut aleones) ad auaritiam teſſeris & alueolo, ſiue latronibus inſidioſis, pictisúe tabellis ludere, uel cellam librariam intrans*

Margin notes: Domuitio. · Ichthyophagi. · Peredia & Orexis. · Exceſſus. · Crapula. · Nox. · Meridiari. · Somnus. · Aleones.

legere, ut plus ſciat & melius poterit. Hinc domo exire ad uenationē, uel ad negocia, reuertiq́; poſtea, & membra, prius menſa dapibus frugaliter inſtructa: deinde lectulo ſplendidè delicateq́; ſtrato, ſaltem poſt ſeſquihoram à cœna recreare, quod ciuile erit, & proſperrimæ ualetudini conſeruandæ plurimum conducet. Sed imprimis & ante omnia obſeruet, qui diutius, qui conſtantius ualere & uiuere cupit, ne paſſerculos, ne gallos gallinaceos imitetur, quibus coitus eſt frequẽtior. Hippocrates diuina uir ſcientia, coitum uenereum morbi caduci ſpeciem exiſtimauit. Et Cantes mihi proauus paternus iuriſconſultus ac philoſophiæ non ignarus, interroganti per iocum, quando coëundum eſſet, ſerio reſpõdit: Cum te ipſo fieri uolueris infirmior. Poſſem multorum ad id citare teſtimonia, unum hoc Cornelij Celſi, ut modeſtię propinquius non omittendum, cui adſtipulatur Petrus Aponenſis conſiliator: Concubitus neq; nimis concupiſcendus, neq; nimis pertimeſcendus eſt, rarus corpus excitat, frequens ſoluit. Idem interdiu peior eſt, noctu tutior: ita tamen ſi neq; illum cibus, neq; hunc cum uigilia labor ſtatim ſequitur. Sed & idem Cornelius: Hyeme, inquit, Venus non æque pernicioſa eſt, Vere tutiſſima, nec æſtate nec autumno utilis, tolerabilior tamen autumno, æſtate uerò ſi fieri poteſt, ex toto abſtinendum eſt.

Coitus ratio.

Cantes Grapaldus.

Concubitus.

Coitus nocturnus & diurnus.

PECTEN.

PEcten quo capillus explicatur. Calphurnius in Buccolicis:

Nais & implicitas comebat pectine comes.

Capilli enim, à quibus capillitium & capillamentum, pectendi ſunt: præterea ſemel in hebdomade lixiuio ſa-

Capillitium & capillamentum

poneq; lauandi ad immunditiam tollendam, ex humiditate prouenientem, quæ pediculos in aliquibus generat: nam ſemper humidum eſt caput, propter cerebrũ quod humiditate abundat. Vnde & capillos habet, ut ſcribit Ariſtoteles in problematis, & ſecundo de partibus animalium. Sunt tamen qui uel ad ſanitatem, uel ad crines denigrandos, caput non lauent. Prima capillorum tinctu ram Medea (ut eſt apud Euſebium euangelicæ præparationis decimo) excogitauit. Commendatur epaphereſis à mollibus coma gradatim formata. Oportet & illos tondere, barbam quoq; radere Italico ritu, quæ & ueſtis: unde inueſtes dicuntur, & ueſticipes. Ad hæc parandus eſt tonſor cum nouacula & forcipulis, quibus etiã ungues ſecat: unde Reſegmina cadunt, & Vibriſſas (pilos è naribus) tollit. Tonſores ipſi in Italiam è Sicilia uenere poſt Romam conditam, anno quadringenteſimo quarto. adduxit Licinius Mena, author Varro. anteà intonſi fuere. Ouidius in Faſtis: Pediculi. Capilli. Denigratio capillorum. Epaphereſis. Reſegmina. Vibriſſæ. Tonſores.

Hoc apud intonſos nomen habebat auos.

Primus omnium radi quotidie inſtituit Africanus, ſequens diuus Auguſtus cultris uſus eſt. Poſt annos autem ter ſeptennos flore genas ueſtit iuuenta, ut eſt apud Macrobium & Cenſorinum. Nos tamen ante uigeſimũ barbatos uidimus. Pubeſcere uerò quartodecimo teſtis eſt Aphrodiſæus, Chalcidius in Thimeum Platonis, et iureconſultus. Pecten item quo utuntur textrices. Ouidius: Radi quotidie. Barbati puberes.

Illa etiam ſtantes radio percurrere telas
Erudit & rarum pectine denſat opus.

Pecten quoq; raſtellum. Idem:

Hæc modo uerrebat cum raro pectine pratum.

Et cratem notat dentatam ſtylis ferreis. Pecten etiam Plectrum, quo in citharis pulſandis chordas tangimus. Silius:

Plectrum. Dulcius Oeagrios pulſabat pectine neruos.

Et pectines piſcium genus ſunt, qui ſaliunt, & extra undas uolitant, ſeq; ipſi carinant. Horatius:

Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentum.

Pectines item è ferreis ſtylis, quibus ad linum enodandum, ad lanam canabeam ac ſtupam explicandam, utuntur reſtiarij imprimis, lanarij, & domi fœmellæ. Plinius in decimonono hamos appellat: nã de lino loquens, Pectitur, inquit, ferreis hamis. At in homine pecten dicitur ſub umbilico pilis hirſutus. Iuuenalis:

Hami.

Inguina raduntur medicis iam pectine nigro.

SVDARIVM.

Sudariolum. SVdarium lintcolum dicitur ad ſudorem tergendum, unde nomen, & diminutiue ſudariolum, quo nares emunctas purgamus. Catullus ad Marrucinum:

Nam ſudaria ſethaba ex hyberis
Miſerunt mihi muneri Fabullus,
Et Veranius, hæc amem neceſſe eſt.

Item: Remitte pallium mihi meum, quod inuolaſti, ſudariumq; ſethabũ. Suetonius de Nerone fugiente ex urbe: Adapertoq; capite, & ante faciem obtenſo ſudario equum aſcendit quatuor ſolis comitantibus. Et mox: Ligato circa collum ſudario prodierit in publicum. Commendant è Rhemenſi tela ſubtiliſſima ex lino, à Rhemis populis Galliæ, qui adhuc extant, communicata quoq; alijs Galliæ populis textrini gloria.

Rhemenſis tela.
Rhemi populi.

SPECVLVM.

SPeculum, quod in eo homines imaginem ſuam, imò ſeipſos ferè aſpiciunt, ex uerbo antiquo. Macrobius de Hortenſio: Fuit enim ueſtitu curioſo, & ut bene amictus iret, faciem in ſpeculo quærebat, ubi ſe intuens, togam corpori ſic applicabat, ut rugas non ſorte, ſed induſtria locatas artifex nodus aſtringeret. Tranquillus in Caligula: Vultum ad ſpeculum componebat in omnem terrorem ac formidinem. Seneca in quæſtionibus naturalibus inuentum fuiſſe ſcribit, ut homo ſeipſum noſceret: deformis in ſpeculo intelligeret, quicquid corpori deeſſet, redimendum eſſe uirtutibus: formoſus, ut infamiam uitaret: iuuenis ut flore ætatis admoneretur, illud tempus eſſe diſcendi & fortia audendi: ſenex ut indecorá canus deponeret, & de morte aliquid cogitaret. Ad hoc rerum natura facultatem nobis dedit noſmetipſos uidendi: fons cuique perlucidus, aut leue ſaxum imaginem reddit. Hinc Socrates diſcipulos ſuos ſpeculis uti uoluit, authore Laërtio, ut qui formoſus eſſet, curaret impendio, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret: qui turpis, operam ſedulo daret, ut uirtutis laude turpitudinem tegeret. At Demoſthenes Græcé princeps eloquentiæ ante ipſum ſpeculum, quaſi ante magiſtrum, cauſas meditabatur: & à ſpeculo (quod nos cum orandum eſt ſæpicule facimus) pronunciandi congruentiam petebat. Specula autem quæ primum Sydone inuenta ſunt, optima apud maiores fuere Brunduſina, ſtanno & ære mixtis: nam ſtannum uitro additum lucida reddit, ut ſcribit Aphrodiſæus. Prælata mox ſunt argentea. Primus fecit Praxyteles magni Pompei ætate, nuperq́; credi

Inuentum ſpeculum.

Specula primo.

Brunduſina.

Argẽtea primo.

cœptum eſt certiorem imaginē fieri auro appoſito auer
Pli.lib. 33. ca. 9. *ſis. Caua ſpecula maiorem iuſto imaginem repræſentan-tia, ſi aduerſus ſolis radios teneantur, appoſitum fomitē accēdunt. Fiunt & paruula quodammodo ſpecula è ui-tro, quibus ſeniores præſertim utuntur, ut clarius uideāt* Ocularia. *& melius: cū oculis adhibita res maiores oſtendant. Ocu-* Conſpicilla. Specilla. *laria triuiales, literati Conſpicilla dixere, & Specilla.*

AVRISCALPIVM.

A*Vriſcalpium eſt ſcalpēdis auribus & ſordibus extrahendis accommodatum, ueluti dentiſcal-pium dentibus. Martialis in Apophoretis de Auriſcal-pio præmiſſo lemmate:*

Si tibi moroſa prurigine uerminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.

Dentiſcalpium. *Item de dentiſcalpio:*

Lentiſcum melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis
Defuerit, dentes penna leuare poteſt.

Dentifricium. *Dentifricium uerò medicamen eſt, ad dentes potiſſi-mum dealbandos, quod fit è pumice, cadmia, cinere cor-nu ceruini, & ſale amoniaco, ut ſcribit Galenus in phar-maceuticis: ſed nobilius ex margaritis ī pollinē reductis.*

VNGVENTA.

V*Nguenta è diuerſis unum odorem ſortita ſunt, authore incerto: cum prius per ſe fragrarent ſin-gula, ueluti opobalſama, ſtacte, Moſchos, qui uulgò mu-* Moſcos.
Cap. 1. 2. & 3. *ſcus. Ratio faciendi duplex, ut inquit Plinius in decimo-*
Στύμμα. *tertio, ſuccus & corpus, ille olei ferè generibus, hoc*
Ἥδυσμα. *odoribus conſtat. Hæc* ςύμματα, *illa* ἡδύσματα *di-*
Διάπασμα. *cuntur. At è ſiccis odoribus* διαπάσματα. *Nam feces*
Μάγμα. μάγματα *nominant. Iliacis temporibus non fuere.*

Primum quidem ſe inueniſſe refert, caſtris Darij expugnatis Alexandrum in reliquo eius apparatu cepiſſe ſcrinium unguentorum: nec conſtat quando primum ad Romanos penetrauerint. Antiocho certe Aſiaq; deuictis urbis, anno quingenteſimo ſexageſimoquinto P. Licinius Craſſus, Iulius Cæſar Cenſores edixerunt, ne quis unguenta uenderet exotica, quæ ſunt externa. At poſtea uoluptas, ut honeſtiſſima eſt admiſſa, adeò ut lini non ſolum, ſed & perfundi quidam uoluerint, L. Plotium proſcriptum à triumuiris in Salernitana latebra odor unguenti prodidit. Vidimus, inquit, & ueſtigia pedum tingi, quod M. Othonem monſtraſſe Neroni principi ferebant. Primi autem Parthi (ut aiunt) commendandi halitus gratia, odoramentis uſi ſunt. In alabaſtris optimè ſeruantur, ſuperuacui profectò luxus habenda. Ilico enim expirant, & uoluptate aliena parantur: nam qui odorem gerit ipſe ferè non ſentit. Hinc Socrates in balneis pedes unxit, in aërem à capite unguentum ſpirare dicens, à pedibus uerò in nares prouenire. Vtimur his & hac noſtra tempeſtate: ſed præſertim puluiſculis, inter quos Cyprij commendantur, & liquoribus odoratis. Apud antiquos etiam mortuis adhibita ſunt. Vnde exijt illud Ennianum: Exotica. Cyprius puluis.

Tarquinij corpus bona fœmina lauit & unxit.

Et Maronis muſa cecinit:

Corpusq; lauant frigentis & ungunt.

Plinius de unguentis ſcribens: Honos hic ad defunctos pertinere cœpit. Græci μύρα dixere, à quibus Myropola uenditor, Myropolium taberna, & Myrothecium unguentorum repoſitorium, nomen acceperunt. Μύρα. Myropola. Myropolium. Myrothecium.

ARCA.

Arcula. Arcella.

ARcam & ὑποκοριστικῶς arculam, ut Varro, ſiue arcellam, ut Pompeius, dictam exiſtimant, quòd ab ea clauſa arceantur fures: nam quæcunq; in ea fuerint, dummodo recluſa non ſit, tutiſsime habentur. Arcas & menſas argenteas primum habuiſſe Heliogabalum ſcribit Lampridius. Ex Græco Capſas uocitamus, & diminutiue capſulas & capſellas. Dicimus capſas librarias, nummarias, farinarias, ueſtiarias, in quibus libri, nummi, farina, ueſtes continentur.

Capſa. Capſula & capſella.

VESTIS.

Vellus.

VEſtis à uelando, uel potius, ut Marcus Varro ſentit, à uellere nomen mutuatur, quod eſt uniuerſæ ouis lana: ſic dictum, quòd ante tonſuram, lanam uellebant, ut idem tradit in re ruſtica. Generale eſt uocabulum omnium, quibus corpus tegitur. Sed & ſtragulas ueſtes dicimus: Veſtimentum uerò ueſtis pars aliqua, ut placuit Pompeio. Veſtium nomina alia à forma, alia ex Græco, multa à colore, nonnulla alijs à cauſis ſunt deducta, ut cyclas, diplois, abolla, amethyſthina, endromis, multicia. Rhenones, pelliceæ, ſaraballa, monocoris, dibapha, purpurea, conchyliata (quæ oſtrina ab oſtro) tyrianthina, hyacinthina, roſea, coccina, ianthina, uiolacea, leucophea, noëgium, balia, chlorea, crocota, chlamys, læna (quæ chlæna) ſagum, lacerna, Epheſtris (quæ ut plurimum diuiſa ſuperinducitur armis) Paludamentum, ſyntheſis, ſcutulata ſcutulas, Vndulata (quæ ferè cymatilis) undas, ut ſymballota, Virgulata (uirgas lineasúe exprimentes) polymita. Pexa (cui contraria depexa) trita, amiculũ, ſtrigium, Lanetum (è ſuc-

Veſtimentum. Veſtiũ nomina. Vide de his Lazarum Bayfiũ, & Colu. libr. 9. cap. 10.

Læna. Epheſtris. Vndulata. Virgulata. Pexa. Lanetum.

cida lana) byſſacia, maſtrucæ, colobia. Ependyte,*epi=
togium,pallium, phrygia, attalica,galbanũ, prætexta,
Clauus (unde latus,clauus ſenatorius) trabea,toga,po* Clauus.
deris,recinium,peplum,ſtola, talaris & Feminea (quã Feminea.
ambit limbus) uel inſtita, cucullus. Penula *ad iter, &* Penula.
pluuiam, quæ ſcortea, mantælis, forenſia : *Dalmaticæ,
ſupparum, tunica, camiſea, ſubucula, interula, intu=
ſium, caligæ, tibiala, ſuccinctoria, perizoma,* Campe= Campeſtre.
ſtre (quod ſubligaculum) Braccæ, *cothurnus, ſoccus,
& diminutiue ſocculus, crurules, pedules, calopodia,
calonesúe,* Feſto Pompeio, *è ligno,pantophilæ, phæca=
ſea,baxeæ,patitij (quaſi patentes) calceus, ſolea, ſan=
dalium, & complura alia.* Inter *quæ ſunt uerſicolores,
uarios colores referẽtes, qualibus nũc per æſtatẽ ſericis* Verſicolores ueſtes.
utimur. Q*uæ ſecundo bello Punico mulieribus olim*
Oppia *lege, ut ſcribit* Liuius,& Valerius Maxi. *inter=
dictæ ſunt.* Eſt *peraſus,tiara,galerus, eſt pileum, eſt Ca* Capitium.
pitium (quibus caput tegitur) eſt Thorax, *qui uel la=* Thorax.
*neus, ſiue argento auroq; intextus, aut bambacinus ſe=
ricusúe à nobis ſuperponitur camuſiæ & ligulis,ex alu=* Aluta.
*ta tenui pelle concinnata,æratis capitibus adnectitur ca
ligis:licet manicatus ſit.* Iuuenalis:

Viridem thoraca iubebit Afferri.

Et Suetonius *ſcribit Auguſtum Cæſarem uſum la=
nio ſubuccule thorace.*Aliter *fortaſſe interpretabũtur
id uerbum nonnulli: & huic ueſti magis aptum, magis
quadrans nomen excogitabunt.* Diſcere *meliora non pu
det, melioribus cedere non erubeſcimus: nám ingenue
ſcribimus,& iuxta illud* Priapi:

Nos uappæ ſumus & puſilla culti Ruris numina.

Parturiant ſi quid elegantius conceperint. Difficile equidem ſcio, imò difficillimum eſſe non diffitebuntur, ueſtibus dare nomina. Præterea & rebus pluſculis, quibus hodie utimur: cum quædam in totum ab antiquo ritu, à ueteri forma, quædam ex parte, immutatæ ſint à nobis, & mutatæ indies mutentur: ita ut in ueſtibus diuinandum ſit, niſi uoluerimus noua formare uocabula, quemadmodum & noua induimus & mutamus genera ueſtium. Qui hodie eſt cycladatus cum fimbrijs, in craſtinum erit ſine his cum ſcapulari tunicatus, mox lacernatus, interdum togatus, aliquando ſemitogatus: nũc paragiatam ueſtem ſumet Exomidam, *nunc ſine paragio manicatam, ſiue manulcatam. Sunt enim ueſtium quædam manicatæ, aliæ ſine manicis, has* ἐξωμύδας, *illas* χειριδότας Græco nomine *appellamus, nonnulli* μακροχείρας, *manicatas, & maxime ultra brachia, & uſq; in primores manus, uti* Romæ *atque in omni* Latio *indecorum fuit.* Vnde Africanus Pauli filius, P. Sulpitio Gallo *inter reliqua quæ illi obiectabat, illud quoq; probro dedit, quòd tunicis uteretur manus totas operiẽtibus, & apud* Vergi. Romulus *Latinus uitio dat* Phrygibus, *quòd manicatas ueſtes haberent, nam inquit:*

Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.

Scapularis uerò à ſcapulis quas tegit, nomen accepit. At patagium ipſum dicetur, quod ad ſummam tunicam aſſui ſolet. Fimbriæ *circa imas extremitates. In uſu apud omnes ferè magis ſunt lanea ueſtimenta.* Bombycina *etiam olim nobilium, nunc quoq; infirmorum ſine ulla diſcretione, quæ* Serica *à ſerico, quod depectunt* Seres *populi, nominantur: ſiue à uermiculo qui* Ser *dici=*

Margin notes: Exomida ueſtis. — Scapularis. — Patagium. — Fimbriæ. — Bombycina quæ. — Serica. — Sericum. — Ser.

tur, ſicut Bombycina *à bombyce. Sunt enim* Bombyces *uermiculi, ex quibus* Necydalus, *aranearum more fila emittentes ad ueſtes luxusq́; mortalium. Prima hæc retorquere, rurſusq́; texere inuenit in Coo mulier* Pamphile. *In Coo, ut* Varro, *non fraudanda gloria, excogitatæ rationis, ut denudet fœminas ueſtis bombycina: apud nos ad prolem ſeruari in* Papiliones *exeunt, qui oua parturientes emoriuntur. Hæc* Aprili *menſe inter mammas à mulieribus habita per pauculos dies uermiculos educunt, qui folijs celſi arboris in ſtoreis papyraceis nutriti, creſcũt ad minimi ferè digiti magnitudinem, clariq́; & trãslucidi facti comportantur in ramulos geneſtinos, ubi penſa euomentes illa nidulo ouatæ formæ, quo includuntur circundant: poſtea ſole ſiccata arte ad fila trahuntur, è quibus uariè infectis ueſtes pluriſariam & texuntur & componuntur. Primus* Heliogabalus *Imperator* Holoſerica *ueſte uſus eſt, cui contraria eſt* Subſerica *non in totum ſerica. In ueſtibus apud maiores luxuriam percrebuiſſe, inter cætera indicio eſt exemplum* L. Luculli: *de quo apud* Plutarchum *&* Horatium *in epiſtolis.* Plinius *quoq́; aſſerit* Agrippiam Claudij *principis uxorem ædente eo certamen nauale: indutam fuiſſe paludamento auro textili ſine ulla alia materie. Veſtimenta ipſa ad corpus ferè omnia* Zonis *aſtringimus, in quibus aurum & pecuniam portarunt antiqui, ut oſtẽdit* C. Gracchus *apud* Aulum Gellium *in noctibus atticis. Hinc dicebat* Alexander Seuerus *Imperator: Miles non timet niſi ueſtitus, calciatus, & Satur, habens aliquid in zonula.* Suetonius *in* Vitellio: *Zona ſe aureorum circumdedit.*

Bombix. Necydalus. Papiliones. Holoſerica. Subſerica. Luxuria in ueſtibus. Zonæ.

Apuleius in ſexto:Precioſißimis monilium & auro mo netali zonis incincta. Et in Euangelio: *Nolite poßide re aurum, neq; argentum, ueq; pecuniam in zonis ue ſtris, inquit* Ieſus *ſeruator*. Ad *has noſtri marſupia; folles,paſceolos,& crumenas:ſcorteas ſiue ſericas, ar gentoúe & auro intertextas ad numiſmata portanda*

Fibulæ. *appendunt.*His *fibulas ex ferro, orichalco, auro & ar*

Fibulare. *gento addimus ad ueſtem ſubligandam: unde* Fibulare

Diffibulare. *cingere,* Diffibulare *diſcingere, & fibulam reſoluere.*

Statius in Thebaide:

Toto chlamiydem diffibulat auro.

Bullæ. *Bullas etiam ad ornatum, quæ & diminutiuè* Bul

Bullulæ. *lulæ dicuntur: unde zona bullata, & balteus bullatus.*

Cingula. *Sunt attamen* Cingula, *quæ nodo tantum facto, idem operentur.* Veſtes *autem ipſæ, æſtate præſertim, dili genter inſpiciendæ ſunt, mouendæ ex arculis, & ex*

Veſtiſpici ſerui. *cutiendæ per ſeruos ueſtiſpicos, quibus illarum cu ra eſt credita, ne tineis pabulum præbeant: nam in la nis & quibuſuis lanicio confectis puluerulentis maxi me naſcuntur tineæ impendiò rodentes, ut ſcribit* Ari *ſtoteles.* Inſtrumentum *ad hoc habere ſolent uel è lo*

Scopina. *bis milij* Indici, *uel ex ſetis ſuillis,Scopinam quam uoci*

Muſcarium bubulum. *tant, uelut antiquiores muſcarium bubulum, ex bouis cauda,de quò* Martialis:

Sordida ſi flano fuerit tibi puluere ueſtis,
Colligat hunc tenui uerbere cauda bouis.

Muſcarium ſetaceum. *Hinc muſcarium ſetaceum eleganter appellare pote rimus,à ſetis ſuillis,ut illi à cauda bouis bubulum dixe*

Lib.28.cap.3. *re.*Mirum *eſt quod refert* Plinius,*ueſtem que fuerit in fu nere,à tineis non attingi.*

ALVEVS.

Alueus, & Alueolus tabula luſoria, qua hinc biſſeno puncto, illinc quadris diſcoloribus notata utimur ad luſum talorum, teſſerarum, & latronum. Plinius lib. ultimo: In triumpho Pōpeius trāſtulit alueū, inquit, cum teſſeris luſorium è gemmis duabus: latū pedes tres, longum pedes quatuor. Teſſera ipſa Cubus eſt Græcè, ut Iulius Pollux, & Gellius oſtendunt. Talus uerò aſtragalus, à quo Aſtragalizontes apud Pliniū, talis ludētes. Latrones uerò calculi nominantur, & Schachi triuialiter. At ſcrupis nouem certamus in tabula, in qua uiciſſe eſt continuaſſe ſuos. Alueolus. Teſſera. Talus. Aſtragalizōtes. Latrones Schachi.

LOCVLI.

Loculi, & per diminutionem Locelli, dicuntur capſulæ minores, in quibus numi ſeruantur. Martialis in apophoretis de loculis eboreis: Locelli.

Hos niſi de flaua loculos implere moneta
Non decet, argentum uilia ligna ferant.

Item de ligneis:

Si quid adhuc ſupereſt in noſtri fœce locelli,
Munus erit, nihil eſt, ipſe locellus erit.

Apuleius: Iubet nobis protinus gaudij ſui gerulis decem aureos, ut ipſe habebat, è ſuis loculis adnumerari. Et Suetonius ſcribit Galbam è peculiaribus loculis Cano tibicini mire placenti dediſſe pecuniam. Numus uerò, ſiue Numiſma à lege (quæ Græcè νόμος) non natura quippe: ſed lege & principum inſtituto cuditur. Primus Seruius Tullius rex Romanorū æs ſignauit nota pecudis, unde pecunia: niſi potius à pecoribus, ut Varro: nā maiores q̄d habebant, ex pecoribus habuerūt. Rudi Numus. Numiſma. Νόμος. Æs a quo ſignatum primo. Pecunia. Rude æs.

ære, hoc eſt non ſignato antea Romæ uſos perhibent: ſi-
Ærarium. *gnatum eſt poſtea. Inde Aerarium locus publicæ pecu-*
Æs alienum. *niæ: & Aes alienum, quod debemus. Argento autem ſi-*
gnato ante uictoriam de Pyrrho popu. Roma. minime
uſus. Signatum eſt primo Q. Fabio conſule annis quinq; ante primum bellum Punicum, anno urbis conditæ quingenteſimo octuageſimoquinto, nota bigarum & quadrigarum. Hinc Bigati & Quadrigati. Liuius: Dru-
Bigati. Quadrigati. *ſus in tribunatu tertia parte æris argento mixta numum percuſſit ſigno uictoriæ. Inde Victoriatus. Aureus nu-*
Victoriatus. *mus poſt annos duos & ſexaginta, quàm argenteus, authore incerto ſignatus eſt. Hunc præcipue Italia bilan-*
Simbella. *tiola (quam Simbellam dicemus) an iuſti ſit ponderis examinat: ueluti aurum & argentum probant coticu-*
la, an primæ an ſecundæ uenæ ſit, uel adulterum: nam
Moneta. *& moneta aliquando, quæ tam aurea quàm ærea uel argentea ſic nominata uidetur, quòd & precij & authoris nos ſigni impreſſione admoneat. Quicũq; (inquit Firmicus) habuerint horoſcopum ſub cygno,*
Monetarij. *erunt monetarij, id eſt monetæ cuſſores ſignatoresq;,*
Plutus. *Plutus primum in uſus coaceruare ſeruareq; pecunias monſtrauit. At Balearici nec aureo nec argenteo numo utebantur: quos ad inſulam afferri etiam prohibebãt, cauſam reddentes, Geryonem Chryſauri filium auro atq; argento opulentiſſimum quondam ab Hercule bello expugnatum. Exiſtimabant enim, id quod eſt, ſeſe quum argento & auro carerent, facile omnes uitæ in-*
Aurum cur palleat. *ſidias euaſuros. Hinc Diogenes interrogatus, cur palle-*
ret aurum: quia multos inquit, habet inſidiatores. A nu-
Punctum in auaros. *mo auaritia in mortales irrepſit, quæ fons & origo innu*

merabilium malorum,ne dicam omniũ,fœnus quæſtuoſam ſegnitiam parturit: quo gentes, ut indies uidemus, exhauſtæ periclitantur. Vnde fœneratores harpyæ dici poſſunt eleganter & uere,tanquam mortalium labores depaſcentes.Breui uanq; omnia ad ſe trahunt,nec tamen unquam (quod illis pro ſupplicio datur) in tantis opibus cupiditates extinguunt:ignari terram(in quam brutorum more ferunt) quantulam eſſe mundi portionem, ſiue potius punctum (ut plurimi tradiderunt) terrenisq; omnibus, queis inhiant, inſitam à natura mortalitatem:non contemplantes præterea quàm exigua terrenorum tellurisq; particula cadaueri detur poſt diſſolutionem, cæteris omnibus ad hæredes ſæpicule ridentes tranſeuntibus,quibus ipſi nullo labore partis fruuntur ad uoluptates,dum illorum animas ex ſententia æquißimi iudicis, perpetuo carceri ad centrum terræ demerſo mancipatas, ſcelerum ultores,Plutonij miniſtri, pœnis meritis afficiunt. Nam & Plato (ut theologos taceam Chriſtianos) tyranni animam facit excruciari poſt mortem ab ultoribus.Et Trimegiſtus: Ergo inquit, ne his implicemur uerendum tantundem cauendumq; eſſe cognoſce. Incredibiles enim poſt delicta cogentur credere, non uerbis, ſed exemplis : nec minis , ſed ipſa paßione pœnarum. Et mox : Omnia pro uitæ meritis aut delictis:tanto poſt mortem ſæuioribus ſubijciuntur, quanto multa forſitan fuerunt cælata dum uiueret.Præſcia enim rerum omnium diuinitate reddentur perinde,ut ſint pro delictorum qualitatibus pœnæ.

Fœneratores harpyæ.

LVCERNA.

Lvcerna dicta eſt à luce, uel à lychno, authores Seruius & Varro. Oleum illi infunditur ut ardeat, & ſplendorem diutius ellychnium emittat. Vnde apud Plutarchum legimus Anaxagoram à Pericle negocijs impedito deſtitutum, & mori cupientem dixiſſe, cũ ille eũ oraret, ut ſui gratia uiuere uellet: O Pericles, & qui lucerna indigent infundunt oleum, at Romanus Imperator Heliogabalus balſamum infũdit. Hic eſt

Heliogabalus imperator. Heliogabalus qui mulieres nunquam iterauit, præter uxorem, qui nunquam minus centũ ſextertijs cœnauit (hoc eſt argenti libris triginta) qui calciamentum nunquam bis induit, qui ſolido argento lectos habuit, & triclinares & cubiculares, qui omni tunica aurea uſus, gẽmas

Lucerna cubicularis. calciamentis addidit. Cubicularis dicitur quæ in cubiculo tota nocte ardens ſeruatur. De hac Martialis:

Dulcis conſcia lectuli lucerna,
Quicquid uis facias licet tacebo. Item:
O quæ prælia, quas utrinq; pugnas,
Felix lectulus & lucerna uidet.

Apuleius exiſtimauit inuentam ab aliquo amatore, ut cupitis per noctem dulcius potiretur. Paruula eſt, &

Lampyris. ſæpe penſilis à Lampyride noctiluca, cicindelæ nomen

Cicindela. adepta, & unico ellychnio contenta. Nam habemus in

Δίμυξος. ſupellectile & δίμυξον, & τρίμυξον, & πολύμυξον,

Τρίμυξος. à duobus, tribus pluribusq; angulis & naribus ex Græ-

πολύμυξος. co omnia pendentia: cum fierent olim ex argilla, à figulis Teſtæ appellatæ. hinc poëta:

Teſtæ. Teſta cum ardente uiderent
Scintillare oleum, & putres concreſcere fungos.

HORO-

HOROLOGIVM.

Horologium eſt quo dies horis diuiduntur, quarum nomen non minus annos ccc. Romæ ignoratum eſſe credibile eſt. Nam duodecim tabulis nuſquàm nominatas inuenies, ut in alijs poſtea legimus, & quidem ante meridiem, eo uidelicet, quòd partes diei bifariam tum diuiſi, meridies ab ortu ad occaſum diſcernebat. Alij die quadripartito noctem ſimiliter diuidebant, idq; ſimilitudo teſtatur militaris, ubi dicitur prima, ſecunda, tertia, & quarta uigilia: author Cenſorinus. Sed à quo Romæ horologia ſint inuenta incertum eſt: hoc ſatis conſtat ſolaria primum appellata, quòd ex ſolis umblici (qui gnomon uocatur) umbra horæ cognoſcerentur. Id primus apud Lacædemonios Anaximenes Mileſius excogitauit, dictumq; eſt ab umbra ſcioterίcum: Plinius ita ſcribit: Princeps Romanis ſolarium horologium ſtatuiſſe ante duodecim annos, quàm cum Pyrrho bellatum eſt, ad ædem Quirini, Lucius Papyrius Curſor, cũ eandem dedicaret, à patre ſuo uotam, à Fabio Veſtali proditur. Sed neque facti horologij rationem, nec artificis nomen exprimit, nec apud quem ſcriptum inuenerit. Marcus Varro primum ſtatutum in publico ſecundum roſtra in columna tradit, bello punico primo, à Marco Valerio Maſſala conſule Catina capta in Sicilia. Deportatum inde poſt annos triginta, quàm de papyriano horologio traditur, anno urbis quadringenteſimoſeptimo. Nec congruebant ad horas eius lineæ, paruerunt tamen ei annis undecentum, donec Q. Martius Philippus, qui cum L. Paulo fuit Cenſor, diligentius ordinatum iuxtà poſuit: idq; munus inter cenſoria opera gratiſsimè eſt

Horæ.

Vigilia prima, ſecunda, tertia, & quarta.

Solaria.

Gnomon.

Scioterίcon.

Lib. 7. cap. 60.

acceptum : etiam tum tamen nubilo incertæ fuerunt horæ, uſque ad proximum luſtrum. Tunc Scipio Naſica collega Lanati primus aqua diuiſit horas æque noctium & dierum: idq; horologium ſub tecto dicauit, anno urbis quingenteſimo nonageſimoquinto. Tamdiu populo Romano indiſcreta lux fuit. Quod & ipſum ex conſuetudine noſcendi horas à ſole ſolarium cœptum eſt uocari, ut ſcribit Cenſorinus. Huiuſmodi tamen horologia propriæ Clepſidræ nominantur, quòd aquam, qua horæ notabantur, incluſam & occultam habebant. Noſtra tempeſtate horologia, & quidem publicè ex ferro rotulis denticulatis, & ponderibus libratis miro artificio producuntur ad horas diſtinguendas, & Campani æris (quod tintinabulum antiqui) ſonitu ſignificandas, inter Automata (quæ per ſe mouentur) numeranda. Fiunt etiam ex ære paruula, ſed priuata: & ad eundem uſum, & ad ſomnos arbitrio noſtro, ut excitemur, rumpendos, quæ cum in cubiculis habeantur, cubicularia excitatoriaúe rectiſſime poſſunt appellari. Sunt & è uitro horologia, quæ harenulam, ſiue albicantem puluiſculum, quo horæ ſingillatim in uertendo notantur, habent incluſum, quibus utuntur declamatores è planipedibus, & prædicatoribus cæteriſq; in pergulis etiam ad ambitum profanis, Euangelium populo nuntiare aſſueti. Nam horologij genus Viatoria penſilia, de quo Vitruuius erit, quale modo Cylindracea ſpecie uiatores frequentant. Horarum autem comprimus ſunt æquinoctiales quæ ἰσομεριναὶ, & temporales quæ uulgares Græci καιρικὰς appellant.

Clepſidra.

Horologia cubicularia, ſiue excitatoria.

MATVLA.

MAtulam & matellam, ut alij etiam matellionem & laſanum uas ad lotionem, id eſt, urinam uocitabimus. Græci ſcaphium. Iuuenalis: Matella & matellio.

Et ride poſitis ſcaphium cum ſumitur armis.

De matella Martialis in Apophoretis:

Cum poſcor crepitu digitorum & uerna moratur,
Ah quoties pellex culcitra facta mea eſt.

Sed Laſanum & Scaphium ad excrementa uentris aliquando. De matellione Cicero in Paradoxis: Quid enim cenſes, inquit, ſi L. Mumius aliquem iſtorum uideret matellionem, Corinthum cupidiſſime tractantem, cũ ipſe totam Corinthum contempſiſſet. Vbi de Aquali, id eſt, uaſe ad aquam intelligemus, in quo ſignificatu & matula & matella ab authoribus ponuntur. Hoc addimus Scaphium quoque fuiſſe uas æreum, in quo ſtyli in medio poſiti proceritas, horarum ductus diſcriminabat, aliquando & Græcis poculi genus: at Plutarchus in Numa, Scaphium appellat, quo ignis ſacer extinctus, ſolis tantum radijs accendebatur. Laſanũ & Scaphium. Aqualis. Scaphium.

LATRINA.

LAtrina locus priuatarum ſordium à latendo. Columella:

Immundis quæcunq; uomit latrina cloacis.

Apuleius de Aſino aureo, libro nono: Omnia prorſus ut in quandam cænoſam latrinam in eius animam confluxerant uitia. Foricæ uerò loca publica ſunt, in quibus licet omnibus uentrem exonerare: nam Foria ſtercora dicuntur, & præcipue liquidiora, ut eſt apud Pompeium. De Foricis Poëta Satyrographus: Foricæ. Foria.

Inde reuerſi Conducunt foricas.

Cloaca. Cloacare. *Cloaca enim locus cauus nuncupatur, quo publicæ ſordes eluuntur, à cloacare, quod eſt inquinare: ſiue à coluendo, ut alij ſenſere, cuius appellatione & tubi & fiſtulæ continentur, ut inquit* Vlpianus. *Cloacas publicas* Romæ *fecit manibus plebis* Tarquinius Superbus, *ut author eſt* Liuius. Plinius *tradit opus factum à* Tarquinio Priſco. Marcus *quoque* Agrippa *in ædilitate poſt conſulatum ſuffoßis montibus cloacas fecit, omnium operum dictu maximum: nanque ſeptem amnes curſu præcipiti, modo torrentium, per meatus ſubterraneos, omnia auferebant, omnia rapiebant, ut refert* Strabo, *Geographici*

Latrina. Andronæ. *operis quinto. Latrinæ ipſe ſubdiales, quas Andronas dicere poſſumus, inter duos parietes ita produci debent, ut in pariete altero foramen ſit, quod operculo obduratũ, fœtidum fœtorem cubiculo reddere non poßit.* Verum *magis conducit locum facere cubiculo adiacẽtem, quem dormitioni ſeruorum uel cubiculariorum aptißimum*

Conclaue. Conclaue *dicemus. In cuius pariete fiant latrinæ (de qua diximus) ſpiramina: nam & latrinas habent domus uel in cubiculis, uel in loco ab his ſequeſtrato ſæpius, quas*

Cæcæ latrinæ. *cæcas nominabimus, tubilis fictilibus per medios parietes excrementa in cauam lacunam deducentibus.* Nonnulli, *è potentioribus præſertim, ſellas in cubiculo po-*

Oletum. *nunt familiares, in quibus uaſa condita* Oletum, *id eſt, ſtercus, excipiunt, per unum è famulitio mox exportandum.* V*aſculum ad id ex auro (ut eſt apud* Martialem) Baſſus *utebatur. Hinc eſt:*

V*entris onus miſero nec te pudet excipis auro,*
Baſſe *bibis uitro, carius ergo cacas.*

Et Lampridius refert, Heliogabalum Imperatorem onus uentris auro excepiſſe, & in murrhinis ac onychis minxiſſe. Plinius quoq; in xxxiij. ex authoritate Meſſalę oratoris ſcribit, M. Antonium triumuirũ aureis uſum uaſis in obſcœnis omnibus deſyderijs, pudendo etiam crimine Cleopatræ. Et quoniam huiuſcemodi ſellæ familiares ualetudinario imprimis neceſſariæ ſunt, placuit de illo paucula ſtatim his ſubnectere.

VALETVDINARIVM, CAPVT VII.

Valetudinarium locum dicimus, quo ualetudinarij & infirmi curantur, ut ualetudinem malam bona permutent. Seneca ad Lucilium: Tanquàm in eodem ualetudinario iaceam, de communi malo tecum colloquor, remedia conuinco. Item in quæſtionibus naturalibus: Non uideo quare ſibi placet, qui robuſtior eſt in ualetudinario. In eo autem quid ſupellectilis ponendum ſit referre ſuperuacuum uidetur, comportabuntur quæ per alias ædium partes erunt, cum neceßitas poſtulabit. Aduocabuntur medici ἰατραλείπται, qui perfrictione & unctionibus curant: uel Clinici, qui diæta & pharmaca medentur. uel Chirurgici (quos uulnerarios dicimus) cũ ſpecillo, ſforficulis, ſcalpello (quæ lãceola) cucurbitulis uentoſis, & id genus cæteris: poſtquàm à medicis ſalutem, imò uitam noſtram pendere iam diu eſt receptum, qui famæ plerũq; ſtudio circa ægros miſeris ſententiarũ concertationibus uelitantur. In quibus inter eos quiſquis pollet loquendo, fit ſtatim uitæ noſtræ neciſq;

Valetudinarius.

Ἰατραλείπται.

Clinici.

Chirurgici.

Vulnerarius.

(ut ille inquit) Imperator: *diſcunt equidem periculis noſtris, & experimenta (doctos ſemper excipio) per mortes agunt: nec mirum, quando per quietem uiſo in ſomnis Galeno, aut Auicenna, Aeſculapioúe, multi literarũ penitus ignari, medicos ſe profiteri non erubeſcunt, & ſtatim (heu dementia) fides habetur. Vtinam legum ſanctione plecteretur inſcitia, capitalis. Vtinam non adeò creduli eſſemus, non tam inſigniter noſtro maximo malo delirantes. Vtinam ab herbis, arboribus, fruticibus, auibus, quadrupedibus, & cæteris ſimplicibus remedia ad morbos peterentur, ut olim petebantur, medicinã ipſam quodammodo rerum natura faciente. Non fecit cærota, malagmata, collyria, antidota, & id genus mixtiones inexplicabiles, parens illa ac diuina rerum artifex, iſta ingenijs conſtant, officinarumq́; (imò auaritiæ) commenta ſunt. Videres pauculos graſſatores purpuratos mulis obequitantes. Videres uenerandæ ſenectutis canos, imò ſeptuagenarios innumerabileis. Verum ſtultitia noſtra fruuntur: uerum hominem ijs ſolis occidere licet impune. Sed & mortuis quoque ultro conuitia ingerunt, intemperantiæ, inobedientiæúe illos accuſantes, & id quidem (ut mihi uidetur) meritiſſime: poſtquàm ſalutis noſtræ pauci rationem habemus, & cuicunque Herbario, etiam mulotribæ uitam noſtram credimus, ac ingenti ſæpiſſimè pretio necem nobiſipſis emimus. Vtcunque, animas profectò noſtras æruſcatores medici negociantur. Vidimus ipſi poſt multa pharmaca magno ſumptu incaſſum à medicis ingeſta, ægrum iam conclamatum, iam orco candidatum, remedio ab horto quæſito & accepto, ſine impendio uitæ reſtitutum. Sacca-*

In Empiricos inuehitur.

Pharmacorum mixtiones.

Medici æruſcatores.

rum igitur, antidota, cathartica, pharmaca (unde Pharmacopolæ) Epithemata quæ à Cornelio Celſo pitta=cia, clyſteria, pyriaſes, Balani (quæ ſuppoſitoria) Cataplaſmata, uelut fomenta, Eclegmata, quæ linctus, paſtilli qui trochiſci, catapotia, ſeptæ, cauteria uel caſtica, malagmata, peßi, Emplaſtra (quæ nunc triuiales unguenta) hygremplaſtra, xeria, diaphoreti=ca, encriſta, cærata, collyria, amuleta, Turunda (è filis ad uulnus liniamentum) & reliqua medicamina (quorum meminit Galenus in pharmaceuticis, & alij) pro morborum differentia parabuntur, quos uarios impenſius ac multiformes, ut oſtenderem à capite, more boni pictoris, incœpi, particulares in calce finiturus. His adiunxi & generales, ne quid deeſſet ad cognitionem humanæ miſeriæ, quæ à uitæ initio ad exitum uſque, tot tantisq; ægritudinum generibus (nam ſupra ccc. authore Plinio creduntur: ut omittam neceſſariorum & amicorum funera propè quotidiana, exilia, pro=ſcriptiones, famem teterrimum genus morbi, ut inquit Egeſippus, ueneficia, metus, deſyderia, & erumnas) indies uel potius in horas affligitur, ut inuocata morte nullum iam ſit uotum frequentius, & felicißimi exiſti=mandi ſint, qui myſtica unda renati, quamprimum ad omniparentem Deum, à quo exierunt, reuertuntur. Hinc pro miraculo receptum eſt Xenophilum muſicum, cen=tum quinque annos uixiſſe ſine ullo corporis incommo=do. Heu fragilis & laborioſa mortalitas, heu miſera & incerta hominum uita. Abunde profectò atque indulgen=ter (ut ille inquit) fortuna decidit cum eo, qui iure dici non infelix poteſt.

Pharmacopolæ. Balani. Cataplaſmata. Emplaſtra. Morborum numerus. Votũ frequens. Xenophylus muſicus.

CAPITIS MORBI.

Cephalæa. *CEphalæa ægritudo eſt capitis cũ dolore inter maximos adnumerato. Sunt autem ſtomachi & calculorum: uehemens eſt etiam dentium. Vnde Serenus:*

Haud facilè eſt acrem dentis tolerare dolorem,
Cum Baccho uiolas decoxeris ore teneto.

Caput infeſtant cephalalgia, porrigo, achores, ſycoſis, heterocraniæ, hemicraniæ, Hydrocephalia. *Hydrocephalia, à capite in nares deſcendens. Siriaſis, phrenitis, mania, uertigo, uigiliæ,* Lethargus. *Lethargus (quod ueternum) ſubetia.* Epilepſia. *Epilepſia (qui maior, herculeus, caducus, diuinus, comitialis morbus dicitur)* Apoplexia. *Apoplexia ſubita quædam percuſſio. Deformant caluitium, areæ, morphea, ophis, ophiaſiſúe, alopecia. At prurire faciunt* Lendes. *lendes, coitu pediculorum (authore Ariſtotele hiſto. animalium quinto) procreatæ, pedicularem uerò morbũ (ut hoc quoque tranſeunter enarremus) totum ferè corpus infeſtantem, Græci* φθειρίασις. *φθειρίασιν appellant: nam φθεῖρα pediculum dicunt.* φθείρ. *De illo Serenus:*

Noxia corporibus quædam de corpore noſtro
Progenuit natura, uolens abrumpere ſomnos
Senſibus, & monitis uigiles intendere curas.
Sed quis non paueat Pherecydis fata tragœdi,
Qui nimio ſudore fluens animalia tetra
Eduxit, turpi miſerum quæ morte tulerunt.
Sylla quoq; infelix tali languore peræſus,
Corruit, & fœdo ſe uidit ab agmine uinci.

Plinius in xxvj. Phthiriaſi quoq; Sylla dictator conſumptus eſt. Et Ariſtoteles hiſtoriæ animalium quinto, de pediculis: Accidit morbus nonnullis præ nimio

corporis humore, & quidem aliquos fœditate obijſſe proditum eſt, ut Alcimanem poëtam, *&* Pherecydē Syrum. *Naſcuntur & intra cutē & carnem* Pedicilli *pruritum haud mediocrem ſuſcitantes.* Pedicilli.

OCVLORVM MORBI.

CRithe, *ab hordeo, tuberculum eſt, in palpebris naſcens, unde &* Hordeolum *Latini.* Oculorum *autem (è quorum pupillis eſt homini* Viſus, *ſenſuum ſi non primus, ſaltem ſecūdus) ægritudines ſunt, ophthalmia, à qua* Opthalmicus *medicus, xerophthalmia, lippitudo, ectropium, gramiæ, epiphoræ etiam teſticulorū, lagophthalmos, mydriaſis, argema (quæ albugo) leucoma, nubeculæ, è quibus interdum cæcitas, ſors leto durior omni, ut ille inquit. Glaucoma, plumbum, ſcotomia, uertigo, ægylops, mauroſis, amblyopia, anchilops & hypochyſis. Suffuſio, quam à fluore ex græco uulgus Catara&tam nuncupat, uel quia uiſum, ut opinor, impediat: non aliter quàm cataractæ in fluminibus & canalibus liberum decurſum transuerſæ poſitæ impediunt. Ammianus: Cataractis auulſis ad diffundendas reprimendasq; aquas rigare ſuetas opere ſaxeo ſtructis. Item: Sublatis cataractis undas euagari fuſius permiſerunt. In portis quoq; ciuitatis cataracta è ferro lignoúe demiſſo obſtat ingredi uolentibus. Liuius, Porta cataracta erat clauſa. Eſt &* Luſcitio *morbus qui* νυκταλωπία, *unde* luſcitioſi *&* νυκταλώπες *per noctem melius, quàm per diē uidentes, ut eſt apud* Theodorum Priſcianum: *nam* Luſcus *uitioſus eſt unico tatū oculo, quem* monoculum, Coclitem, defioculum *etiam: Græci* μενόφθαλμον *dixere.* μύωψ *uerò: niſi admota uidere non poteſt.*

Crithe. Col. lib. 3. cap. 34. & lib. 7. c. 5. Hordeolum. Viſus. Suffuſio. Cataracta. Luſcitio. Luſcitioſi. Luſcus. Monoculus. Cocles. Deſioculus. Μονόφθαλμ. μ⊕. Μύωψ.

NARIVM, AVRIVM, FACIEI, ORIS MORBI.

OZæna morbus eſt, ulcus naribus inducẽs uſq; ad
ἰσμοειδε͂ς. oſſa illa, quæ ab anguſtijs uocãtur ἰσμοειδε͂ις;
mali odoris: unde à putore ex græco nomẽ accepit. Læ=
dũt & naſum polypus, coryza, grauedo, catarrhus, pi=
Rheumatiſmus. tuita, mucus, & Rheumatiſmus è capitis deſtillationi=
bus, multaq; aliunde cauſata. At auribus, unde auditus
procedit, Parotides infeſtæ ſunt, ex collectionibus in his
Ἀδένες. glãdulis hinc inde, quæ ἀδένες græcè dicuntur, tinnitus
& ſurditas. In facie uerò & ore prouenire ſolẽt oſcedo,
Hæmoptœa. rhagades. In labris & ano ſciſſuræ, apthæ. Hæmoptœa à
pectore, ſtomacho, iecinoreúe deriuãt, cinicoſpaſmos, di
ſodia, ephelis, lentigo, melanæ, furfures, qui etiã capitis
Mentagra. Lichen. ſunt. Mẽtagra, quæ lichen, & Emproſthotonos cũ men=
Emproſthotonos. tum adhæret pectori, de quibus ſæpicule apud Plinium:

FAVCIVM MORBI.

Parulides. Epulides. PArulides tubercula ſunt iuxta dentes, in gingiuis
naſcẽtia, ut ſcribit Celſus. & Epulides, quòties in
gingiuis caro excreuit, dentes ipſi, ignibus indomiti, ta=
be cauãtur: quæ nonnũquam dolorẽ acutiſsimum parit.
Vua. Vua, quæ σταφύλη, humore è palato dependet, interdũ
Σταφύλη. non ſine periculo. Nam, ut eſt apud Ariſto. primo de hi=
ſto. animalium ſæpius ſtrãgulat. Hinc Serenus:

Si uerò affixam languor deiecerit uuam,
Aut illam toſti puluis reuelabit ancti,
Aut cinis ex cochlea.

Toles. Fauces tumor occupat qui Toles: authore Pompeio:
Tonſilla. Tonſilla etiam nominantur, communicato morbi & lo=
Angina. ci nomine, ut Græcis quoq; παρίσθμια. Angina uerò

obturantur plurimum, cuius ſunt, teſte Cornelio Celſo, Synanchis, cynanchis & paraſynanchis. Serenus ad anginam: Synanchis.

Verum angina ſibi mixtum ſale poſcit acetum,
Voluendum fauce ſonora.

Anginam uinariã, inquit Feſtus, habere dicuntur qui uino ſuffocãtur: at brãchus uocis quæ dicitur Raucitas (alijs licet ex cauſis) accidit tamẽ etiã cũ diſtillationes in arteriam aſperam defluunt. Intumeſcit & aliquibus guttur, ſpongioſis quodammodo tumoribus, qui hereditarij ferè ſunt nonnullis domibus & nationibus: aquarum accidit id plerũque uitio, ut traditur. Vnde gutturoſos paßim uidemus Comẽſes & è tranſpadanis plurimos: ſicuti calui olim Myconij dicuntur omnes. Plinius de ſuccino: Hodieq; tranſpadanarum agreſtibus fœminis monilium uice ſuccina geſtantibus, maxime decoris gratia, ſed & medicinæ, quando tonſillis creditur reſiſtere, & faucium uitijs uario genere aquarum, iuxta illos infeſtante guttura & uicinas carnes. Raucitas.

CERVICIS MORBI.

Opiſthotonon dicimus ex græco, quando ceruix annectitur ſcapulis. Tetanon cum flecti non poteſt, de quo, ut opinor, Serenus: Opiſthotonos. Tetanos.

Et ſi ceruices durataq; colla rigebunt,
Anſeris aut pingui torpentia colla fouebit.

At Gibbus in ſcapulis præcipue tumet inter uitia corporis, nõ morbos numerãdus, à quo gibberoſi, qui fiunt, ſi in ſeptima parte arietis habuerint horoſcopũ, ut ſentit Iulius Firmicus in viij. Quid autem differat morbus à uitio, docet Aul. Gellius, libro iiij. noctium Atticarum. Gibbus. Gibberoſus. Cap. 2.

Eſt & Brõchocæla in ceruice tumor haud mediocris & rotundus, de quo Celſus meminit in ſeptimo.

ALARVM ET MANVVM MORBI.

Caper. Hircus. τράγος. *CAper ſiue hircus & Græca dictione qua utitur Martialis τράγος, morbus eſt ſub alis propter fœtorem hircinum ſic appellatus. Horatius:*

An grauis hirſutis cubet hircus in alis. Catullus.

Valle ſub alarum trux habitare caper.

Chiragra. Paronychia. Verrucæ. *Ab alis autem ad ungues naſcuntur. Chiragra morbus articularis, Paronychia quæ rediuium, Panus, phygethlon, pterigium, & Verrucæ, quæ etiam in alijs partibus corporis intumeſcunt. Serenus:*

Interdum exiſtit turpi uerruca papilla,
Hinc quondam Fabio uerum cognomen adhæſit.
Qui ſolus patriæ cunctando reſtituit rem,
Id poterit uitium ſanguis curare lacertæ.

VENTRICVLI ET INTERIORVM MORBI.

Stomachus. *STomachus in quo cibi concoquuntur, rex corporis & paterfamilias merito nominatur. Serenus:*

Qui ſtomachum regem totius corporis eſſe
Contendunt niti uera ratione uideantur,
Huius enim ualidus firmat tenor omnia membra
At contra eiuſdem franguntur cuncta dolore.

Anorexia. Pneumatoſis. Helcoſis. Diſpepſia. πέψις. πεπτικαὶ. *Ipſius morbi apoſtema, ſingultus, interciſio, Anorexia, faſtidium ſiue nauſea & malacia, Pneumatoſis inflatio, Helcoſis, exhulceratio, ſi Theod. Priſciano credimus. Et Diſpepſia, id eſt, mala concoctio, quando cibi nõ perficiuntur. Nam πέψις concoctio. Vnde πεπτικαὶ madicamenta, quæ foris adhibentur ad concoctionem.*

Stomachus ſubeſt pectori, à quo ad annum uſq; interiores morbi homines torquent, cruciant affligunt. Tuſsis & pertuſsis inueterata, pneumonea, aſthma. Dyſpnœa, orthopnœa, phthiſis, cardiaca, hædrophobos, pleuretis, Lipothymia, lypopſychiaúe, defectio mediocris ſpirituum, & Syncopis maior ambæ ex corde, pareſis, ſcintillatio, Hæmoptœa ſanguinis excreatio: Theodoro Priſciano, de qua diximus, ueluti diabroſis, Rhegmos chaſmos, & anaſtomoſis, epaticus morbus, hydrops, aqua intercus, ſcliroſis. Bilis atra, choleræ, celiacus morbus, dyſenteria, tormina, lienteria, tenaſmos, εἰλεός *à quo ilioſi. Scirron, ſimile quoddam Molæ, qua laborent fœminæ. Lagonoponon, colum, telum, uermina, lumbago. Nephritis unde nephreticus, ſtranguria, ſubſtyllum, dyſuriaúe. Lithiaſis, calculus in ueſica, ſuffocatio uuluæ, & rheumatiſmus, ſatyriatis, cirſocelæ, enterocelæ, bubonocelæ, porocelæ, ſarcocelæ, epiplocelæ, Hernia uel ramices. At Phimoſis erit cum glans membri uirilis (quod Faſcinum, Mentulam & Mutonem appellant) ita tegitur præputij pellicula, ut nudari n[on] poſsit. Rhagades uerò, ſycoſis, ficus, & condylomata ſedem, hoc eſt, podicem infeſtant, ut hæmorrhoides cæcæ comprimis, de quibus Serenus:*

Excruciant turpes anum ſi forte papillæ,
Agreſtis prodeſt radix ſuperaddita porri.
Dulcia cumq; nigra iunges fuligine mella,
Apponesq; ſuper, pellit medicina dolorem.

Et Gonorrhœa profluuium geniturae: Intertrigo autem ex atritu fit morborum æſtate uiatoribus præſertim ſudore proueniens. Plinius in xxiiij. Virgam popu-

Lipothymia. Syncopis. Hæmoptœa. Εἰλεός. Scirron. Mola. Lithiaſis. Hernia. Phimoſis. Faſcinum. Mentula. Muto. Sedes. Hæmorrhoides. Gonorrhœa. Intertrigo.

li in manu tenentibus, intertrigo non metuatur. hæc Græ. παράτριμμα. *cé* παράτριμμα.

COXAE ET PEDVM MORBI.

Coxendix. COxendix uertebra cum neruo dicitur, quæ femora trunco annectit: hæc luxata ſi fuerit, dolorem mouet, hinc ſæpius apud Plinium remedia ponuntur ad luxatas coxendices. Infeſtatur & Iſchia, quam qui patiuntur, non generant: quod accidit in omnibus animalibus, ut Ariſtoteles in Problemat. teſtatur. Loripedes quoque, id eſt, claudicantes facit. Serenus:

Ischia.

Sæpius occultus uicta coxendice morbus
Perfurit, & greſſus diro languore moratur.

Στρέμμα. *Sed & luxata mẽbra quæcunq; à Græcis* στρέμματα *dicta, dolores mouẽt. A Coxa uerò quæ eadẽ eſt, ad calcẽ naſcũtur Phymata, hoc eſt, tubercula, inguinariæ, uarices, chironium, clauus, morticina, callus, ſlema, gemurſa, acrochordona, thymon, Myrmecia, quam Latini formicationem, alibi etiam prouenientem uocitãt, Podagra morbus peregrinus: unde latinum nomen non habet. Et Perniones calcanea per hyemem exulcerantes, à quibus ad morbos, qui plurimas uel omnes corporis partes occupant, tranſeamus.*

Coxa. Phymata. Myrmetia. Podagra. Perniones.

FEBRIS.

Ἀμφημερινός. Quartanarij. Ephemeris. Horripilatio.

FEbris plura ſunt genera, quotidiana, quæ ἀμφημερινός, *tertiana, quartana, unde quartanarij, periodice, hemitritæus, cõtinua, cauſon, epialos, ſtrgma, ſynochus, hectica, & Ephemeris unius tantum diei & acceſsionis, de quibus eſt apud Plinium, Auicennam, & Galenum, & cæteros medicos. Eſt in eis Horripilatio, leuis motus, frigus, horror, & calor feruidus, quo latine*

nomen accepit. Nam à feruore febris dicitur, ſicut πυρετός græca dictione ab incendio: hinc alexipyretos, medicamen finiens febres. Ariſtoteles in Problemat. Totius, inquit, corporis excedens, caliditas eſt febris. Alij à morbi feritate deducunt. Curantur omnes medicaminibus purgatiuis (quæ Cathartica appellant) phlebotomia, per ſcalpellum uenæ adactum. Nam altera cucurbitali, ſcabies, ſuppurationes, membra liuida, & alia quædam leuantur. Dicta quoq;, hoc eſt, uictus tenuis prodeſt impenſius: confert etiam uomitus, quem Reiectum & reiectionem Plinius & Celſus dixere. Inde Aegyptij omnes morbos ieiunio & uomitu curabant, & brachmanarũ Didymus ad Alexandrũ ſcripſit: Medicinæ nobis parſimonia eſt, quæ non ſolum illapſos poteſt curare languores, ſed etiam procurare ne ueniãt. Legimus in decretis Pontificalibus de cõſe. diſt. v. Abſtinentiam corporales morbos curare, quos ciborum ſuperfluitas contraxerat. Aſclepiades autem uomitum eiecit in libro de tuenda ſanitate, ut ſcribit Cornelius Celſus, nam oculis maxime & dẽtibus officiens frigidiora reddit corpora. Cõmendatur & frictio, quæ fricatio in nõnullis ægritudinibus. Non improbãtur & carmina, quæ utpote uana & magica, nunc á ſanctiſsima ueriſsimaq; omnium chriſtiana religione interdicta ſunt. Serenus quoque ſcriptum reliquit:

Nam febres uario depelli carmine poſſe
Vana ſuperſtitio credit, tremuleq; parentes.

Operari autem uidetur ex infirmorum affectione, quæ & erga medicum & res cæteras cum fuerit, plurimum conferet ad tollendas ægritudines. Vexatur &

Πυρετός. Cathartica. Diæta. Vomitus. Reiectus. Reiectio. Parſimonia. Abſtinentia. Affectio.

pluriſariam genus humanum innumerabilibus morbis, è quibus paucula numerabo compluria relicturus, ne ſcriptus in tergo nec dum finitus libellus enchiridion excedat.

Elephantiaſis. Sunt igitur Elephantiaſis, quæ elephantia, cachexia, aurigo, icteros, regius arquatusq́; morbus, paralyſis, quæ hemiplexia, ſtupor, ſpaſmus, neruorum dolores,

Neruici. unde neruici, phlegmon, uigilæ, fiſtula, ſcabies, impetigo

Boa. pſora, puſtula, herpete, lepra, Boa, hoc eſt, pabula rubens, phagedæna, uomica, apoſtema quæ ſuppuratio, furunculus, grandines, lenticulæ, meliceria, cerion, gangilia, atheromata, ſteatomata, eiuſdem ferè generis tu-

Antrax. bercula, epinyctides. Antrax ſiue carbunculus, nomæ,

Plin. li. 26. c. 11. panus, papulæ, uari, bubones, ſtrumæ, quæ ſcrophulæ,

Synctexis. carcinoma, cuius ſunt cacoëthes & thymium, gangræ-

Syncteticus. na, cancer, alphos, quæ uitiligo, leuce, melas, Synctexis, defectio: unde ſynctetici, qui defecti. Acmæ, eryſipelas, pyricauta, & ignis ſacer, de quo Serenus:

Eſt etiam morbi ſpecies, quæ dicitur ignis,
Languida quo multo torrentur membra calore:
Vel tu uicino ſæuum bouis igne remittes
Mollituq́; lines, uel odoris fecibus oua
Sed non cocta dabis, ſic torrida membra fouebis
Lumbricus terræ mixto inducetur aceto,
Aut parili noua ruta modo, ſed iungis oliuum.
Ouaq́; cum betis proſunt ſimul illita tritis.

Homo bulla. Cum igitur tot ac tantis (ut cætera taceam) uexemur morborum ægritudinibus, profecto uita hæc noſtra, quæ ut flos matutinus eſt: ſiue potius Bulla, nec hilum felicitatis habere poteſt, & ideo non plurimi quidem, ſed nauci facienda, terrena iſta, præcipuæ quæ ad gehennam

gehennam trahunt, omnia aſpernanda. Cœleſtibus uerò aſpirandum, in quibus quies tranquilliſſima, immenſa letitia: uita nullius indiga: & ἀθανασία, diuos ex hominibus transformans poſsidetur. Quæ bona bonorũ optima facillimè (dicant quicquid uelint irreligioſi) lucrifacere poteſt humana fragilitas, cum unica tantum candidiſſima benigniſſimaq́; charitate illa promereri ualeat. Charitas.
Hæc exigit ut proximi dilectores Deum *amemus.* Proximi *dilectio erit non facere illi quod ipſe pati dedignareris.* Dei *uerò, qui nobis* σωτὴρ, καὶ ἐλευθέριος *eſt, amor, cultus, latria, & ueneratio, quæ cum ubiq; tum in templis præſertim eſt exhibenda, & domi in ſacello, de quo hæc paucula ideo ſubiungere cogimur.*

SACELLVM.
CAPVT VIII.

Sacellum, à ſacro, locus dicitur in quo res diuina fit, quã primos omnium Caynum Abelum Adami *filios,* Deo *uerò & maximo feciſſe conſtat: nam dijs primo ſacrificaſſe* Meliſſum *antiquiſſimum regem* Cretenſium *ex ſentẽtia* Didymi *ſcribit* Lactantius.
Eſt autem Sacrum, ut exponit Macrobius *ex authorita-* Sacrum.
te Thebatij, *quicquid* Deorum *ergo habetur.* Res *ipſa diuina, ſacrificium apud nos ſignificat, non ut olim ex uictimis holocauſtum, ſed ex puriſſimo corpore & ſanguine* Ieſu Chriſti Dei *redemptoris humaniſſimi, qui innocentiſſimus crucis patibulum ſubire, & pro peccatis noſtris ſeipſum offerre ſemel immolandum non recuſauit.* Ad *hanc principes (licet abſq; magna neceſsitate in locis*

profanis fieri non debeat) ſacellum in ædibus (ut antiqui
Lararium. *Lararium) habere conſueuerunt. Quod ſi fuerit, præ ceteris locis ornatius eſſe debet, utpotè in quo Deus, trinitas indiuidua (in qua, per quam, & à qua ſunt omnia) diuerſatur. Sit canibus, ac reliquis brutis occluſum, abſint rerum omnium ſordes. Sic teſtudinatum cum pictura uernante, habeat aram marmoream ad orientem ſpectantem, uel ſaltem teſſellam è marmore in aræ medio, ſi ea fuerit lignea, uel latericia. Altaria nanque, niſi marmorea (ut in decretis Pontificalibus iubetur) conſecrari non debent, & abſque ſacrato lapide res diuina non eſt offerenda. Inſtrata ſit ara linteis mundiſſimis, ſint puræ ueſtes ſacerdotales, amiculum, capitaluc, noëgeum, talare, cingulum, manipulus, ſudariolum, orarium, ſtola, & id genus cætera. Pura (inquit Feſtus) ueſtimenta ſacerdotes ad ſacrificium habebant, id eſt non obſita, non fulgurita, non funeſta, non labem, hoc eſt maculam habentia. Sed magis purus ſit ipſe ſacerdos, & talis qualis Aaron Moſis frater, qui primus ſacerdos à Deo eſt conſtitutus. Hinc Tibullus ethnicus poëta:*

Diſcedat ab aris
Cui tulit heſterna gaudia nocte uenus,
Caſta placent ſuperis, pura cum ueſte uenite,
Et manibus puris ſumite fontis aquas.

Et nos quoq;:
Chriſto caſta placent, manibus puriſſima puris
Frangite liba, malus ſit procul omnis odor.

Sit miſſale, ſint candelabra argentea uel orichalcea, in quibus ponantur candelæ, uel cærei ex punica cæra albicantes, & flammam, cum opus fuerit, nutricantes, ſine

qua miſſa non eſt celebranda. Sit calix patina aurata, & quæ ad calicem ſpectant omnia nitidiſſima: nec procul amululæ ad aquam, & uinum cryſtallinæ per ἱερόδουλον miniſtrandæ. Sit ad conſpectum ſacerdotis imago IESV CHRISTI: ſiue tutelaris Diui, quem aduocatum dicimus, uel candidiſſimæ uirginis Mariæ effigies, non Caretano, ſed Temperelli aut Franciſci Marmuttæ noſtratis ducta penicillo, & talis qualem εἰκονίαν Lucas Euangeliſta coloribus deliniuit, ut ad orandum introeuntes alliciens cum ueneratione detineat. Vnus enim quiſque in lerario domi colit ſimulachrum eius Diui, quem peculiariter ueneratur: unde Lampridius ſcribit Alexandrum Cæſarem, ſi cum uxore non cubuiſſet, matutinis horis in lerario ſuo rem diuinam feciſſe. In quo diuos principes, ſed optimos electos, & animas ſanctiores, in quibus Apollonium, & Chriſtum, & Abraham, & Orpheum habuiſſe dicitur. Enos autem primus omnium, quos ſcimus, nomen domini inuocauit. Oratio ipſa ſit breuis ex corde: nam in multitudine uerborum non flectitur Deus, ſed in cordis affectu, ut ex decretis Pontificalibus de conſe. diſt. v. didicimus. Et in tertia dicitur: Adoratio imaginũ non picturam, ſed picturæ repræſentationem ueneratur. Sit inibi antepenſilis lampas, ſiue cicindela nitidula, quæ lumen funiculo in oliuo præbeat & ſeruet. Sit acerra arca thuraria, ſiue thymiaterium, cũ thuribulo: nec deſit uaſculum cum aqua benedicta, & aſpergillo, cuius roratu uenialia delicta remittuntur, & inſidiæ dæmonum cum fantaſmatis fugantur. Sed iam falcem à meſſe ferè aliena retrahens, ad magis noſtra tranſeo. Acerra.

BIBLIOTHECA.
CAPVT IX.

Bibliotheca, ut inquit Vlpianus de legatis tertio, ac Pompeius, & apud Græcos & apud noſtros, tam librorũ magnus per ſe numerus, quàm locus ipſe ĩ quo libri col locati ſunt appellatur. Auſ. gallus poëta:

Emptis quòd libris tibi bibliotheca referta eſt,
Doctum & Grammaticum te Philomuſe putas.

Cap. 2. *Plinius in xxxv. Aſinij Polionis hoc Romæ inuentũ, qui primus bibliothecam dicando ingenia hominum rem publicam fecit. An priores cœperint Alexandriæ & Pergami reges, qui bibliothecas magno certamine inſtituêre, non facilè dixerim. Strabo Coſmographici operis xiij. Ariſtoteles inquit, primus omnium quos ſcimus libros congregauit, & Aegyptios reges bibliothecæ ordinem docuit. Primus equidem liberalium diſciplinarum libros Athenis publicè legendos poſuiſſe dicitur Pyſiſtratus*

βίβλος. *tyrannus. Nomen ex Græco ſortitur, nam* βίβλος *li-*
βιβλιοπόλα. *ber eſt (unde* βιβλιοπόλα *uenditor librorum)* θήκη
repoſitorium: hinc χειροθήκη *à manibus,* πινακοθήκη *à*
θήκη. *tabulis deducta. A libris Latini Librariam uocant. Aulus*
Libraria. *Gellius: In libraria ego, & L. Paulus conſederamus. Qui*
Bibliothecarius. *illius curam habuerit, Bibliothecarius dicitur. Bibliothecæ ipſæ ad orientem ſpectare debent, ita libri non putreſcunt, ut author eſt Vitruuius Architectus in ſexto: nam quæcunq; ad Meridiem & Occidentem apertiores habent feneſtras, tineis & humore libros uitiant, quod uenti humidi aduentantes procreant illas & alunt, inſundentesq; humidos ſpiritus pallore uolumina corrumpũt.*

Vnde uel in parietibus quidam, uel ex tabulis armaria extruunt ad libros continendos, quæ Forulorum nomine ſignificari plærique omnes apud Iuuenalem exiſtimarunt, cum inquit: Foruli.

Hic libros dabit & Forulos, mediamq; Mineruam.

Fiunt & armaria in cubiculis, culina, & cœnationibus, uerum ad alios uſus, ut uidemus. Sed caue ſine delectu quoſcunque libros congreges: onerat diſcentem turba, non inſtruit, multoq; ſatius eſt (ut inquit Seneca) paucis te authoribus tradere, quàm errare per multos. Caue etiam (quod peius eſſet) ne ſacrorum opera ingeniorum, in ſpeciem & cultum parietum comparentur. Alexandriæ quadraginta milia librorum, pulcherrimũ regiæ opulentiæ monumentum, ſiue potius ſtudioſæ luxuriæ ſpectaculum, arſerunt. Armarium. Librorum delectus habendus.

LIBER.

Libri olim ex papyro, nunc è charta: præferuntur ut optimi ex membranis. Apud antiquos binis umbilicis decorabantur. Papinius quarto ſyluarum:

Noſter purpureus nouusq; charta,
Et binis decoratus umbilicis. *Martialis:*
Et frontes gemino decens honore.
Pictis luxurieris umbilicis.

Porphirio Hora. interpres: Vmbilici inquit, in fine libri ex oſſe aut ligno ſolent poni. Vnde ad umbilicũ adducere eſt finire. Apud nos binis tabellis conſtricti additis fibulis corio ueſtiuntur arte ſpecioſa inſculpto. Talis ornatus ſupra trecentos ſexaginta humanarum literarum in bibliotheca ſua poſuit Georgius Anſelmus nepos, omnium horarum amicus oculiſſimus: Imò idem Marius, in Vmbilici. Ad umbilicum perducere.

quo ingeniũ cum doctrina, doctrina cũ ingenio de prin-

Codices. cipatu contendunt. Libri autem ipſi, qui & Codices (un

Codicilli. de Codicilli) inde nomen acceperunt, quòd ante uſum

Liber. chartæ papyraceæ, de libris arborum uolumina fiebant: nam liber arboris eſt cortex interior. Vergilius:

Vdoq; docent inoleſcere libro.

Paginæ. In libris Paginæ ſunt, dictæ quòd ſuam quæq; obtinẽt regionẽ, ut pagi: uel à pangendo, quòd in illis uerſus pan guntur, id eſt figuntur, authore Pompeio. Plinius Cæcil. Ego non paginas tantum, ſed etiam uerſus ſyllabaſq; nu-

Margo. merabo. Harũ extremitatẽ marginẽ, licet ad alia trãſeat,

Emargino. dixere. Vnde Emargino, extremitates recido. A libro aũt

Libellus. eſt per diminutionẽ Libellus paruus liber ſiue epiſtola:

Libellio. unde Libelliones uocabant antiqui, quos nunc Tabellio-

Tabellio. Notarius. nes, ut à notis Notarios, & petitio in iudicio porrecta, in

Librarius. quo ſignificatu legulei utuntur. Eſt librarius, qui (Græcè

βιβλιογρά- βιβλιογράφος) libros tranſcribit. Hi fuerant, ut dixi

φος. mus, ex Papyro naſcẽte in Aegypti paluſtribus, aut Nili

Papyrus. aquis quieſcentibus: cum ex ea fierent chartæ diuiſæ acu in tenuiſsima folia, in quibus antiquiores ſcripſerunt, ſed prius (quod à pleriſq; etiã nũc obſeruatur) concha marina expoliebãtur, ut curſus eſſet calamo facilior. Mart.

Leuis ab æquorea cortex mareotica concha
Fiat, inoffenſa curret harundo uia.

Cap. 12. Et Plinius in xiij. ſcribit papyraceam chartam ſcabritiam leuigari dente, conchaue: ubi mendoſe in pluribus codicibus dente concauo legitur.

CHARTA.

CHartam ab urbe Tyri Charta, uictoria Magni Alexãdri repertam, author eſt M. Varro, condita

in Aegypto Alexandria, anteà chartarum uſus non fuerat. Palmarum folijs primo ſcriptitatum eſt: unde ad hanc uſque diem folia chartæ dicimus. deinde quarundam arborum libris, poſtea & plumbeis uoluminibus monumenta publica: mox & priuata linteis confici cœpta aut ceris. Apud nos hodie charta è lineis canabinisq; pannis ueteribus & attritis producitur. Secti in fruſtula aqua diſperſa per dies undecim macerantur, & in pila aquaria pilis ferratis minutim contuſi, addita calce in alteram transferuntur: exemptos deinde in aquaria tinia cum poſuerint, formis aquam pannis alternatim ingeſtis prælo calcantur, ædificioq; ad id patulo prius ſiccata: mox glutino facto ex pellium quiſquilijs ſiue ramentis, quæ coriarij & membranarij reponunt ad hunc uſum, feruefactis intincta: rurſus ſiccata & uitro leuigata aptiſſima redduntur ad tolerandos calamos; & attramentum non tranſmittendum. In hoc Parmenſes chartæ ſibi principatum uendicarunt: cum in candore præ cæteris Fabrianæ commendentur. Prima enim chartæ datur adorea, ſi non eſt bibula & atramentum non ſorbet: quod ſi fuerit, ſiccandæ ſcripturæ, ne fiant lituræ, erit utilis. Fiunt autem plura chartarum genera. Cæteris omnibus tenuior eſt epiſtolis dicata nomine inde adepto, quæ & Auguſta dicebatur. Plinius in decimotertio: Nimia quippe auguſtæ tenuitas tolerandis non ſufficiebat calamis; & mox: Auguſti in epiſtolis authoritas relicta. firmior eſt libraria ad libros aptiſſima. Regalis, quæ Regia, inter Macrocola magnitudine reliquas apud nos antecellit: unde nomen ſortitur; olim Claudiana appellata.

Folia chartæ.

Charta apud nos.

Parmenſes chartæ & Fabrianæ.

Auguſta papyrus.

Regalis.

Claudiana.

Imperialis. *At Bononiæ regia maior eſt Imperialis, libris templo-rum ad muſicam per horas officiales idonea, quæ olim*
Hieratica. Emporetica. *Hieratica. Vilior eſt emporetica, quæ inutilis ſcriben-*
Pli. lib. 13. ca. 12. *do inuolucra ſegeſtrium uice mercibus præbet, & ideo á mercatoribus cognominata, quaſi mercatoria: Græcè*
ἔμπορος. *enim ἔμπορος mercator, ἐμπόριον locus mercatus &*
ἐμπόριον. *nundinationis, ad quem diſtrahendi præſtinandiq́; cauſa*
Cuculus. *conueniunt mercatores. Chartaceum inuolucrum Cucu-*
Chartularius. *lum dicemus, & uenditorem chartarum chartularium*
χαρτοπώλης. *nos, Græci χαρτοπώλην.*

MEMBRANA.

Membranarum uſum Pergami repertum fuiſſe tradit M. Varro, ſupprimente chartas Ptolo-
Pergamenæ. *mæo, unde Pergamenæ dictæ. Diuus Hieronymus: Char-tam defuiſſe non puto Aegypto miniſtrante commercia: & ſi alicui Ptolomæus maria clauſiſſet, tamen rex Atta-lus membranas è Pergamo miſerat, ut penuria chartæ pellibus penſaretur: unde pergamenarum nomen, ad hãc uſque diem tradente ſibi inuicem poſteritate ſeruatum eſt. Membrana uerò, ut uerbum exprimamus ex uerbo,*
παλίμψεστος. *iterum abraſa παλίμψεστος dicitur, quæ uiliſsima eſt. M. Cicero ad Trebatium: Quòd in palimpſeſto, laudo equidem parſimoniam: ſed miror quid in illa chartula fuit, quod delere malueris, quàm hæc ſcribere, niſi forte tuas formulas. Catullus ad Varrum: Nec ſic ut fit in pa-*
Deletitia. *limpſeſtos relata. Iuriſconſulti Deletitiam interpretan-tur: nam abraſis prioribus literis reſcribitur. Vlpianus: Chartæ appellatio ad nouam refertur, & ad deletitiam.*
Opiſthographum. *proinde & Opiſthographo ſi quis teſtatus ſit, hinc peti poteſt bonorum poſſeſsio. Opiſthographum uerò dici-*

mus in tergo ſcriptum. Plinius iunior: Electorumq́; cõmentarios clx. mihi reliquit opiſthographos. Vnde ὀπισθοκόμας euboicos ſcimus dictos, quòd poſt terga comam fuſam alerent, ſicut Acrocomas Thraces, qui Antias capronea ſue in frontem muliebriter dimittebant. ὀπισθοκόμαι.

SCHEDAE.

S*Chedæ & per diminutionem ſchedulæ dici poſſunt* Schedulæ. *folia chartæ, ut Neoterici appellant, nonnulli Phyliras, poſtquam pagellis Phyliraceis, hoc eſt, tiliaceis priſci uice chartarum uſi fuerunt. Quintilianus. Nam omnes etiam indignas lectione ſchedas excuſit, anilibus quoq; fabulis accommodare operam poteſt, ubi paginas intelligere etiam poſſumus, ac literarum monumenta. Et Diuus Hieronymus ad Iulianum: Ecce tibi noſter Auſonius cœpit ſchedulas flagitare, urgere notarios. Item, ad uirgines Hemonenſes: Et uobiſcum uolebã prolixius loqui, & anguſtia ſchedulæ cogebat tacere, Schedia uerò apud Græcos ſunt, quæ nos extemporalia uocamus: unde Apuleius in deo Socratis, In iſto, ait, ſchedico, & incondito experimini, an idem ſim repentinus, qui præparatus:* Phyliræ. σχέδιον.

PVGILLARIS.

P*Vgillares tabellæ apud antiquos erant ceratæ, in quibus ſtylo ſcribebant: unde ceræ ſimpliciter nominatæ. Plinius iunior ad Cornelium tacitum: Ad retia ſedebam, erant in proximo nõ uenabulum, ſed ſtylus & pugillares, meditabar aliquid & notabam: ut ſi manus uacuas, plenas tamen ceras reportarem. Apuleius: Dolebam me hercules, quòd pugillares & ſtylum non ha-* Ceræ.

opus facientibus opponi ſolebant, ſub hoc uocabulo ſignificantur.

ATRAMENTARIVM.

A Tramentarium uaſculum quo atramentũ cõtinetur. Hierony. *Ezechiel.* viij. *atramentarium ſcriptoris ad renes eius. Atramentum autem ab atro, nigro colore deducunt, de quo* Plinius *in.ix. Effuſo atramento, quod pro ſanguine his eſt offuſcata aqua abſcon duntur. Item in xj. ut ſepiæ in mari ſanguinis uices atramento obtineat. hinc* Perſius. Atramentum. Sepia.

Tunc quæritur craſſus calamo, quòd pendeat humor
Nigra quòd infuſa uaneſcat ſepia lympha.

Atramentum quo ſcribimus ſcriptorium Celſus, *Librarium* Vitruuius *nuncupat, cuius compoſitionem docet* Dioſcorides. Plinius *quoq; in* xxxv. *Fit & fuligine, inquit, pluribus modis, Reſina uel pice exuſtis, propter quod etiam officinas ædificauerunt, fumum eum non emittentes. Laudatiſſimum fit eodem modo è tedis. Omne autem atramentum ſole perficitur, librarium & tectorium glutino admixto. Eadem nunc etiam fuligine, oleo quod è lini ſemine fit, & pice græca (ut cætera taceam) ſimul mixtis ad ignem in uaſe donec ſubferueãt, utuntur* Calcographi *ad atramentum glutinoſum illud librarium: nam atramento quo literas calamo notamus fuliginem non miſcent noſtrates. Eſt enim & atramentũ Sutorium, quo pelles tingunt coriarij.* Plinius xxxiiij. *Græci cognationem æris fecerunt nomine & atramento ſutorio, appellãt enim Calchantum, & paulopoſt ſubdit: Diluendo fit atramentum tingendis corijs. Demadem ſcribit* Plutarchus *in Solone in primis laudatum,* Scriptorium. Librarium. Cap.6. Sutorium. Calchantum.

quod Draconem dixerit nō atramento, ſed ſanguine leges notaſſe, cum etiam minima delicta capite puniret.
Μίλτος. Minium quoq;, græcè μίλτος, in librorum ſcriptura
Plin. lib. 33. c. 7. uſurpabatur, à Gallia Athenienſe primo in argentarijs
Miniarij. metallis inuentum. Vtimur & nos: hinc miniarij codices dicuntur, cum literæ in eis maiores non tantum ex illo, ſed etiam ex alia materia diuerſicolores fiunt.

CALAMI.

Calami ad ſcribēdum cæteris aptiores, melioresq́; ſunt Aegyptij. Plinius in xvj. Chartisq́; ſeruiunt calami Aegyptij maxime cognatione quadam papyri. Martialis:

Dat chartis habiles calamos memphitica tellus.
Texantur reliqua tecta palude tibi.

Commendantur & Gnidij. Calamis quoq; utuntur in prælio Orientis populi uice ſagittarum. His enim penna addita mortem accelerant, adduntq́; ſpicula irreuocabili hami noxia. Nullus autem aptior ſagittis calamus, quàm qui in rheno Bononienſi amne reperitur, cui
Theca calamaria. plurima ineſt medulla pondusq́; uolucre. A calamis theca calamaria, in qua reponuntur. Hinc diſtichon:

Sortitus thecam calamis armare memento,
Cætera nos dedimus tu leuiora para.

Suetonius in Claudio: Ne cuius comiti aut librario calamariæ & graphiariæ thecæ adimerētur. Sūt & ca-
Tibiales. Αὐλητικοί. lami ad tibias, unde Tibiales dicti, & græce αὐλητικοὶ.

PENNA.

Penna plures hoc tempore utuntur ad ſcribēdum,
Pennarium. qui ſunt librarij: unde Pennarium, & Thecam
Pennaria theca. pennariam dicemus: ubi pennæ ipſæ conduntur. Nuper-

rime cœpit.utpote me puero in crepundijs, ars olim, ut aiunt, à germanis inuenta ære literas, & ita libros for= mis,ut uulgo dicitur,excudendi,qua tantum una diecu= la notant,quantum librarius per annum uix poſſet exa rare. Artifices ex re Calcographos appellamus,quibus (modo diligentiſſimi ſint) plurimum debent doctrinæ cupitores & literarum dilectores:cum inde ſcriptorum ſcaturierint prius incogniti riuuli librorum, cæterorũ uerò copia emanauerit.Scribere autem non ſolum eſt li= teras notare, ſed etiam pingere: ueluti apud Græcos γϱάφειν, unde graphia ſcriptura & pictura: hinc or= thographia recta ſcriptura. Zographia animalium pi= ctura. Syngraphum quæ fit in rei alicuius teſtimonium ſcriptura.Idiographus liber ꝓpria alicuius manu ſcri= ptus,ſicut Authographus manu authoris. Calcographus. γϱάφειν. Graphia. Orthographia. Zographia. Syngraphum. Idiographus. Authographus.

TAEMPOCON.

TAempocon Græci dixerũt genus ſcribendi deor= ſum uerſus, ut nunc dextrorſum ſcribimus, au= thore Pomp. *Aegyptij ſcribunt (inquit* Herodotus *hi= ſto.ij.) à dextro in ſiniſtrum manum referentes: quam conſuetudinem ſeruant hoc etiam tempore apud nos qui ſunt* Iudæi.*Eſt qui neceſſitate urgente, ſummiſſo ca= pite papyrum ſupra genu tenens ſcribat, γϱαμματο= κύφων nuncupatus.* γϱαμματο= κύφων.

ANVLVS.

ANulum ſignatorium: quo teſtamenta, epiſtolæ, quæ apoſtoli etiam à mittendo, & epiſtolia, li= belli, diplomata, & id genus cætera ſignantur, dici no= mine ipſo apparet. Paulus *iureconſultus: Anulus, in= quit, ſignatorius ornamenti appellatione non cõtinetur.* Apoſtoli.

Valerius Maximus de Sylla: Vt anulo quo ſignatoria utebatur ſculptam illam traditionem haberet. Nam
Gemma. gemmæ in effigies uarias cælantur, annulisq́; includuntur ſignandi gratia, quemadmodum Diuus Auguſtus initio imperij Sphinge ſignauit: mox Alexandri magni imagine, nouiſſime ſua: ut referũt Plinius & Suetonius. Dicunt autem ad actus noſtros proſperandos plurimum conferre Magni Alexandri imaginem anulo geſtatam. Cælebratur & rana Mœcenatis. Locri Ozolæ Phocidis in anulo ſignatorio ciuitatis ſtellam habebant inſculptam heſperum. Pompei quoque gemma, qua ſignabat, fuit enſifer leo. Quidam nullas admittunt gemmas, ſed auro ipſo ſignant, ut Claudij Cæſaris principatu repertum eſt. Apud Babylonios, teſte Herodoto, ſinguli anulum geſtant ſignatorium. Polycrati, inquit, Samiorum Regi gemma erat ſignatoria ſmaragdus, quam
Δακτύλιομ. geſtabat, opus Samij Theodori. Anulum Græci Δακτύλιομ uocant: unde Dactylotheca. Priſci apud Roma-
Vngulum. nos Vngulum, poſtea Græci & Latini Symbolum. Da-
Symbolum. Dactylotheca. ctylotheca autem ipſa & plures gemmas notat, & repoſitorium. Hinc Dactylotheca legata (ut tradit Pomponius & Vlpianus, de legatis tertio) & anuli & theca intelliguntur. Martialis:

Sæpe grauis digitis elabitur anulus unctis.
Tuta mea fiet, ſed tua gemma fide.

Primus Scaurus Syllæ priuignus Dactylothecã excogitauit: at pompeius, Dactylothecam Mithridaticam in capitolio dicauit. Anulos uerò ſingulis digitis primo
Vſus anulorũ. gerere mos fuit, qui ſunt minimis proximi. Sic in Numæ & Seruij Tullij ſtatuis, ut ſcribit Plinius uidemus,

quòd ab his digitis, & manus præſertim ſiniſtræ, neruum quendam tenuiſſimum, in ſectis corporibus humanis, quas ἀνατομίας, id eſt, diſſectiones Græci uocitant, ad cor tendere, compertum eſt. Legimus in decretis Pontificalibus xxx. quæſtione quinta: Sponſæ nouæ nuptæ digito quarto anulum indere: ut ſicut ab eo uena cordi coniungitur, ita eorum corda ſint unita. Is Pronubus dicitur, quo ueluti arrabone noui ſponſi oppignorantur: nam pronubi & pronubæ, & à Græcis παράνυμφοι & παράνυμφαι, in obſequio ſunt nubentium: poſtea pollici proximo (quem indicem Latini, Græci λιχανὸν, teſte Boëtio, nominant) induere deorum ſimulachris: dein iuuit & minimo dare. Galli, Britanniq; dicuntur in medio uſi. Hic nunc ſolus excipitur, cæteri omnes onerantur, atque etiam priuatim articuli alijs minoribus. hinc Seneca in ultimo naturalium quæſtionum, exclamat: Exornamus anulis digitos. In omni articulo gemma diſponitur. De anulorum origine & iure complura traduntur à Plinio in xxxiij. quæ breuitatis gratia omiſimus: Cui cordi eſt noſcere, is ſatis habeat authorem eſſe monſtratum: apud quem, ſi quid copioſius uoluerit, inueniet.

Ἀνατομία.

Pronubus.

παράνυμφοι.

παράνυμφαι.

λιχανὸν.

CAERA.

CAera expreſſis fauis, in uarios colores pigmentis trahitur, ad reddendas ſimilitudines, ſignandas epiſtolas, & innumeros mortalium uſus. Punica optima exiſtimatur, quæ candida eſt. Inſolatur cæra, id eſt, ad ſolem ſub dio ponitur, & poſt inſolationem decocta candeſcit. Nigreſcit autem addito chartarum cinere: ſicut ære uiridi admixto uireſcit, & anchuſa rubeſcit.

Punica cæra.

SCRINIVM.

SCriniũ libris ſeruãdis eſt idoneũ, ne à tineis & blattis cõſumatur. Martialis ſcrinij lemmate præmiſſo:

Conſtrictos niſi das mihi libellos,
Admittam tineas truceſq; blattas.

Horatius in primo ſermonum:

Ne me Criſpini ſcrinia lippi
Compilaſſe putes, uerbum non amplius addam.

Libris, inquit Vlpianus iureconſultus, legatis, ut Caßius & Sabinus referũt, neque armaria, neq; ſcrinia, neq; cætera in quibus libri condũtur, contineri ſatis no-
χαρτοφυλάκιον. tum eſt. Scrinium græcè χαρτοφυλάκιον: nam φυλακή
custodia eſt. Hinc Gazophylacium in ſacris literis arca
φυλακή. ad cuſtodiendas oblationes apud Iudæos, & Corbona di-
Gazophylaciũ. cta. Significat & capſam, qua res precioſiores & ſecre-
Scriniarij. tæ in primis ſcripturæ, ſeruantur: unde ſcriniarij, ſecre-
A ſecretis. Ab epiſtolis. tarij, quos etiam à ſecretis dicimus, ut ſcribas ab epiſto-
Archigrammatei. lis, & grammaticos & cancellarios. Archigrammateos uerò principes ſcribarum. In ſcrinijs Mithridates grauiores epiſtolas, & Darius unguenta habuerunt. Alexander poſtea captis Darij caſtris, eius ſcrinium unguẽti, libris Homeri ſeruandis deſtinauit.

ARMAMENTARIVM.

CAPVT X.

ARmamentarium ab armis, ut nomen indicat, locus eſt, in quo arma & tela reponuntur. Iuuenalis:

Quicquid habent telorum armamentaria cœli.

Valerius Max. Habebat, inquit, armamẽtariũ omnis

generis

generis teloru̅ copia refertu̅. T.Liuius de bello Macedo. Conflagraru̅t & horrea regia & armamentarium cum ingenti apparatu machinarum tormentorumq́;. Armamentarium aliâs ab armentis,eſt ubi naues habentur.Plinius: Philon Athenis armamentario mille nauium. Arma autem ab arcendo nomen acceperunt,quòd his hoſtes arcemus,ut author eſt M. Varro, in libris linguæ Latinæ. At Pompeius & Seruius ab armis, id eſt humeris, quòd ab his pendeant,dicta exiſtimarunt:cum tela uſum præbeant iaculandi & procul præliandi, ſiue potius quòd armis oneri ſint. Arma & tela militaria à Samnitibus Rom.ueteres ſumpſere, & inſignia magiſtratuum pleraq; ab Ethruſcis,ut ſcribit Salluſtius.Primus fabricatis armis Mars,qui Gradiuus,milites armauit, pugnandiq́; uſum induxit.Vnde ab antiquis Deus belli creditus. At primi Chalybes ferrum, quo abundant, erutum domarunt.Hinc chalybs apud poëtas.Romæ autem armorum tractandorum meditatio à P.Rutilio conſ. tradita eſt. Is enim accerſitis ex ludo C. Aurelij Scauri gladiatoribus, uitandi atq; inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingenerauit: quam tenent etiam qui apud nos ſunt gladiatores,ita animarum prodigi, ac ſi cucurbitæ caput haberent. Qui totis armis contectus equo inſidens in pugnam procedit,cataphractus dicitur:ſi tamen & equum habeat undiq; lorica munitum,ut eſt penes Aelianum de re militari ad Hadrianum Imperatore̅.Arma ipſa Græcè ὅπλα.Inde ὁπλόμαχος, qui armatus in ſpeciem iuſtæ pugnæ dimicat: & Hoplitides mulierum ſi quæ ſunt ſtatuæ armatæ.Vergilius: Arma & ruſticorum & piſtorum appellauit.Item fraudes,hinc eſt:

Arma.

Tela.

Arma primo Mars.

Chalybs.

Valerius Maximus lib.2.de inſti.antiq.

ὅπλα.

ὁπλόμαχος.

Et quærere conſcius arma.

Arma generale uocabulum ad oia inſtrumẽta. *Erunt igitur omnium generum inſtrumenta, ueluti Sutorum, acus, ſubulæ, muſtricolà, modioli, forfices, ſcalpra, digitalia. Fabri materiarij, ſerra, terebella, cœlum, dolabra, aſcia, circinus, bipennis, ſecuris, ſecuricula, lima, rancina, linea quæ tingitur rubrica, tornum, mymphur, amuſsis. Cementariorum, trulla, malleus, norma, libella, perpẽdiculum, quinquepeda, decempeda, penicilli, tectorij. Pictoris, ſpongia, penicilli, uriculum ad encauſticen. Fabri ferrarij, ærarij, argentarijq́; ſolles, tudites, qui pyrobolæ, incus, forceps, formæ, ueru cula, ſcobilis, ſiue ſcobina.* Trutina. *Laniorum: bilances, in quibus Trutina, per quam examen, culter, ſtatera, cratis, cultelluli, alueolus, menſa quæ lanionia. Venatorum: retia, plagæ, uenabulum, calami uiſcati ad aues, ſemuplotia, culter uenatoris, amites. Agricolarum: aratra, & cum rotulis,* Planaratrum. *planaratra, uomeres, ſtimulus, & rulla ad purgandum aratrum illi addita,* Rulla. *plauſtra, trahæ, pectines, raſtra, ligones, ſarcula, marræ, paſtinum, hirpices, falces lunariæ, meſſoriæ, fœnariæ, arborariæ, fiſcinæ, fiſcellæ, bidentes, raſtelli, furcillæ, corbes, rutrum, tribula, uentilabrum, chilindrus, uannus, quali, roncones. Nautarum: rudentes, uela, artemones (licet potius membra nauis eſſe uideantur uel addimenta) Anchoræ, harpagones, bolis,* Tonſæ. *Tonſæ qui remi, manicæ. Aleatorum:* Scrupi. *tali, teſſeræ, calculi, qui ſcrupi, & latrones, alueolus, tabula latruncularia, tabellæ pictæ, fritillus. Muſicorum: fiſtula, monochordium, tybiæ, lyra, cythara, in quibus neruiæ, plectrum, monaulum (Mercurij inuentum) decachordon, heptachordon, & id genus cætera à numero*

chordarum, ſambuca à troglodytis monſtrata, orga-
num, barbiton, arpæ. Gerulorum (qui βασάζοντες, qui Βασάζοντες.
baiuli, & à Perſis gangabæ dicuntur) pertica, reſtis, ſac- Baiuli.
cus, utres ad liquida portanda, muli mariani, erumnulæ, Gangabæ. Vtres.
phalangiæ, σκευοφόρια. Tonſorum: pecten, nouacula, Σκευοφόρια.
cotes, foculus, matiacæ pilæ, ſapo, forpex, auriſcalpium,
calamiſtrum, ſpeculum, muſcarium ſetaceum, diſcerni-
cula. Studioſorum: libri, graphium, calamus, pugillares,
lucerna, atramentariū, cultellus, forficulæ. Et hæc è mul-
tis pauca ſufficiant, incœptum iam opus aliquantulum
euagati proſequamur.

GALEA.

GAlea, quæ Caßis, à galero, ut ſcribit Marcus Var- Caſſis.
ro, nomen accepit. Ea caput armatur, quam La-
cedæmonij primi inuenere: Diodorus inuentionem Cure-
tibus aßignat. Huius ſummitatem Conum appellant, in Conus.
quo Criſtæ è pennis auium, quas Cares monſtrauere, po- Criſtæ.
nuntur. Vergilius:

Terribilem criſtis galeam flammasq; uomentem.

Prudentius in Pſychomachia:

Hirſutas quatiens galeato uertice criſtas.

Et Plinius in decimo de ſtruthiocamelo alite: Conosq; bellicos & galeas adornantes pennæ. de caudis quoq; animalium antiqui fecere. Hinc eſt:

Criſtaq; hirſutus equina.

A quo etiam Iubæ dicuntur. Vt illic: Iubæ.

Graiarum errore iubarum.

Galeæ pars è qua ſpiritus educitur, Bucculæ nomen Bucculæ.
eſt adepta. Iuuenalis:

Lorica & fracta de caßide Buccula pendens.

Sunt & galeæ fronte & ceruice tenus caput. tegetes, quibus utuntur pedites lancearij, & hippotoxotæ, addito Torque *ex anulis ferreis uel laminis ad iuguli imprimis tutamentum. Galea ipſa & ſcutum à Scythis ad Aegyptios traducta ſunt, ut refert* Herodotus.

Torquis.

LORICA.

Thorax.

Lorica, quā thoracem nonnulli, dicitur, quòd antiquitus, ut ſcribit Var. *è loris de corio crudo pectorali faciebant: poſtea ſuccederunt Galli ſub id uocabulū ex anulis ferreis tunicam.* Vnde Vergilius in quinto:
Leuibus huic hamis conſertam auroq; trilicem
Loricam.

Apuleius in libro de mundo: Cum tuba bellicum cecinit, milites clangore accenſi, alius accingitur gladio, alius clypeum capit, ille lorica ſe induit, & Suetonius *ſcribit Auguſtum Cæſarē in reformatione ſenatus uſum lorica ſub ueſte ferroq; cinctum præſediſſe.* Hanc Mydias Meſſenius primo monſtrauit.

Pli.lib.7. ca.56.

MANICA.

Humeralia. Brachialia. Femoralia.

Manicæ à manibus dicuntur, quibus milites è ferro in prælijs pugnantes utuntur ad earum defenſionem: ueluti à brachijs Brachialia, *ab humeris* Humeralia, *& à femore* Femoralia. *Sunt etiam Manicæ & quibus noxiorum manus coërcentur. Apuleius in floridis: Quid ſi manus manicis reſtringantur, quid ſi pedes pedicis coartentur? Prudentius in Pſichomachiæ hemiſtichio:*
Manicíſq; tenacibus arctat.

Et quibus hyeme aduerſus frigora manus teguntur. Plinius Cecilius in epiſtolis: Ad latus notarius cum libro

& pugillaribus, cuius manus hyeme manicis muniebantur: ut ne cœli quidem aſperitas ullum ſtudijs tempus eriperet. Græci χειροθήκας manuum dicūt operimenta: nam χεῖρα illi manum uocant. Vnde Chiromantia diuinatio per manuum liniamenta, Chirographum propria manu ſcriptura, & Chironomia lex geſticulationis manuum, deducuntur. Apud Lucanum eo loco: χειροθήκη. Chiromantia. Chirographum. Chironomia.

Aſt alias manicæq; ligant tercteſq; catenæ.

Machinulas notant, ad capiendas naues excogitatas, quas etiam manus uocitatas Pericles Athenien. inuenit. Manus.

OCREA.

Ocreæ quæ crura tuentur ideo dictæ, quòd opponantur ob crus, ut ſcribit Var. At Pompeius inde nomen deductum exiſtimauit, quòd ſint inæqualiter tuberatæ. Ocrem montem confragoſum ueteres nominarunt. De his Vergilius: Ocres.

Tum tenuis ocreas auro electroq; recocto.

Apuleius in Coſmographia: Hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Ocreas primi Cares inuenerunt, utebantur illis equites, ſed & ſcutati pedites ferreas ocreas in dextris cruribus cogebantur accipere, ut eſt apud Vegetium, libro primo de re militari. Nam Crurifragio homo ſternitur, quo nomine crurum fractio notatur: ueluti & Ceruicifragio ceruicis, addidere nonnulli Coſtifragium. Crurifragium. Ceruicifragium. Coſtifragium.

CALCAR.

Calcaria è ferro dicta, quòd calci adnectantur ad equos concitandos. Ouidius:

Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo.

Calcar inde pro impetu & ſtimulo interpretatus eſt

Nonius Marcel. eo Varronis loco: Ventus ſuo caſu uehementius ſufflare & calcar admouere. Calcaria etiamnum quibuſdam auibus data, ut gallinaceis: utilia tantum in pedeſtri certamine, quod ſæpius commouent, ſi duo ſint in eodem gallinario: authore Ariſtotele de partibus animalium ultimo,

CLYPEVS.

γλύφω. Lib.35.cap.3. CLypeus, à γλύφω, quod eſt ſculpo, nomen mutuatur. Plinius: Scutis enim, qualibus apud Troiã pugnatum eſt, continebantur imagines, unde & nomen habuerunt clypeorum, non ut peruerſa grammaticorum ſubtilitas uoluit, à cluendo: Cluere autem pugnare Plin.li.15.ca.29. eſt. Primi clypeos inuenerunt Prætus & Acriſius inter ſe bellantes, ſiue Chalcus Athamantis filius, ut idem refert in ſeptimo. Apud antiquos ut contumacius ferrum tranſmitterent, taurorum & boum corijs ueſtiebantur. Papinius in Achilleide:

Cirrha ſagittiferas certat ſtipare pharetras,
Lerna graues clypeos cæſis ueſtire iuuencis.

Chryſoaſpidæ. Ἀσπίς. Χρυσός. Aurum poſtea addidere: unde Chryſoaſpidas Alexandri Seueri Imperatoris legimus: nam ἀσπίς Græcè ſcutum eſt, & χρυσός aurum. Ab argenteis autem ſcutis Argyroaſpidæ. Argyroaſpidas dicemus. Scutum ipſum à ſectura nomen accepit, quia fit tabellis minutim deſectis, ut author eſt M. Varro in libro de lingua Latina. At Pompeius, quòd κύτος. non ſine pellibus fiat, nam κύτος Græcè pellis eſt: unde Taureæ. & Scorta, & Scuticæ, quæ à corio taurino etiam Taureæ dicuntur. Sunt autem Scuta, ut inquit Seruius, equi- Scuta. Clypei. tum: Clypei uerò peditum, ſed à ſcriptoribus uſur- Pelta. pantur, inter quorum genera eſt Pelta, ſcutum paruum

& leue, à quo Peltaſtæ & Peltati pedites, qui inter leuem armaturam adnumerati Macedonica armatura utuntur, uerum leuiore, ut eſt apud Aelianum de re militari ad Hadrianum Imperatorem. Eſt Cetra è paruulis ſcutis, ut ſcribit Marcellus. Eſt & Parma, & Parmula ferme quod Pelta, ſed rotunda, dicta quòd in omnes partes par ſit: quæ omnia ad corporis tutelam habentur. Vnde Africanum Scipionem cum ornatum ſcutum elegantius cuiuſdam uidiſſet, non mirari ſe dixiſſe perhibent, quod adeò illud ornaſſet, in quo plus præſidij quàm in gladio haberet. author Frontinus libro quarto Strategematῶn. Parma item, ut Coſmographi tradunt, Galliæ Ciſalpinæ, nunc Lombardiæ clariſſima eſt ciuitas, mihi patria & natale ſolum, quæ (ut apud Liuium in nono de bello Macedonico curioſiſſimè obſeruaui) conſulibus Claudio Marcello, & Fabio Labeone ciuium Romanorum colonia eſt deducta. Celebrabatur lanarum copia & bonitate. Vnde Epigrammatarius poëta:

Peltaſtæ & Peltati pedites.

Cetra.

Parma.

Parmula.

Parma Grapal-di patria.

Tondet & innumeros Gallica Parma greges. Item:
Vellenibus primis Apulia, Parma ſecundis.

Nunc uerò caſeo ſciti ſapporis, cuius maſſulas Orbiolas uocant. Omnium etiam rerum copia redundat, ita ut meritò dici poßit:

Orbiolæ.

Aurea fruges
En Parmæ pleno diffundit copia cornu.

Et hinc ſperare poßis (ueluti de Samo retulit Menander) lac gallinaceum. In hoc (quod nimium eſt: & nollem, dicam tamen) damnatur, ſuos pellit, deuorat: externos ſuſcipit, alumnatur: & quod pene præterieram, inſcitia inuida, lupa improba, ſtultitia incōſtante quorūdā

ſemipaganorum nunc municipaliũ, muſas etiam duabus uel tribus quatuorúe ad ſummũ ædibus apud eam diuerſantes, tentat eliminare. Hinc *nos ex ſtomacho in ſatyra:*

Properate laniſtæ,
Alea, ſcœnobates, ſcurræ, daniſta, nepotes:
Sunt decus hic merces, hic honos, Gymnaſia *uobis*
Plena, fauor populi, dixit non eſſe capacem
Delphini Amphicrates *pelum. fuge docte citelle,*
Verres Autolyco *non diſplicet, & Cato Magno,*
Nam *colit & ſimilem diligit ſibi quiſq;:* Valete.

Parmenſium ingenia. *Ciues attamen ipſi, qui ſunt ueri* Parmenſes*(nam pridem in Tyberim Syrus defluxit Orontes) uiribus inſignes, ac optimi milites, ingenio, fide, integritate commendantur.* Cymbris *olim ad* Vercellas *ſuperatis, Mario & Catulo ducibus, in hæc pacta uentum eſt, ut legati Parmenſium, qui tum aderant de hac re iudicarent.* Nec *minorem laudem literis merentur multijuga doctrina celeberrimi.* Hinc *eſt (ut cæteros taceam) Caßius poëta ſub* Auguſto *Cæſare:* Baſinius *noſter,* Aratus, Blaſius *pellicanus philoſophia magicaq; arte illuſtris:* Georgius Anſelmus *alter* Aeſculapius, *uir undecunq; eminentißimus, qui de* Aſtrologia *in primis pluribus uoluminibus æditis cœleſtia oculis ſubiecit.* Nam Macrobium *noſtratem fuiſſe à paucis eſt receptum.*

HASTA.

HAſta, *quòd aſtans ferri ſoleat, ut interpretatur* Marcus Varro *in libris linguæ Latinæ.* Apud *antiquos præcipuum belli ſignum fuerat: unde* Carthaginenſes *cum* Romanis *bellum inituri haſtam miſere.* Eadẽ Haſtile. Haſtati equites. *uiri fortes donabantur.* Ab *haſta fit* Haſtile, *& equites*

haſtati, qui ea cominus decertant. Horum alij ſcutum gerunt, ut ſcribit Aelianus, à quo Scutati uocantur. Alij ſine ſcuto haſta impugnant, qui nomine ſpeciali Haſtati dicuntur, & Contati à conto haſta lõgiore & robuſtiore, ut eſt apud Marcellum. Vergilius: Scutati milites. Haſtati milites, & Contati. Contus.

Duris detrudere contis.

Et Iulius Capitolinus narrat, Pertinacis Imperatoris caput conto fixum, milites qui eum occiderant, per urbem in caſtris pertuliſſe. Haſtas autem primi Lacedæmonij inuenerũt. Haſta etiam in auctione adhibita: hinc uenditionem auctionariam Tertulian. non ineleganter haſtarium nominauit. Haſtarium.

LANCEA.

LAncea teli genus lõgiſsimum, Hiſpanica dictio eſt nõ Latina, ut tradit Aul. Gellius in Noct. Atti. ex Marci Varronis teſtimonio. Hãc enim à nomine Luculli Lucullcam appellarũt. Scribit Suetonius Lucullum Britaniæ legatum, quòd lanceas nouæ formæ dici luculleas paſſus eſſet, exilio à Domitiano Cæſare multatum. Lanceam primos Aetholas inueniſſe Pliniano teſtimonio receptũ eſt. Græci λόγχην nominãt, unde λογχοφόρος qui apud nos eſt lancearius: nam Δόρυ eſt haſta, à qua Δορυφόρος ſatelles. Quicunq; habuerit horoſcopum in xvij. parte aquarij, lanceatus, id eſt lancea percuſſus morietur: ut inquit Firmicus Maternus. Lib. 15. cap. 30. Lucullea. Λόγχη. Λογχοφόρος. Δόρυ. Δορυφόρος.

BIPENNIS.

BIpennis ſecuris ex utraq; parte acuta, author Marcellus. Ea & arbores procũbunt. Vergilius:

Crebriſq; bipennibus inſtant.

Et in bello hoſtes trucidantur. Idem de Camilla in xj.

Nunc ualidam dextra rapit indefeſſa bipennem.

Item de ſecuri:

Aerata quatiens Tarpeia ſecurim. Et:

Sonat icta ſecuribus ilex,

Fraxineæq; trabes.

Securis. Securim ad bella Pantheſilea Amazonum regina inuenit. Dicta autem eſt à ſecando, uel quaſi ſemicuris, ut Curis. notat Seruius. Curis lingua Sabinorum haſta nuncupatur: inde Curetis Iuno, & Quirinus. Secures ipſæ, & id genus cætera arma bellica ad pugnam acuenda ſunt.

Cos. Aptiſſimæ ad id habentur Cotes. Vergilius:

Acuunt in cote ſecures.

Apuleius de aſino aureo: Gladium cotis attritu parabat. Horatius in Satyricis ſermonibus:

Fungar uice cotis acutum

Reddere quæ ferrum ualet exors ipſa ſecandi.

Plura earũ ſunt genera: oleo quædã indigent, tonſtrinarũ officinis habiles: aliæ aqua trahũt aciem acerrimo effectu: nonnullæ ſaliua hominis proficiunt. Italia cotes aquarias fœniſecis dedit, limæ uice falcibus imperantes.

GLADIVS.

Gladius enſis dicitur, c in g mutato, à clade, quòd fit ad hoſtium cladem, ut infert M. Varro in libris linguæ Latinæ. Hunc primi Lacedæmonij inuenerunt: alij Curetes Cretæ primo monſtraſſe exiſtimarũt, ut Diodorus in ſexto. Præterea galeam, & cum armis ſaltandi morem. Fiunt autem gladij unicam tantũ aciem habentes, & imprimis falcati: cuduntur & ex utraq; Anceps gladius. parte ſecantes, quos Ancipites dicimus. In enſe enim & Acies. id genus cæteris, quæ ſecat, Acies uocatur: aliàs inſtru-

ctos exercitus ad dimicandum hoc nomine ſignificamus.
Eſt Quadrata acies, ea Perſæ & Siculi uſi ſunt, atq; Quadrata acies & Cuneata.
etiam maior ferè pars Græcorum. Alia Cuneata à cu-
nei (quo ligna & materiam omnem ſcindimus) forma, Cuneus.
qua Scythas & Thraces uſos perhibent: quin & Mace
dones ſuadente Philippo. Tertia quæ à Græcis ἐμβολή, ἐμβολή.
ad Rhombi ſpeciem à Theſſalis primũ facta eſt, qui plu
rimum equitatu potentes fuere, Iaſone (ut ferunt) au-
thore. Vertunt autẽ ſeſe equites, ut in quemuis proſpe-
ctum pateãt, teſte Aeliano. Gladij ipſius manubriũ Capu Capulus.
lus à capiendo. Trãquillus in Caligula: Veniam inquit,
ueniam, & hic mecũ capulum gladij crebro uerberãs,
quo cinctus erat. Et Spartianus in Adriano: Crapulo uix
eburneo ſpatham clauderet. Ita enim enſem uocitamus, Spatha.
& minorem Semiſpatham. Apuleius: Militaris etiam ſa- Semiſpatha.
cramẽti genium ob amiſſam ſpatham uerebatur. Dictio
eſt Græca, nam illi σπάθα dicũt, & macherã: inde Ma Machera. Macherophori.
cherophori, & Spathiferi, q. Enſiferi: & Macheropius Spathiferi. Macheropius.
faber gladiorũ. Mucronẽ quoq; nõnulli, qui propriè cu- Mucro.
ſpis & acumen eſt enſis ac telorũ. Apuleius: Circulatorẽ
aſpexi equeſtrẽ ſpathã præacutam infeſto mucrone deuo
raſſe. Seneca ad Luciliũ: Gladiũ bonũ dices, nõ cui deau-
ratus eſt balteus, nec cui uagina gemmis diſtinguitur,
ſed cui ad ſecandum ſubtilis eſt acies, & mucro muni-
mentum omne rupturus. Plinius: Capuli militum ebore
etiam faſtidito cælentur argento: uaginæ batillis, baltei
laminis crepitent. At capulus proprie quicquid capit ali
quid, authore Marcello. Vnde Feretrum, ſiue Sandapi- Feretrum.
lam, Loculumúe, capulum nuncupant. Idem Apuleius Sandapila. Loculus.
hac dictione ſepulchra ſignificauit in quarto Metamor.

Ibi capulos carie & uetuſtate ſemitectos, quibus inhabitabant puluerei & iam cineroſi mortui paßim ad futuræ prædæ receptacula reſeramus. Nam *capulus,quòd*
Capularis. *corpora capiat, ut* Nonius *intepretatur.* Hinc *Capula=*
Gladiator. *ris ſenex morti uicinus, ut ſcribit* Fulgentius. *A gladijs Gladiatores dicimus, qui monomachia duelloúe inter ſe ferro ſolent certare, docti, ut olim apud* Romanos,*à laniſta rationem inferendi & euitandi ictus:quando famili*
Munerarius. *liæ fuerunt gladiatoriæ.* Vnde *Munerarij munus dabant gladiatorium,in quo paria gladiatorum componebantur,ueluti* Thraces *aduerſus* Mirmiliones*:& homo, ut inquit* Cyprianus,*occidebatur in hominis uoluptatem.*
Romphea. *Eſt &* Romphea *genus gladij.* Vale.Flaccus*:*

Nec ferro breuior nec romphea ligno.

Framea. *Eſt* Framea *quam* Marti *dedit antiquitas.*

PVGIO.

Pugiunculus. PVgio,*qui* ὑποκοριστικῶς *pugiũculus dicitur,quòd eo pungamus,ut notat* Pompe.*alij à pugno, cui ſubeſt dum infertur uulnus.* Narrat Sueto. in Claudio*:*
Cap.7. *Iuxta eius cubiculũ cum pugione hominem è plebe media nocte deprehenſum fuiſſe.*Et Frontinus *libro ij.* Strategematicῶn*:*Q.Sertorius,*inquit, cum acie decertarent* Barbarum,*qui ei nũciauerat* Hirculeium *perijſſe, cum pugione traiecit.* Romani *nanq;, orbis gloria punctim pugnauere, ut teſtatur* Vegetius, *qui monet non cœſim,*
* Pugiones ſcilicet. *ſed punctim ferire docẽdos eſſe* Tyrones. * *Qui à zonis baltei ſúe militaribus dependentes portantur* Parazonia
Parazonia. *dicuntur,de quibus diſticho luſit* Martialis*:*

Militiæ decus hoc gratiq; erit omen honoris
Arma tribunitium cingere digna latus.

VAGINA.

Vagina theca eſt qua gladij conduntur. Papinius in Thebaide:

Exuerat uagina turbidus enſem Aptaratq́; neci.

Claudianus de nuptijs Honorij:

Gladiosq́; tegat uagina minaces.

Et Seneca ad Lucilium. Nec bonum nec malum uagina gladium facit, ergo de corpore quoq; idem tibi reſpõdeo: hinc Euaginare eſt enſem nudare & ferrum ſtringere. Hieronymus, ſiue is eſt alius, Ezechielis xij. Gladium euaginabo poſt eos. Euaginare.

VENABVLVM.

Venabulum telum uenatoribus aptum latiſſimum eſt, & aciei longiſſimæ, ut author eſt Marcel. Venabula apud nos cornibus hinc inde extantibus utiliora reddũtur ad feras excipiendas, ne in uenatorem irruãt, etiam transfixæ: Martialis de uenabulo, quod primum Piſeus inuenit, diſtichon eſt in Apophoretis:

Excipient apros, expectabuntq́; leones,

Intrabunt urſos, ſit modo firma manus.

DOLONES.

Dolones dicuntur, intra quorum uirgam latet pugio: aut ſecundum Varronem (ut refert Seruius) ingentes conti cum ferro breuiſſimo. Vergilius:

Pila manu ſæuosq́; gerunt in bello Dolones.

Et Suetonius in Claudio: Reperti, inquit, & equeſtris ordinis duo in publico cum dolone ac uenatorio cultro præſtolantes. Dicti autem ſunt à dolo, quòd decipiant ferro cum ſpeciem præferant ligni. Et Claua quoq; telum eſt militare notiſſimum, quo utebatur Hercules, Claua.

ῥόπαλον. Græcè ῥόπαλον, & quandoq; κορύνη. Vnde Corynephorus clauam ferẽs, qui à noſtris clauator appellatur, ut ſcribit Feſtus, qualis Peripheta ob id Coryneta nuncupatus à Theſeo interfectus, quem poſtmodũ eius claua uſum ferunt in certaminibus.

κορύνη.

Clauator.

IACVLVM.

Amentum. IAculum quod cum amento mittitur, à iaciẽdo, ut ſentit M. Var. Fit enim ad iactum. Amentum ipſum lorum eſt quod medio telo religatur, ut habilius, ut longius mittatur: authores Seruius, & Feſtus Pompeius. Silius Italicus xiiij. Haſta iuuatur amento. Prudentius in Pſychomachia: Nec ſtridula lancea torto emicat amento. Iaculum cum amento primus Aetholus Martis filius inuenit. Corrigias etiam teretes, quæ lora & ligamenta nomine amenti ſignificamus. Plinius: Soleiſq; ſine amento inſignis in Metelli publica porticu. Erant & inter miſſilia quibus præcipue pedeſtris utebatur exercitus, quæ Pila, & à quibuſdam Spicula dicebantur, ferro ſubtili trigono præfixa, nouem unciarum ſemipedali, quod in ſcuto fixum non poterat abſcindi, & loricã fortiter directum facile perrumpebat, ut eſt apud Vege. libro primo de re militari. Hinc (ut opinor) Præpilatæ haſtæ dicuntur, quæ ferreas habent cuſpides. Sed & quæ abſq; ferro in mucronem, ut ſudes, exacutæ ſunt. Legimus & contos præpilatos, diuerſos omnino ab illis, qui ſilices, id eſt, ſpicula lata habuerint. Generaliter tamen pila à perimendo quaſi perilla authore Varro. tela Romana ſunt, ſicut Geſa Gallorum: Sariſſæ Macedonum.

Corrigiæ.

Pila.

Spicula.

Præpilata haſta.

Geſa.

Sariſſæ.

ARCVS.

ARcus, quibus ſagittas emittimus, utraq; Scy=
thes Iouis filius inuenit. Sagittas alij Perſen Per= Sagittæ.
ſei filiũ mõſtraſſe exiſtimãt. Cretẽſes arcus & ſagittãdi
repertorem fuiſſe Apollinem affirmant, ut ſcribit Dio=
dorus. Arcus, græcè τόξον, unde ἱπποτοξόται eque= Τόξον.
ſtres ſagittarij, ut tradunt C. Cæſar in tertio belli ciuilis Ἱπποτοξόται.
cõmentario ac Thucydides hiſto. ij. & ἀργυρότοξος. Ἀργυρότοξος.
Apollo argenteũ arcũ gerens. Veteres etiã arquum dixe=
re, unde Arquites qui nunc ſagittarij, à ſagittis, quibus Arquus. Arquites.
ſpicula, propric cuſpidulas, è ferro addimus. Q. Curtius: Spicula.
Alexander ſagitta ictus eſt, quæ in medio crure reliqueſ=
rat Spiculum. Sed quod lacertis uibrant, & quod arcu
emittunt, hoc nomine ſignificatur. hinc poëta:
Et ſpicula uibrant. Item:
Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu.

Sunt enim lanceæ breues à ſpicarum, ut uolunt, ſpe=
cie. utuntur Scorpionarij, & Veruta appellant, quibus Veruta.
penna additur ſceleſtiſſima fraude: ſiquidem ut ocyus
mors ad hominem perueniret, pennas ferro dedimus.
Hæc in ſummo Crenam habent, quam intrat Neruus, Crena. Neruus.
chorda, ſiue funiculus, quo arcus tenditur, qui ſummis
cornibus ſuas etiam Crenas habet, in quibus collocatur
ſedetq; neruus. Probatur ad pennas ſagittarum gluti=
nandas ichtyocolla, glutenq; ex tritico manduco, id eſt, Ichtyocolla.
maſticato, ac uiſcum è chameleonte herba candidum,
quod in Creta fœminæ etiam mandunt, lucubrationis
gratia, ne dormiant in opere. Plurimæ autem utilita=
tis ad uictoriam in prælio ſunt boni ſagittarij, ut Ca=
to in libro de diſciplina militari dilucide oſtendit. Hinc

Africanus Scipio cum aduerſus Numantinos, qui exercitus populi Roma. ſub iugum miſerant, eſſet acie decertaturus, aliter ſe ſuperiorem futurum eſſe non credidit, niſi in omnibus centurijs electos ſagittarios & funditores miſcuiſſet, ut referunt Vegetius lib. primo, & Frontinus quarto Strategem. Salluſtius de Iugurta: Ipſe cum expeditis cohortibus, dehinc funditorum & ſagittariorum delecta manu apud primos erat. Perſæ & Parthi ſagittis impenſius uſi ſunt. Vnde cum Leonidæ diceretur Perſas ſagittis nubes facturos, Pugnabimus in umbra melius, reſpondit. Parthi uerò etiam fugientes, ut nunc Turcæ, iaculabantur, ut ſcribit Plutarchus in Craſſo, & Appianus in Parthico. Vergilius:

Vale. Maxi. lib. 3. cap. 7. Fronti. lib. 4.

Fidentemq́; fuga Parthum uerſisq́; ſagittis.

PHARETRA.

PHaretra græcum uocabulum, theca eſt, qua recōditæ ſagittæ portantur. Ouidius:

Dant illis animos arcus plenæq́; pharetræ. Et Poëta:

Alter amazoniam pharetram plenamq́; ſagittis.

Choryti. *Choryti uerò proprie ſunt arcuum thecæ, aliquādo & ſagittarū. ut author eſt Seruius, apud illud Maronis:*

Queis tela ſagittæ Chorytiq́; leues humeris & lætifer arcus. Silius Italicus.

Paruulus ex humero chorytos & aureus arcus

Pendentesq́; ſonant aurata lynce pharetræ. Item:

Cœleſtibus implet

Choryton telis, quorum ſine ſanguine nullum Effugit.

Scranteum. σκῦτος. Scuticæ. Scuta. *Scranteum quoq; in quo ſagittas recondimus ab eadem ratione dicitur, qua ſcortum: σκῦτος enim græcè pellis eſt, und Sceuticæ, uerbera è corio, & Scuta quòd non ſine*

non ſine pellibus fierent, ut iam dictum eſt.

FVNDA.

Funda à fundendo, quòd fundat lapides: apud Baleares primo inuenta eſt, ut ſcribunt Seruius, & Vegetius. Vnde Poëta:

Stupea torquentem balearis uerbera fundæ.

Claudianus:

Nunc glandes baleari ſpargere funda.

Sunt enim glandes è plumbo pilulæ in glandis ſpeciẽ, quæ fundis per funditores mittebantur in hoſtes. Salluſtius in Iugurtha: Pars eminus glande aut lapidibus pugnare. Vergilius:

Pars eminus maxima glandes
Liuentis ſpargit plumbi.

Et Seneca in quæſtionibus naturalibus: Liqueſcit excuſſa glans funda, & attritu aëris ueluti igne liqueſcit. Tales nunc mittuntur machinulis quibuſdam, quas & Spingardas, & Scluppetos neoterici appellãt. Plinius uerò fundam non balearicos, ſed Phœnicas ſcribit inueniſſe. Balearici quidẽ optimi funditores iudicati, ut eſt apud Diodorum: nam à teneris ad fundas exercebantur, ita ut ne panis quidem pueris exhiberetur, niſi funda ſcopum prius attigiſſent, ut authores ſunt Strabo & Vegetius. Scopus enim à σκόπτειν, quod eſt ſpeculari, & diminutiue Scopulus, notam conſtitutam ſignificat, & locum ad quem tela dirigimus. Funda autem uel iaculis uſi ſunt in pugna pedites leuis armaturæ, quos & expeditos & uelites nuncupamus. Rorarios etiã, ut Pomp. teſtatur. Fũda item genus eſt retis piſcatorij, ut ſagena. Verg. in Georg.

Spingardæ. Scopus. Scopulus. Velites. Rorarij.

Atq; alius late funda iam uerberat amnem.

BALISTAE.

Baliſtæ tormenta ſunt, quibus ſaxa maiora & grauiora mittuntur, ut notat Marcel. Ouid. in Triſt.
Quàm graue baliſtæ mœnia pulſat onus.
Et Metamorphoſeôs:
Nec melius pulſata ſonat, quàm ferreus olim,
Cum laceras aries baliſtáq; concutit arces.
Aul. Hirtius de bello Hiſpanienſi C. Cæſaris: Simulq; baliſtâ miſſa à nobis, turrim deiecit. Lucanus pro machina haſtam iaciente accepit, cum inquit:
Neq; enim ſolis emiſſa lacertis
Lancea, ſed tenſo baliſtæ turbine rapta.
Sili. Italicus utrãq; excuſſionẽ his uerſibus expreſſit:
Adductis ſtridula neruis
Phocais effundit uaſtos baliſta molares.
Atq; eadem ingentis mutato pondere teli
Ferratam excutiens ornum media agmina rumpit.
Emittebat & alia, unde Frontinus lib. ij. Strategematicôn: Caputq; eius baliſta excuſſum intra munimenta hoſtium miſit. Seneca in naturalibus quæſtionibus: Nam baliſtæ quoq; & ſcorpiones tela cum ſono expellunt. Primi Phœnices id genus tormenti inuenerunt. Nunc uerò tormenta ænea, ſaxa rotunda immenſi ponderis, ui pulueris factitij, & ignis emittentia cum ſonitu, non ineleganter Bombardas appellamus. Ipſe tamen pro Bombarda baliſta uſus ſum hoc carmine: Bombardæ.
Fuderat aut uaſtos fumans baliſta molares.

TORMENTVM.

Tormentum generale uocabulum eſt omnium machinarum, ſaxa, tela, & id genus uaria iaculan-

tium,ueluti eſt baliſta, bombarda, ſpingardæ, Catapulta à Syris inuenta, Scorpiones (nunc Arcubaliſtæ) à Creten ſibus excogitati, quibus ſpicula & ueruta emittũtur per ſcorpionarios, ſiue mauis arcubaliſtarios equeſtres ac pedeſtres, & Sclopeti à ſclopo, qui eſt buccarum ſonus, per ſimilitudinem nomen adepti, & nuper à Germanis (ut uolunt) inuenti. Lucretius: Spingardæ. Catapulta. Scorpio. Arcubaliſtæ. Sclopeti. Sclopus.

Vt ualidis quæ de tormentis miſſa feruntur.

Diuus Hieronymus: Machabeorum ſexto de Lyſia duce Antiochi, contra Hieroſolymam: Et ſtatuit illic bali ſtas, inquit, & machinas, & ignis iacula & tormenta ad lapides iactandos & ſpicula, & ſcorpios ad mittendas ſa gittas, & fundibula. Vbi ignis iacula πυρόβολοι ſignifi cantur. Machinæ uerò ſunt artificioſæ ſtructuræ, quæ magis conueniunt teſtudini, arieti, & uineæ, ad expu gnanda oppida paratæ, & cæteris quæ Græco uocabulo πολιορκιτικά uocantur: de quibus Vegetius & Ammia nus meminerunt. Tormentorum autem uibratores, iacu latoresq́; ac magiſtri Tortores dicuntur. Et de armamen tario hactenus. Iam granarium, multiplicem frugum co piam uiſuri introëamus. Πυρόβολοι. Machinæ. Πολιορκιτικά. Tortores.

GRANARIVM.

CAPVT XI.

GRanarium, à grano, locus eſt ubi fruges ſeruantur. Perſius in Satyris:

Iam nũc aſtrĩgas, iã nũc granaria laxes.

Nonnulli Horreum ab hordeo. Pom peius à farre Farreum deducit. Ouid. Horreum. Farreum.

Horrea formicæ ueniunt ad inania nunquàm
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.

Frontinus libro tertio Strategematicôn: Quia deficere frumenta uidebantur, horrea tota nocte circunduxerūt. Et Plinius in Panægyrico Traiani: Stupebant agricolæ plena horrea, quæ ipſi non referſiſſent. Granaria ſublimata & ad ſeptentrionem, aut aquilonem ſpectantia diſponi debent, ut monent Vitruuius, Pli. M. Var. & Colu. Ita enim frumenta non poterunt cito concaleſcere, ſed à flatu refrigerata diu ſeruabuntur incorrupta. Cæteræ
Curgulio. nanq; regiones procreant Curgulionē, & reliquas id genus beſtiolas, quæ frugibus ſolent nocere, ſeruantur etiā
Syri. utiliſsimè in ſcrobibus, quos Syros uocant, ut in quibuſdam Italiæ locis uidemus. M. Varro author eſt, ſic conditum frumentum durare annis quinquaginta. Milium ue-
Faba. rò plus annos centum. Idem tradit Fabam à Pyrrhi regis ætate in quodam Vmbraciæ ſpecu uſq; ad piraticū Magni Pompei bellum duraſſe annis circiter centum uiginti. Quo enim ſpiritus non peruenit, ibi non oritur tinea, non curgulio. In granarijs muſcipulæ diſponātur ad mu-
Feles. res capiēdos, & per foramina oſtij felibus introëundi poteſtas relinquatur, ad mures frumenta rodētes fugandos. Hi nanq; occulto ſpeculatu inſidiantes exiliūt in eos, & interimunt. Obrepunt & in aues ſæpicule, oculos per noctem radiantes, & acute cernentes, propter tenuiſsimum uidendi (ut inquit Aphrodiſæus) ſpiritum ſortiti. excre-
Αἴλουρος. menta ſua contegunt. Græca dictione quidam αἰλούρους,
Catus. neoterici Catos ab Aſturia nominarunt: utcunque, μυο-
Μυοκτόνος. κτόνος eſt felis, quod eſt murum interfector.

FRVGES.

FRugum appellatione cadit quicquid ex fructu terræ in alimoniam uertimus: earum prima duo ſunt

genera, frumenta, & legumina. Frumenta à fruendo, autore Marco Varrone & Donato Terentiano interprete dici poſſunt, omnia quæ ſpicas habent cum ariſta, aut ſpicam muticam: Legumina uerò à legendo, quæ ſiliquis includuntur. Sunt enim ſiliquæ eorum thecæ modo rotundæ, ut ciceri, modo chylindraciæ ut piſo: cæteris longiſsimæ, & pro menſa ſeminum latæ. Plinius in decimo octauo: Omnium ſatorum, aut ſpicis continetur ut triticum, & mox: aut includitur ſiliquis ut leguminum, Calphurnius in Buccolicis: Frumenta. Legumina. Siliquæ.

Tandemq; legumina plenis
Vix reſonant ſiliquis.

Siliquæ item, arboris ceranniæ fructus interdum falcati, quos dulceros pueri noſtrates thecas maris nuncuparunt. Frumenta autem Iſis in Aegypto, Triptolemus apud Atticos docuere, ut ſcribit Martianus Capel. de nuptijs Philologiæ & Mercurij. Comminuendæ uerò frugis farriſq; fragmenta pilumno ſignat Italia, at Plinius Cererem, cum anteà ueſcerentur glande, frumenta & molere & conficere monſtraſſe in Attica, Italia, & Sicilia, ob idq; deam habitã atteſtatur. Lucretius quoq; Cereri frugum inuentionem & uini Libero patri aſsignat. Thecæ maris.

TRITICVM.

Triticum, quòd ſpicis tritum ſit, ut ſcribit Marcus Varro in libris linguæ Latinæ. de illo hæc Plinius: Itaq; ſapientes agricolæ triticum tantum cibarijs ſerunt. Et alibi: Tritici ſemine nullum auidius eſt, nec quod plus alimenti trahat: tritico nihil fertilius eſt. Hoc enim natura ei tribuit, quoniam in eo maximè alit hominem. Nam ex uno modio, ſi ſit aptum ſolum, ut in Byzantio Africæ

campo, centeni quinquageni modij redduntur, miſit ex eo loco Diuo Auguſto, procurator eius ex uno grano (mirum dictu, difficile creditu) quadraginta paucis minus germina: miſit & Neroni ſimiliter trecentū ſexaginta ſtipulas ex uno grano. Ariſtoteles in Problematis & Auicennas in ſecundo triticum nutritiuum eſſe impenſius aſ-

Trimeſtre triticum. firmant: inter cuius genera eſt Trimeſtre, quia poſt ſationem tertio menſe matureſcit, metiturq; totis alpibus, hyemalibus prouincijs notiſſimum. Triticum ſimul ac eſt in horreis conditum, frequentius debet moueri, ne mucoris odorem contrahat ex calore. Caleſcunt enim in granarijs frumenta, & Papiliones generant: hi uerò tineas, illa

Papilio. Tinea. rodentes. Ita ferruens triticum podagris remedio eſt, ut ſcribit. Plin. Sexti Pompei prætorij uiri patris referens

Lib. 22. cap. 25. exemplum, qui Hiſpaniæ citerioris princeps cum horreis præſideret, correptus dolore podagrico, merſit ſeſe

Ad podagram. in triticum ſuper genua, leuatusq; ſiccatis pedibus mirabili modo, hoc poſtea remedio uſus eſt. Vis præterea tanta eſt ferueſcentis tritici in horreis, ut cados plenos exiccare dicatur.

SILIGO.

Lib. 18. cap. 8. Siliginem, ut Plinij uerbis loquar, dixerim propriè tritici delitias, candor eſt & ſine uirtute et ſine pondere conueniens humidis tractibus, quales Italiæ ſunt & Galliæ comatæ. Sed & trans alpes in Allobrogum tantum Aruernorumq; agro pertinax, in cæteris ibi partibus biennio in triticum degenerat. Remedium eſt, ut grauiſſima quæq; grana eius ſerantur. ſine ariſta eſt acce-

Laconica ſiligo. pta ea quæ laconica dicitur. Rectam autem habet ſpicā, nec unquàm matureſcit pariter. exteritur in Græcia diſ-

ſiculiter, ob id iumentis dari ab Homero dicta. Hæc enim eſt quam ille uocat ὄλυραρ. E ſiligine laudatiſsimus panis fiebat: de quo iam ſatis in Cœnaculo. ὄλυρα.

FAR.

FAr, Ador ueteres, hinc adoriam laudem dixerunt, quòd glorioſum cum putarent, qui farris copia abũdaret. Farre enim populus Romanus uſus eſt annis trecentũ, cũ in Latio primus antiquioribus cibis fuerit. Vnde à farre farina. Eſt farris genus in Gallia maximè quòd Brancem nuncupant, noſtri Sandalam, grani nitidiſsimi. In cibis non ſolum benè habentium, ſed ualetudinariorum & ægrotantium febricitantiumq; probatur, lacte amygdalino quandoq; conditum. Pli lib. 18. ca. 8. Ador. Adoria laus. Farina. Brance. Sandala.

SPELTA.

SPeltam, Græci ζεὰρ dixere, frumenti genus eſt, ut refert Strabo, quòd in quibuſdam Campaniæ aruis ſeritur. Ex ea apud maiores fiebat Alica potio, ſic dicta, quòd aleret corpus, ut Pompeius interpretatur. Hæc Pompei Magni ætate non fuit in uſu. Qui zea utuntur, ut inquit Plinius, non habent far: eſt tamen & in Italia, agro præcipuè Campano, Semenq; appellatur. ζεά. Alica potio. Semen.

ORIZA.

ORiza ſpecies eſt frumenti, folio carnoſo, altitudine cubitali, flore purpureo, ex qua Italici Ptiſanam potionem faciunt. Horatius in Sermonibus:
Sume hoc Ptiſanarium orizæ.

Candore grani in cibarijs commẽdatur ad iuſcula teſtuacia & frictillas. Strabo libro decimoquinto de India loquẽs, ex authoritate Ariſtobuli dicit Orizam in aquis

clauſis ſtare, factis areolis quibuſdam, eamq́; eſſe ibi altitudine cubitorum quatuor, multi fructus multarumq́; ſpicarum, meti circiter pleiados occaſum, emundari ut ſpeltam, naſci & in Babylonio agro, in Bactriano, in Suſio, & in inferiore Syria. Apud nos nuper ſeri cœpta. Seritur autem menſe Martio, & aquis clauſis irrigatur.

HORDEVM.

Polenta. Hordeum in cibis antiquiſſimum fuit. Polentam Græci ex eo conficiunt, & potum plurimæ gentes, apud quas uini penuria eſt, quem Ceruiſiam & Zuthum uocant, à Dionyſio primo monſtratum. Panem uerò ex hordeo maioribus uſitatũ uita damnauit: datumq́; eſt, teſte Plinio, quadrupedibus. Ptiſanæ inde uſus laudatiſſimus. Martialis de hordeo:

Ceruiſia. Zuthus. Ptiſana.

Mulio quod non det tacituris accipe mulis.
Hæc ego cauponi non tibi dona dedi.

Hordeũ inter primas fruges demetitur. In Chalcidia Rhodiorum inſula locus quidam eſt in tantum fertilis, ut ſuo tempore ſatum demetant hordeum, ſublatumq́; protinus ſerant, & cum alijs frugibus metant. Hordei genus eſt, quod alij Diſtichum, Galaticum nonnulli uocant, ut ſcribit Columella in ſecundo. Ponderis & candoris eximij adeò ut tritico mixtum, egregia cibaria familiæ præſtet.

Diſtichum. Galaticum. Pli.lib.17.ca.4.

SECALE.

Secale, nigritia triſte, gracili ſtipula prouenit, uerũ fœcunda, ad arcendum famem tantum utilem: nam præcipuum eſt pondere. Panis ex eo non probatur ſola tenaci amaritudine, quam mitigat far admixtum, & tamen ſic quoque ingratiſſimus uentri eſt. Apud Inſubres

Pli.lib.18.ca.16.

& Circũpadanos, milium illi miſcetur, panemq́; melio=
rem præſtat. Secale autem licet amarum, admittit uermi=
culum rodientem frumenta, qui κὶς dicitur, ut ἶψ uites,
σὴς ueſtes: θρὶψ ligna, & Μίδας fabam: de quo Theo= Μίδας.
phraſtus, & Plautinũ illud in Aularia: Reperi nõ quod
in faba reperiſſe pueri clamitant.

MILIVM.

Milium, miliariæ nomen auiculæ dedit. Ex eo pa=
nis fit multifariam, & quidem perdulcis, qui
priuſquam refrigeſcat ſine faſtidio poteſt abſumi, ut te=
ſtatur Columella in ſecundo. Eſt & milium quod Indicũ Indicum miliũ.
nominabimus ex India aduectũ. Neoterici Milicam di= Milica.
cunt colore nigrum ſiue rubrũ: & ut Plinius inquit, am=
plum grano, harundinem culmo. adoleſcit ad pedes alti=
tudine ſeptẽ, prægrandibus culmis, Lobas uocãt, omniũ Lobæ.
frugum fertiliſsimum. Milio panicum haud granis diſsi= Panicum.
mile, prædenſis tantum aceruatur granis, & panicu=
lis lobulisúe quodammodo racematur. Ex eo panis ra=
ro fit: at coquendo omni frumento magis creſcit. Dio=
cles à frugis dulcedine mel frugum appellauit, inter fru= Mel frugum.
menta æſtiua eſt, & Siſama numeranda ex Indis ueniẽs. Siſama.
Eſt & Auena quæ ad cibaria ferè iumentorum ſeritur. Auena.
Eſt Git quoque nigellum, & Lolium peſsimum, uertigi= Git. Lolium.
nem & uomitum inducens.

FABA.

Faba hebetat ſenſus, inſomnia facit, ob id Pythago=
rica ſententia in cibis damnata, ſiue quòd animæ
mortuorum ſunt in ea: qua de cauſa & parentalibus &
emortualibus interdum diebus adhibetur. Flamen quoq;
dialis, ut ſcribunt Feſtus & Varro, apud Romanos faba

non uescebatur,nec illam quidē tangere nominareúe illare poterat,ut refert Aul.Gellius*:quoniã in eius flore literæ reperiũtur,quæ luctum & lamentationē indicant,ut tradit* Plin.*Quinetiã* Herodotus *author eſt Aegyptios fabam in ſua terra, neq; admodum ſerere,neque natas aut crudas comeſſe. Sacerdotes uerò nec aſpicere ſuſtinere, haud mundum id legumen eſſe arbitrantes: unde facile crediderim* Pythagoram *philoſophum, qui in Aegyptum diſcendi gratia profectus ſacerdotum arcana myſteria cognouerat fabas damnaſſe. Quid autem ſuper hac re ſenſerit* Aul.Gellius *in noct.Attic;& alij, & quid Cyamus ſignificet non me præterit. Fabæ genera ſunt albicans, & nigra. Hinc fabis uſus eſt* Pericles *ad ſortem, cum Athenienſes milites in obſidione Samiorum tædio afficerentur. Nam quibus alba faba obuenerat epulari,atq; in ocio eſſe permiſit, cæteris pugnantibus, iccirco poſteri dum uoluptatibus indulgebant illum diem ab alba faba nuncupare erant ſoliti,ut ſcribit* Plutarchus*. Aliter more Thraciæ gentis albus lapillus fauſtos dies, niger infelices notabat. Quod in ſummo fabæ nigrum adhæret,Hilum appellant, id quia minimũ nullius eſt pretij,pro nihilo ponitur.*Cicero*: Syſiphus uerſat ſaxũ ſudans nitendo,nec proficit hilum.At eius folliculi,Valuoli dicuntur, author* Feſtus*. Apud nos Freſſa in cibis non improbatur oleo & aromatis cōdita. Conchen quidam credidere.Vnde* Martialis*:*

Fabæ genera. Albus dies. Hilum. Valuoli. Faba freſſa. Conchis.

Si ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta,
Lautorum cœnas ſæpe negare potes.

Quo diſticho fabaceã uiridem alij interpretantur; nonnulli genus leguminis apud Iuuenal.

VICIA.

Vicia arua pingueſcunt, ſiccitatem ex omnibus quæ ſeruntur, maxime deſyderat, ut refert Plinius. Lib. 18. cap. 15. Ad triplicem uix prouenit fructũ, cum cætera legumina prouentum habeant uberiorem: unde Maro tenuem fructum uiciæ dixit in Georgicis. Eſt autem à uinciendo, quòd item capreolos habet ut uitis, quibus ſurſum uorſum ſerpit, & Scapum lupini aliumúe calamũ, Scapus. ad quem hæreat, ſolet uincire, ut ſcribit M. Varo in re ruſt. ab ea Viciarium cribrum recte dicemus, quo uicia Viciarium. ipſa è frumento ſi mixta fuerit tollitur. At Vitiariũ erit Vitiarium. plantarium uitium ad uiuiradices faciendas, quæ poſtea trnsferantur ad arbuſta.

CICER.

Cicer apud nos tria habet genera, album, ſubrubens: & nigrum, de quibus Auicenna in ſecundo. Eſt & Cicercula inæquales angulos habens, ueluti piſum, Cicercula. & cicera hominibus non inutilis neq; iniucunda ſapore, quæ à cicercula colore tantũ differt: nam & obſoletior eſt, & nigro propior, ut tradit Columella diſciplinæ ruſticæ ſecundo. A ciceris ſatione, ſi Plinio credimus, Cicerones. Cicerones nomen acceperunt, ſicut à lente Lentuli, à fabe Fabij, à Piſo Piſones cognomina traxerunt. Lentuli. Fabij. Piſones.

PISVM.

Piſum folia habet longiora, qualia Eruiliæ: caules ſparguntur per terram, qui ſi adminiculũ non habuerint, deterius producunt. Seri debet terra facili & ſoluta locis apricis: eſt enim frigorum impatientiſsimũ. Eruilia ipſa eruo minor eſt. De illo hæc Plinius: Nec erui Eruilia. operoſa cura eſt. Hoc amplius quàm uicia rũcatur, &

Eruum. *ipſum uim medicamınis obtinens quippe per eruum Diuum Auguſtum curatum epiſtolis ipſius memoria extat. Ariſtoteles in tertio hiſtoriæ animaliũ ſcribit eruum lactis copiam, ruminantibus præſertim, augere.*

LENS.

Lib. 18. cap. 12. *LEns duo genera habet in Aegypto, nigra, altera rotunda, ut notat Plinius. Conſtat æquanimitatem fieri ueſcentibus ea. Optima naſcitur circa Peluſium oppidum, à quo Nili oſtium Peluſiaci nomen accepit. Vergilius:*

Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

Auſonius de monoſyllabis:

Et Peluſiaco de ſemine plena teres lens.

At Lendes capitis animalia dicentur. Serenus:

Vnda maris lendes capiti deducit iniquas,
Et quicquid crebri defendit ſylua capilli.

FASIOLVS.

Faſellus. *FAſiolus, quem Poëta in Georgicis, Faſellum uocauit, uelocis eſt digeſtionis & egreßionis, mala inducens ſomnia, ut aſt apud Auicennam libro ſecundo. Faſellus item nauicula. Propertius:*

Sedarit placida uela faſellus aqua.

Et Papinius ſyluarum tertio:

Quæq; ſecuturam religent poſt terga faſellum.

Eſt autem Faſiolus cunctis leguminibus candidius, unde in ſenatu noſtro Parmenſi eo refragamur, quum faba nigra ſuffragemur.

LVPINVS.

LVpinorum, & homini & quadrupedum generi ungulas habenti, uſus communis. Nam bouẽ unũ

modij ſinguli, ut ſcribit Plinius, ſatiant, ualidumq́; præſtant: homini autem in aqua maceratus poſt coctionem procibario eſt, aliter amaritudine genuina improbatur. Vnde non inurbane Nicolaus Rauacaldus *mihi auunculus ſapiētiæ uir compoſitiſſime dicere ſolebat:* Literas *homini præſtare quod aqua lupinis.*

VANNVS.

V*Annum interpretatur* Nonius, *quo fruges uentilantur. At* M. Varro *per diminutionem* Vallum, *quòd inde dum iactentur, uolent leuia. Adiecit idem* Ventilabrum *eſſe, quo uentilatur in aëre frumentum.* Feſtus Pompeius Velabrum *ea ratione, qua euelatum euentilatum dicitur. Vnde* M. Varro *rei ruſticæ primo:* His *inquit, tritis, oportet è terra ſubiactari uallis aut uentilabris quum uentus ſpirat lenis, Ita fit ut quod leuiſſimū eſt in eo, atq; appellatur acus, euannetur foras extra aream, ac frumentum quod eſt ponderoſum, purum ueniat. Et* Diuus Hieronymus *Matthæi, ac Luce tertio: Cuius uētilabrum in manu ſua, & permundabit aream, & congregabit triticum in horreum ſuum. Vbi* Nicolaus *interpres uentilabro dixit in Palæſtina contra uentum purgari frumenta, uelu ti nunc pala. Columella quoq; lib. diſciplinæ ruſticæ ſecundo, in eadem ſignificatione accepit: qui &* Ventilatorem *uocat eum, qui per longiuſculum ſpatium iactando in area contra uentum fruges purgare conſueuit. Dicitur & fœminino genere* Vannus. *hinc* Poëta:

Et *myſtica uannus* Iacchi.

Id *eſt cribrum areale, inquit* Seruius.

Vallus. Ventilabrum. Velabrum. Acus. Pala. Ventilator.

CRIBRVM.

Frumẽtaria cribra. Cribra è pellibus fiunt, ut plurimum, ſuillis, crebris pertuſa foraminibus, ad frumenta purgãda: unde frumentaria dicuntur. Apuleius: Aſpernati latrones clamorem abſonum meum cedentes. Hinc inde miſerum corium, nec cribris iam idoneum relinquunt. Hinc Aquam cribro haurire. in adagio eſt. Aquam cribro haurire: qui fruſtra operã tur, mercedes in pertuſum mittentes (ut dicitur) ſacculum quoniam aquam, & id genus cætera liquida uel minuta tranſmittit. Plautus in Pſeudulo:

Non pluris refert, quàm ſi imbrem in cribrum geras.

Vnde Demonactes, cum è duobus philoſophis imperitis uidiſſet alterũ quædã abſurda percunctantem, alterum nihil reſpondentem, ad amicos cõuerſus: Nonne Hircũ mulgenti cribrũ ſupponere, Prouerb. horum inquit, uobis uidetur alter hircum mulgere, alter cribrum ſupponere, ut eſt apud Lucianum. Et Plinius lib. xxviij. miraculũ referens: Extat Tuciæ Veſtalis inceſtæ precatio, qua uſa aquam tulit in Cribro anno urbis Cribrare. ſexcenteſimo nono. Inde Cribrare, eſt frumenta cribro purgare. ex cuius pertuſura excreta purgamenta decidũt. Sunt & cribra, quæ è ſetis equorũ à Gallis, farinæ à Farinaria. Setacea. furfuribus ſeparandæ gratia excogitata, Farinaria, Setacea, & Subcernicula dicũtur. Hiſpaniæ uerò è lino Subcernicula cribra. Excuſſoria. Excuſſoria, & Polinaria inuenerunt: à poline Polinaria Polinaria. Pollintor. appellata, & Pollintores qui pollinẽ faciunt. Nõnulli ab Incernicula. incernẽdo, hoc eſt cribrãdo Incernicula dixerũt, quibus frumẽta emũdamus. Plinius in octauo: Decretũ fecerunt ne frumentarij negociatores eũ ab incerniculis arcerẽt. Κόσκινον. Cribrũ autem Græcè κόσκινον: unde Coſcinomantia di- Coſcinomantia. uinatio per cribra, fœmellis & ruſticis peculiaris.

SEXTARIVS.

Sextarius apud nos menſuræ genus triuialiter appellatur, quo, ut metiri poſſint frumenta & complura alia, utuntur. Antiquitus tam aridis quàm liquidis ſeruiebat, ueluti Chorus in Iudæa ex modijs. Modius ipſe caput duo & uiginti ſeſtertia: Modiolus quartam partem ipſius modij. At Medimnus ſex modios. Alij Medimnum modium interpretantur. Variæ ſunt enim ſuper huiuſcemodi menſuris ſententiæ, pro locorum conſuetudine prolatæ, ut hodie quoq; uidemus. Hemina quoq; dimidium ſextarij in aridis & liquidis, quæ & Mina. M. Cicero officiorum ſecundo: Si emere inquit, ſextarium aquæ mina cogerentur. Aulus Gellius noctium Atticarũ tertio: Si è ſextario hemina fuſa eſt, nõ dimidiatum ſextarium fuſum dicendum eſt, ſed dimidium. Et Plinius in xviij. Quartarij farris aut heminæ conferente populo. Vbi quartarium nominauit qui ſextarij quartam partem continet. Verum à maioribus Vrna dicebatur, quatuor capiens ſextarios, ſicut Congius, ſex: à quo Nouellius Tricongius Mediolanenſis potator egregius cognomen traxit, tribus congijs uno impetu ſiccatis. Sextarius ipſe uncias uiginti, ut inquit Feſtus.

Chorus. Modius. Modiolus. Medimnus. Hemina. Mina. Quartarius. Vrna. Congius.

RADIVM.

Radium, à radendo, ut nomen indicat, dicemus, quo menſuras radimus, & deiecto cumulo coæquamus. Plautus:

Dij deæq; omnes tantam uobis lęticiam, tot gaudia, ſine radio cumuletis.

Nonnulli Hoſtiorium, quo præcipue utimur ad frumenta, cum ueneunt, & legumina corradenda.

Hoſtiorium

CVLEVS.

CVleus ſaccus è corio, linea tela, uel canabina, quẽ ad frumenta portanda & innumeros uſus habemus. Plinius in ſeptimo: Iunius ualens meruit in prætorio Diui Auguſti centurio, uehicula cum culeis, donec exinanirentur, ſuſtinere ſolitus. Saccus ipſe per ſimilitudinem (ut uolunt) à ſago ueſte militari æqualiter lata nomen mutuatur. Diuus Hierony. de Iudith Hebræa muliere quæ Holophernẽ interfecit, uidetur Aſcopam pro culeo, utreúe poſuiſſe. Culeus itẽ genus menſuræ quadraginta capiens urnas. unde Doliũ ſeſquiculeare legimus. & Culeus parricidarum pœna. Eculeum autem in ſupplicijs, & Aculeum in ueſpis, crabronibus ac apibus ſciunt omnes. A frumento ſaccum frumentarium dicemus, quemadmodum apud ueteres à uino Vinarium, quo uina ſpiſsiora colabantur; & à niue Niuarium, de quo Martialis:

Saccus. Aſcopa. Eculeus. Aculeus. Saccus frumentarius. Vinarius, & Niuarius.

Attenuare niues norunt & lintea noſtra
Frigidior colo non ſalit unda tuo.

Sed iã tẽpus eſt, ut per turrim ad faſtigiũ aſcẽdamus.

TVRRIS ET TECTVM. CAPVT XII.

TVrres Cyclopas primos inſtituiſſe placuit Ariſtoteli, at Theophraſto Phœnices. Ouidius Cybeli magnæ deorum matri inuentionem tribuit: quod ideo fingitur, quia tellus eſt in qua ſunt urbes turritæ, ut Lucretius & Diuus Auguſtinus teſtantur. Dicũtur autem à toruis ſecundum Varronem, ſiue à terendis hoſtibus, quemadmodum arces ab arcendis: nam ad de-

Arx.

ſenſionem & tutelam in altum turres erectæ ſunt. Eſt & in eis columborum ſedes. Martialis in. iij. Sonantq; turres plauſibus columbarum. Plinius de columbis: Earum amore inſaniunt multi, ac ſuper tecta exædificant turres ijs: nobilitatemq; ſingularum & origines narrãt uetere iam exemplo. L. Axius Eques Romanus ante bellum ciuile Pompeianum, denarijs quadringentis ſingula paria uenditauit, ut M. Varro tradit: Et Palladius Columbarium, inquit, accipere poteſt una ſublimis turricula in prætorio conſtituta, leuigatis ac dealbatis parietibus: nam colore albicante, præſertim delectantur columbi, ut refert Columella. Ouidius:

Columbi.

Plin.li.10.ca.37.

Aſpicis ut ueniant ad candida tecta columbæ
Accipiat nullas ſordida turris aues.

Hinc loca earum tectorio & albario incruſtanda dealbandaq; eſſe tradiderunt: ſiue ne muſculi ita facile intrò repant, qui ouis pulliſq; columbinis ſolent obeſſe. Propriè autem locus in quo columbæ habentur περιστεροτροφεῖον Græcè eſt, Latinè columbariũ: nam περιστερή columba. Inde periſtereos herba columbis admodum familiaris. A culminibus dictas exiſtimat Varro, quòd propter timiditatem turres & ſumma loca petant: nonnulli à uoce primis ſyllabis correſpondente. Mirum eſt quòd legimus columbas Veneri dicatas coniugij fidem non uiolare, communemq; ſeruare domum, niſi cœlibem aut uiduam relinquere, & imperioſos mares ſubinde etiam iniquos ferre: ſuſpitionem tamen eſſe inter eos adulterij, quamuis natura non ſit. Viuunt annis octonis quẽadmodum turtures. Nidificant uel in foraminibus parietum, uel in locis diſtinctis lateribus tabelliſúe, que Locu-

Περιστεροτροφεῖον.

Columbarium.

Περιστερή.

Periſtereos herba.

Loculamenta. *lamenta & columbaria dicemus. Sed & fictilia & uimi-nibus non improbantur. In magnis rebus internuntiæ fuere, quod innuiſſe uidetur Iuuenalis:*

Tanquàm à diuerſis partibus orbis
Anxia præcipiti ueniſſet epiſtola penna.

Nam epiſtolas annexas pedibus obſidione Mutinenſi in caſtra conſulum pertulere, Dec. Bruto *mittente, authore* Plinio, *&* Frontinus *ſcribit* Hirtium *literas collo columbæ ſeta religatas ad* Decium Brutum, *Mutinæ obſeſſum ab* Antonio, *miſiſſe. Et columbarum genus uiaticum, quæ Saxatiles & Liuiæ: ſunt Miſcellæ, ſunt* Palumbes *in arboribus nidificantes, & campos habitantes. Hinc dixit* Ariſtoteles *in primo hiſtoriarum animalium: Campos palumbes, montes upupæ, cum hominibus columbi habitant, per quos domeſticos ſiue* Cellares *intelligit, cibo domeſtico contentos, & intra ædes menſtrua fœtura paßim nobiſcum diuerſantes, quorum pulli præ cæteris commendantur in cibis:* Pipiones *uocant.* Palumbes *ipſi torquem collo præferunt.* Inde *torquati.* Martialis:

Saxatiles. Liuiæ. Miſcellæ. Palumbes. Pipiones. Torquati Palumbes.

Inguina torquati tradant habeantq; palumbes.
Non edat hanc uolucrem qui cupit eſſe ſalax.

Turris tota domus. *Turris autem ita contignationibus innumeris creſcere, ita in altũ tolli poteſt, ut ipſa ſola ſit tota ferè domus. In imò cellulæ, penuaria, uel uinaria: mox per gradus cœnatio, cubicula, coquina, bibliotheca, armamentarium (reliqua taceo) haberi poſſunt ſatis commode.* Ex huius *igitur tecti, quæ ſequitur diſpoſitione, quorumcunq; tectorum concatenationi neceſſaria notabis, ſiue pectinata, ſiue teſtudinata magis placuerunt.*

TRANSTRA.

TRanſtra tigna quæ tranſuerſa á pariete in parietem porriguntur, authore Pompeio, dicere conſueuimus. Vitruuius architectus in quinto: Trabes etiam ſupra columnas, & paraſtatas & antas ponuntur in contignationibus: tigna & axes ſub tectis, ſi maiora ſpatia ſunt, & tranſtra, & capreoli: ſi commoda, columen & canterij. Sed & ſedilia in nauibus hoc nomine ſignificamus, ſi tigna extra columnas & parietes extendantur. Menianum faciunt, quo genere ſtructuræ ſuperiora ampliantur. Menius inuentor illi nomen impoſuit. Tectum uerò ipſum eam propriè partem notat, quæ domum tegit, ſed pro uniuerſa domo ſæpiculè ponitur, & pro omni loco uſurpatur, in quo tecti habitare poſſumus, cuiuſcunq; cœleſtis iniuriæ ſecuri: dummodo nec fulmen erũpat, nec ruant molares. Diuus Hieronymus: Domata tecta plana & ſolaria interpretatur. A tecto architectos dicimus, qui probe norunt ædificia diſponere. Hi ſint pluribus diſciplinis ornati, literas habeant, nec quidem nimis triuiales, calleant geometricas dimenſiones, arithmeticen prius edocti, teneant aſtrologicas rationes, à muſica, medicina, pictura non alieni. Architectus enim non debet nec poteſt eſſe grammaticus, ut Ariſtarchus, ſed non ἀγράμματος: nec muſicus, ut Ariſtoxenus, ſed teſte Vitruuio, non ἄμουσος: nec pictor ut Apelles, ſed γραφικὸς non imperitus: nec πλάστης ut Myron ſeu Polycletus, ſed rationis plaſticæ non ignarus: nec denuo medicus, quemadmodum Hippocrates, ſed non Amatrologicus, nec cæteris doctrinis ſingulariter excellens, ſed in his non imperitus.

Menianum ædificium.

Tectum.

Domata.

Architectus.

TIBICINES.

Pilæ. Stelæ. *Tibicines in ædificijs tigilla ſunt ueluti pilæ, ſtelæq́ue, & Paraſtatæ, tecta iuuantia: dicti à ſimilitudine tibijs canentium, ut Pompeius teſtatur: quia ſicut iſti ſuſtinent atque iuuant cantantes, ita illi ſuſtentant ædificia. Iuuenalis:*

Nos colimus urbem tenui tibicine fultam.

In textrina quoq; tibicines ſunt. Naſo in Faſtis:

Verſabat ſtantem tibicine tellam.

Capreoli. *At Capreoli à ſimilitudine capreolorum, quibus uites & cucurbitæ adhærent ramuſculis, erunt tigna* Paraſtatæ. *tectum concatenantia. Paraſtatæ uerò propriè, ut quidam uolunt, lapides pilarum ferè modo appoſiti* Oppilare. *columnis: nam & alijs apponuntur. A pila Oppilare eſt pilis uel ligneis uel lateritijs tectum firmare. Seneca, terræmotus, inquit, pilas operibus ſubditas diſsipat. Et ædificia pilatim agere Vitruuio. Pilæ quo-* Pilæ. *que formas ſphæricas notant, quales ſunt pilæ pugilatoriæ, & illæ quas ſcarabei in iumentorum ſtercus emiſſo (ut dicitur) ſpermate rotundant, & auerſis pedibus uolutando condunt. Hinc Auſonius non ab re Marcum, neſcio quem poſticonem emaſculatorem, pediconemúe in illa Pythagorea παλιγγενεσία, id eſt, regeneratione ſcarabeum futurum aſſeueranter affirmat.*

DELICIA.

Delicia tignum eſt, quod à culmine ad tegulas angulares infirmas uerſus faſtigiatum colloca- Deliciatū tectū. *tur: unde tectum deliciatum, & tegulæ deliciares, inquit Pompeius.*

TEMPLVM.

Templum tigillum notat, quod in ædificio tranſuerſum ponitur ſupra canterios. Vitruuius Architectus libro quinto: Et canterij prominentes ad extremam ſuggrundationem, ſupra canterios templa. Sunt enim Canterij & tigna in tectis, adhuc nomen priſtinum retinentia, non formam tamen (ut uidetur) ſpeciemúe. Templum item ædificium Deo ſacratum, quod Fanum à fando dixerunt, & locus manu auguris baculo incuruo (qui eſt Lituus) ad captanda auguria deſignatus: unde extemplo & contemplari deducta. Pompeius: Ambrices, inquit, tegulæ ſunt, quæ tranſuerſæ aſſeribus & tegulis interponuntur, ubi per aſſeres canterios noſtri temporis etiam intelligimus.

Canterij. Fanum. Lituus. Extemplo. Contemplari.

IMBRICES.

Imbrices, quas tegulas à tegendo paſsim appellamus, dicuntur propriè quibus incuruis domus ac ædificia teguntur, ut à pluuia, ſole & reliquis huiuſcemodi defendantur, aquam receptam deducendo. Hinc Strabo libro decimoquinto ſcribit Seleuciam imbricibus non uti, cum imbribus careat. Ouidius:

Tunc quoq; cum ſolem non prohibebat & imbrem
Tegula.

Tegula.

Primus Cyniras Agrippæ filius, Tegulas, quæ planæ ſunt, inuenit. Tabulis pro maiori parte apud ueteres domos tectas fuiſſe indicium eſt, quòd inde Tabernæ appellatæ. & Plinius ſcribit ex Cornelij nepotis authoritate Romam ſcandulis opertam uſque ad regis Pyrrhi bellum annis quadringentis ſeptuaginta. Nam ſcandulæ quaſi ſcindulæ tabellæ ſunt, non ſerra, ſed bipennibus

Tabernæ. Scandulæ.

Plancæ. *productæ trunco delecto, ueluti Plancæ, quibus ad plu-*
Tectum ſcandulare. *rima utimur: unde Tectum ſcandulare Apuleio, niſi potius à ſcandendo. Alij cruſtis marmoreis tecta contegũt, ut omneis ferè moutium accolæ. plumbeis quoq; laminis nonnulli: ſeptentrionales populi harundine. Hinc Plinius xvj. Principatum in his tenebunt harundines, belli paciſq; experimentis neceſſariæ, atq; etiam delitijs gratæ. Tegulo enim earum domus ſuas ſeptentrionales populi operiunt, durantq; eius alta tecta: in reliquo uerò orbe & cameras leuiſſime ſuſpendunt, quæ inde Can*
Cannitiæ. *nitiæ nominantur. Diximus & Indorum populos è ſuperficie teſtudinum habitabiles caſas contegi, & apud ichtyophagos oſtrearum & cœtarum conchis cooperiri. Græci ſubdialia pauimenta excogitauere, quibus domos tegerent locis maxime tepentibus, qualibus nunc utitur Campania, Mauri ſcirpis paluſtribus ſua Ma-*
Mapalia. *palia, quæ nos tuguria & gurguſtiola. Germani materia informi citra ſpeciem aut delectationem domos contegunt: nam penes illos, ut ſcribit Cornelius Tacitus,*
Culmen. *tegularum uſus non habetur. Culmus uerò antiquiores tecta concinaſſe etiam ſcriptorum monumẽtis apparet, unde & culmina nomen traxere. Seneca ad Lucilium: Culmus liberos texit, ſub marmore atque auro ſeruitus habitat.*

PECTENATVM.

Teſtudinatum tectum. *PEctenatum tectum dicimus in duas partes deuexum à ſimilitudine pectinis, quemadmodum Teſtudinatũ in quatuor: de quo Vitruuius Architectus in ſecundo: Tecta recidẽtes ad extremos tranſtra traijciũt gradatim contrahentes, & ita ex quatuor partibus ad*

altitudinem educunt, medio metas quas luto & fronde tegentes efficiunt, barbarico ritu teſtudinata turrium tecta. Columella decimotertio: Inter ſe accliues teſtudinato tecto tuguriorum uireſcentem ficum à rore, & interdũ pluuia defendunt.

STILLICIDIVM.

STillicidium quid ſignificet, oſtendit Vitruuius *Architectus, libro ſecundo ſic ſcribens:* Faſtigia *facientes luto inducto proclinatis tectis ſtillicidia deducebant.* Nomen *à ſtila mutuatur, ut docet* Seruius Honora*tus. Per id enim ſtillæ decidunt in impluuium.* Stilla Stilla. *per diminutionem eſt à* Stiria*, quæ guttam pendentem notat.* Plinius *:* Diſtillantes *hyberno gelu ſtirias.* Stiria. Rhemnius Palæmon *grammaticus* Vincentinus *interrogatus, quid ſtilla à gutta differret; Gutta, inquit ſtat, ſtilla cadit: author* Euſebius *in* Chronicis. Q*uæcunque* Gutta. *autem ſub ſtillicidio tectis affiguntur ex opere figlino* Antefixa *dicuntur.* Antefixa.

SVBGRVNDIA.

SVbgrundia partes tecti prominentes appellamus, quæ Græcè γεῖσα*: hinc* Hypogeſſon *aizoi genus in* γεῖσα. *ſubgrundijs ferè naſcens, nomen accepit. ut* Plinius *in ui*= Hypogeſſon. *geſimoquinto interpretatur.* Labeo Proiecta*, inquit, ſunt quæ ita proueuntur, ut nuſquàm conquieſcant, cuiuſmodi ſunt* Meniana *& ſubgrundia: quæ uerò haberent aliquid ubi conquieſcerent, immiſſa non proiecta uocabantur, ut ſcribit* Iabolenus Iureconſultus *de uerborum ſignificatione.* Suggrundiaria *uerò antiquiores dicebant* Suggrundiaria. *ſepulchra infantium, qui necdum quadraginta dies impleſſent, authore* Fulgentio.

TVBVLI.

Tubuli per diminutionem à tubis dici poſſunt canaliculi, ſiue potius ligna canaliculata, quæ ſub ſtillicidijs ponuntur, imbrium gratia ad ciſternas colligendorum, ſiue in una tantum impluuij parte, aut extra impluuium deriuandorum, ne ſtillæ cadentes lateritium marmoreumúe cauædij pauimentum corrumpant. Pro- Tubi. priè tamen Tubi teretes ſunt, Canales uerò à cannæ ſi- Canales. Naucellæ. militudine (quas nauicellas triuialiter appellant) ſemirotundi, uel potius ſemiteretes aptiores ad aquas pluuiales colligendas, ut tubi ad meatus ſubterraneos. Plinius: Pinus piceæ & alni ad aquarum ductus in tubos cauantur. Verum diuturniores ut eſſent, è plumbo ueteres factitarunt.

CVLMEN.

Culmina faſtigia & ſummitates ædium, inde nomen traxerunt, quòd ante uſum tegularum tecta culmis tegebant, ueluti etiam hac noſtra ætate pagani in tuguriolis conſueuere. Faſtigia ipſa ſummitates ædium ſunt & murorum. Suetonius in Auguſto: Vt ſupergreſſa Faſtigium. faſtigium templi ad cœlum uſque ferretur, ſed etiam ſcrobium faſtigia dixit uates Andinus. Propriè tamen faſtigium eſt, quod erigitur à tota parietum latitudine ſenſim in acumen, non aliter quàm forma pyramidalis, in Columen. quo Columen tignum culminarium. Hinc M. Cicero officiorum tertio: Operi inchoato, prope tamen abſoluto, tanquam faſtigium imponimus, per quod finem uoluit ſignificare. A faſtigio igitur huiuſce domus meæ à fundamentis inceptæ impoſito, libellam, normam, perpendiculum, marculum, trullam, dolabram, aſciam, terebel-

lum,ſerram,rucinnam,circinnum,ſecurim, & id genus cætera arma fabrilia opere peracto colligens,deſcendo ſtructurã miraturus, an ad amußim erecta ſymmetriæ correſpondeat.Sed quoniam de ædificio cementarius redemptor non iudicat, ſi qui ociantes uidendi gratia intrauerunt (modo liuor abſit) iudicent meo periculo, an ſit eleganti ſpecie frequentanda,an cacodæmonibus penitus incurſantibus deſerenda. Ipſe equidem cum aurea illa Neroniana *(quod ſine arrogantia dictum ſit.)* Hanc GRAPALDINAM *qualiſcuuq; ſit,nõ permutauerim, cui te in primis iudicem,patronum (ſi meretur) & aſſertorem nuncupo.* Neq; *enim me fallit fore aliquos ex his qui meliores damnare malunt quàm imitari, qui ex genuina ſophiſteia hæc noſtra acutis naribus,contracto ſupercilio,caperata fronte condemnent,non cogitantes quamlibet domum,omni etiã (ut uidetur) parte perfectam,quandoq; perſtillare.*

FINIS.

INDEX
IN DVOS GRApaldi de partibus ædium Libros.

A Secretis 320
Abaci 179.199
Abaculi 180
abdomen 48
ab epiſtolis 320
abiegnæ menſæ 191
abſtemius 205
abſtinentia 303
Academia 159
acapna 234
accipitres 138
acernæ menſæ 191
aceroſus panis 203
acerra 307
acetabula 106
acetaria 59
aceti condimenta 38
aceti uis 37
acetum 37
acies 330
acies cuneata 331
acies quadrata 331
acipenſer 99
actia ceraſa 220
aculeus 352
acupictores 258
acus 257
Adminicula 113
ador 243
adoria laus 243
ad podagram 242
adſerere 19
aduerſitor 182
ad umbilicũ p̄ducere 309
Aeopolus 124
ærarium 286
ærugo 38
æs alienum 286
æs à quo ſignatum primò 285
Affectio 303
africa ſemper aliquid noui afferre, prouerbiũ 111
aganippe 29
agaſo 124
aguile 119

Ahenum	242	amphimala	268
Alabaſtrites	14	amphitapetes	268
alaria	233	amphoræ	240
alarum & manuum mor= bi	300	amurca	52
		amygdala	214
alauda	155	amygdalina poma	218
albarium	15	amylum	251
albigerus	224	Anaglypha	184
albor	55	analecta	228
albugo	55	anas	144
albumen	55	anatariæ aquilæ	138
albus dies	346	ancæſa	185
alea à quo primum	173	anceps gladius	330
alec	98	andronæ	292
alectorius	146	anethum	64
aleones	273	anguilla	94.103.
alica potio	343	anguillarium	94
alliatum	250	angina	298
allium	75	aniſum	64
althea	78	annuicaulia	69
altilia	199	anorexia	300
alueolus	244.235	anſatus homo	186
alueus	244.235	anſæ	186
aluta	281	anſer	143
Amaracinum, & San= ſucinum unguentũ	61	antæ	17
		antecænium	189
amaracus	61	antedon	221
amentum	334	ateſixa	359
aminea uua	225	antrax	304
amiternum	75	antipagmenta	17

antilena 135
antlia 30
anulus 317
Aper 112
aper Erymãthcus, Olympicus, & Chalidonius 113
apiana uua 36.224
apiana braſſica 70
apiarij 53
apinæ 214
apodyterium 160
apium 63
apophoreta 201
apoplexia 296
apoſtoli 317
apotheca 33
apria 120
aproniana ceraſa 220
aprorum caſtratio 113
apyrina mala 216
apyrotum 187
Aqualis 291
aquã cribro haurire 350
aquariolum 243
aquarium 243
aquarum quæ præſtantior 28
aquatici corui 153
aquila 138
Aræ 186
arborum cultura 84
arborũ genera & uſus 83
arca 280
arcella 280
archigramathei 320
Archipoſias 200
architectus 355
architriclinus 174.200
arcubaliſtæ 339
arcula 280
arculus 228
arcus 335
arcus in ædificijs 171
arena 13
arenarium 13
arenatum 13
areolæ 266
aretium 188
Argentea ſpecula 277
argyrendatæ lances 207
argyroaſpidæ 326
arietes aurati 270
ariſtalthea 78
ariſtophorum 208
arma 321.322
arma primò a Marte 321
armamentarium 320
armarium 309
armeniaca poma 218
armoratia 74

arquites 335
arquus ibidem.
artemiſia 62
arteſes 15
aruina 51
arulatores 121
arx 352
Aſarota 170
aſcopa 352
aſiatica poma 219
aſinariæ molæ 251
aſinus 124
aſparagus 79
aſſeres 169
aſſum 208
aſtragalizontes 285
aſturcones 121
Atlantes 18
atocia 89
atramentarium 315
atramentum 315
atricapilla 149
atrienſis 21
atriplex 71
atrium 21
attilus 107
Auena 245
aues ſermocinantes 152
auguſta papyrus 311
auiaria 137
aula 241.242
aulæa 268
aulicoctia 241
aurata 97
aureæ 132
auriſcalpium 278
aurium morbi 298
auriũ auditus remedia 71
aurum coronarium 82
aurum cur palleat 286
autographus 317
auxilla 242
Axinomantia 243
axis 51.169
axungia,& eius uſus 50
Azymus 201
BAccæ 255
baccæ iuniperi 89
bacchus 255
baiuli 323
balanus 214.295
baliſtæ 338
balnea 158
balnea præſtãtiora 159
balnearia cella 158
balneatores 158
balauſtium 217
bambatium 257
barbarici equi 130
barbati puberes 275

barbo 96
barrire 109
barrus 109
Baſilica 172
baſis 24
baßaltes 14
batillum 238
Bellaria 212
bellerophontes 123
bellicæ coronæ 82
beluata tapetia 268
beta 68
betonica 69
Bibliothecarius 308
bifera arbor 196
bigæ 196
bigamus 196
bigati 286
bigoleſiana piſcina 95
binomius 196
bipennis 329
biſſellium 196
Blitum 71
Boa 304
bobile 119
boletaria 209
Bombardæ 338
bombycina 282
bombyx 257.283
boſca 144
botryo 225
Brachialia 324
brachiolæ 203
brance 343
branchiæ 95
bractea 192
bractearius 192
braßica 70
Bubſequa 124
bubula lingua 68
bubulus 124
buccea 202
buccella 202
buccula 323
bucephalus 121
bugloſſus 68
bulbus 77
bulgæ 136
bullæ 284
bulullæ 284
bumamma uua 224
burici equi 122
butyri cōfectio & uis 51
buxeta 88
buxus 87
CAballarij 122
cabura 28
cacabus 240.242
cacanthū atramentū 315
cadi 34

cæcæ latrinæ 292
cælata uaſa 185
cæmentarij 14
cæmentum 14
cæra 319
cæræ pugillares 313
cæreus 182
calamus 314.316
calathi 257
calcar 325
calcaria 133
calchantum 315
calcitro 124
calix 183.186
calix uitreus 183
callonius 99
calo 234
calpar 187
calx 13
cammarus 102
camelus 125
camera 262
camerarium cucurbitarũ genus 73
caminus 233
campeſtre 281
campſores 187
Canales 360
cancellare 176
cancellarij 176
cancelli 176
cancellus 172
cancer 106.176
cancrorum genera 106
candelæ 181
candelabrum 181
candens ſauilla 236
canes ſagaces 127
canes uenatici 127
caniſtræ 228
canis 127
caniſtella 227
caniſtra 227
cannea 170
cannitiæ 358
cantherius 122.146
cantilena in conuiuio 196
canum fides 127
canum memoria 127
Caper 146.300
capitium 281
capilli 275
capillitium 274
capillamentum 274
capiſtrum 128
capitis morbi 296
capnos herba 234
capones 146
cappadocæ 67
capparis 79

caprea	116	*caſeata offa*	247
capreoli	356	*caſeus*	44
caprile	119	*caſeus Parmenſis*	45
caprunculum	187	*caſeus Phrygius*	45
capſarius	160	*caſeus recens & uetus*	45
capſella	280	*caſeus ſecundarius*	45
capſula	280	*caßis*	323
capularis	332	*caßita*	155
capulus	331	*caſtellum*	31
carbaſus	257	*caſtor*	118
carbo	235	*caſtrolaurum*	108
carbunculus	235	*caſtulæ*	255
carda dea	18	*cataplaſmata*	295
cardo	18	*catapulta*	339
carduelis	157	*cataracta*	297
carduus	80	*cathartica*	303
careota	74	*catillus*	251
carnarium	47	*catena*	239
caro	47.208	*catinum*	207
carpentarij equi	323	*catinus*	208
carpio	107	*catoptromantia*	243
carrucarij	123	*catuli*	112
carrules equi	123	*catulire*	120
cariatydes	19	*catus*	340
carynum	213	*cauea*	157
carynum oleum	52	*cauædium*	25
caryophylum	57	*caulæ*	242
caryophilus	82	*caules cauliculi*	70
caryota	223	Cebus	118
caryotides	223	*cella*	32

cella promptuaria 43
cellarij 43
cellarium 43
centones 267
cepa 76
cephalea 63.296
ceraſa 219.220
cercopitheci 117
cereoſtrata 170
cerua cornibus aureis 114
ceruæ candidæ 114
ceruical 265
ceruicifragium 325
ceruicis morbi 299
ceruiſia 344
ceruorum ætas 113
ceruſſa 33.254
ceruus 113
ceſticillus 228
cetra 327
Chalcographus 317
chalidonius aper 113
chalybs 321
chamelopardalis 111
chameplatani 87
chamus 132
charitas 305
charta 310
chartularius 312
chaus 112
Chelidonia 141
chelonophagi 105
cherſinæ teſtudines 105
chiragra 300
chirographum 325
chiromantia 325
chironomia 325
chirurgici 293
chorus 351
choryti 336
chryſoaſpidæ 326
chryſendatæ 207
chryſomela mala 217
Cibariæ leges 194
cicer 247
cicera 247
cicerones 247
ciceronianæ aquæ 159
cicindela 288
ciconia 30.143
cicus 217
cilibantum 192
cilibæ 192
cillere 129
cinaſona 255
cinchramus 141
cincinni 255
cinerarij 254
cingula 133.284
ciniflones 254

cinis 236
cinnamomum 57
cinnamus auis 57
circenſe tomentum 265
circulus 192.208
cirri 106
ciſarij 123
ciſſuſa 28
ciſterna 27
ciſtulæ 227
citius parient elephanti, prouerb. 108
citrea 216
citreæ menſæ 190
citroſa ueſtis 216
citta 153
Clatrata feneſtra 177
clatri 176
claua 333
clauator 334
claudiana papyrus 311
clauis 20
clauſtra 176
clauus 291
clematera lances 208
clepſydra 290
clibanus 246
clidium 43
clinici 293
clinopale 264
clitella 136
clitellarij muli 136
clitorius 29
cloaca 292
cloacare 292
clypeus 326
Coaſſatio 169
cobius 102
cochleæ 105.168
cochlearia 210.248
cochlides 168
cociones 121
cocles 297
coctiuum olus 239
cocula 239
codices 310
codicilli 310
cœna 189
cœnaculum 174
cœnatio 174
cœnatoria 190
cœnipeta 190
coëpulones 200
cohortales 137
coitus 274
collactei 43
colum 41
colum niuarium 41
coumbari um 353
columbi 353

columen 360
columnæ, earūq; genera 23
colus 256
colybiſtæ 187
comeſſatio 189
commenſales 200
compernes 47
compluuium 25
conchis 346
condus 43
concamerare 262
concha 103.244
concharum genera 103
conclaue 20.174.292
concubitus 274
congius 351
conopœum 271
conopœus Hercules 271
contemplari 357
contignatio 168
contus 329
confectio 50
conuictores 200
conuiuij abſoluti ratio 195
conuoluulus 82
conus 88.323
coquina 239
coquus 239
coracinus piſcis 94
corda frumenta 130
cordi agni 130
cordum 130
coria 15
coriandrum 72
cornix 154
corrigiæ 334
corollæ 81
coronarius 81
cors 137
cortina 179.269
coruda 79
coruus 153
corycæus 58
corycæus auſcultauit, pro-uerb. 58
corycus 57
corylus 213
corymbi 90
corymbiatæ lances 208
cos 330
coſcinomantia 350
coſmeta 261
coſtifragium 325
cotonneatum 218
cotonea mala 217
cottonum 257
coturnix 140
coxa 302
coxendix 302
coxæ & pedum morbi 302

Crater	32	cucurbitarium	73
craticula	247	cucurrire	147
crapula	273	culcitra	264
cratis	247	culeus	352
creagræ	249	culmen	358.360
crena	335	culmus	131
crepidúlæ	100	cultellus	198
crepundia	261	culter	249
cribrare	350	culter ad ſacrificia	249
cribrum	350	cultrarij	249
crinalis acus	255	cultus deorum	198
criſtæ	323	cululli	184
criſtallina uaſa	184	cumba	262
crithe	297	cunabula	259.261
crocomagma	57	cuneus	331
crocum	57	cuniculi	114
crotalia	104	cupediæ	201
crurifragium	325	cupedinarij	201
cruſtularij piſtores	203	cupedulæ	201
cruſtumina pyra	222	cupreßinæ menſæ	191
cryptoporticus	23	cupreſſus	88
Cubicularij	263	cuprum	250
cubicularis ueſtis	263	curgulio	340
cubiculum	262	curis	330
cubitus ratio	271	curſus	15
cuculus	312	Cydonia mala	217
cucuma	240	cydonites	218
cucumerarium	72	cygnus	145
cucumis	72	cynocephali	118
cucurbita	73	cynogloſſus	89

cyprius puluis 279
cypſelli 158
cyrini 100

DActyli 103.123.125
dactylotheca 318
dama 116
damaſcenæ roſæ 81
damaſcena poma 218
daphne 87
Decipulæ 93
decumana porta 17
defecator 39
defioculus 297
defrutum uinum 37
delapidata 119
deleticia membrana 312
delicia 356
deliciatum tectum 356
delphica 179
delphin 95
denigratio capillorum 275
deſultorij 134
deuerra dea 229
deuteria 38
Diæta 303
diatribæ 273
dictamus 76
diffibulare 284
digitale 252
dilutum uinum 206
diotæ 33
diriuitores 200
diſcophorus 208
diſcus 173.192.199.208
diſpenſator 232
diſpepſia 300
diſtichum 344
diſtringere 165
diuidicula 32
Dolia 34
dolones 333
domata 355
domicœnium 190
domorum inuentio 11
domuitio 273
dorſualia 136
Dromedarij 126
druppæ 224
Duabus ſellis ſedere, prouerb. 196
duiclunea 66
duiclunium 66
ductarius funis 31
dulciarij panes 203
dulciarij piſtores 203
daracina ceraſa 220
duracina poma 219.220
duracina uua 225
dureta 163

duricoria 226
EBoreæ menſæ 191
ebrietas 205
ebur 109
eburatæ menſæ 191
eburnei pugillares 314
Eculeus 352
Ede naſturcium, pro= uerb. 67
educatio infantium 259
eduliorum ratio 207
Eiectitia uulua 49
Elenchi 104
elephantes 108
elephantiaſis 304
elixum 208.237
ellychnium 173
Emargino 310
embamma 250
emblemata 170
emplaſtra 295
emporetica papyrus 312
emproſthotonos 298
emunctorium 179
emungo 179
emydæ teſtudines 105
Endiuiæ 67
entheca 33
Epaphereſis 275
ephemeris 302
epheſtris 280
ephippiati equi 134
ephippium 133
epilepſia 296
epimenidium 77
epimenium 77
epiſtomium 180
epiſtylium 22.23
epulæ 210
epulides 298
epulum 210
Equile 119
equire 120
equiſo 121.124
equitatio 272
equitium 121
equorum fides erga domi= nos ſuos 121
equotriba 132
equulei 122
equus iunior à ueteri quo= modo dignoſcatur 125
Erinacius 317
eruca 67
erudare 170
eruilia 347
eruum 348
eryngion 79
Euaginare 333

eugenia uua 225
eupatorium 76
Examurcari 52
exarmo 110
exceſſus 373
excipulæ 93
excuſſoria cribra 350
exedræ 171
exomida ueſtis 282
exotica 279
extemplo 357
FAba 340.345
faba freſſa 246
fabæ genera 246
fabij 347
faciei morbi 298
faliſcus uenter 50
fanum 198.357
far 243
farciminum confectio 50
farina 243
farinaria 350
farrago 130
farreum 339
fartores 50
faſcinum 301
faſellus 348
faſiolus 348
faſtigium 360
fauago 103
faucium morbi 293
fauilla 236
Febris 302
febris quo uitetur 114
fecatum uinum 39
feles 340
felicitas bracteata 270
feminea 281
femoralia 324
feneſtra 175
fercula 202
feretrum 331
fex uini 39
Fibulæ 284
fibulare 284
ficedula 149
ficorum genera 226
ficus 226
fidicinæ 223
figlinarum opera 187
filicatæ lances 208
fimbriæ 282
fimetum 129
fimus 129
fiſcella 132
fiſcellus 132
fiſcina 131
fiſtula 50.34
Flabellum 227
flamea uiola 82

flauus	236	*fornicari*	263
flocciſacio	39	*fornicariæ*	263
floccipendo	39	*fornix*	262
flox	39.82	*forpex*	258
flutæ	93	*forpicula*	258
Foculare	233	*forulæ*	17
foculus	233	*foruli*	309
fœneratores harpyæ	287	Fraces	52
fœniculum	64	*fraga*	221
fœniſecæ	130	*framea*	332
fœnum	130	*fratilli*	268
fœnile	120.251	*frena*	232
fœſtuca	130	*frictio*	165
folles	237.265	*frigidarium*	160
folia chartæ	311	*fringilla*	149
folliculus	237	*frixum*	208
follis pugilatorius	272	*frontalia*	233
fomentũ Veneris uinũ	205	*fruges*	340
fomites	235	*frumenta*	342
fons	28	*frumentaria cribra*	350
fontes celebriores	28	Fulcire	263
forceps	258	*fulcrum*	263
fores	17	*fumarium*	233
foricula	258	*funalia*	182
foria	291	*funda*	337
foricæ	291	*funepeus*	172
formidus	258	*funera*	183
formucales	239	*funereæ mulieres*	183
formum	258	*fungorum ſalſura*	49
fornax	134	*furcilla*	200

Aa 5

furcilles 129

furcule ſiue furcillæ 129

furnus 251

fuſanei piſces 95

fuſcinula 200.249.

fuſus 256

GAbatæ 209

galaticum 344.

galea 323

galerita 155

gallica poma 219

gallina 137.147

gallus 145

ganeo 230

gangabæ 223

garza 158

garum 102

gazophylacium 320

Gemmæ 318

gemmati calices 183

gentiana 76

geſa 334

Gibberoſus 299

gibbus 299

gingiber 56

Glatiola pyra 222

gladiator 332

gladius 330

glires 117

globuli 208

glottis 142

glycyrrhiſa 69

Gnomon 239

Gnomones dentes 115

gobius 102

gonorrhœa 301

goßipion 257

Graculus 155

gradarij 121

gradus 167

græcula uua 225

gramen 60

graminoſus ager 60

granarium 339

granata mala 217

graphia 317

graphiaria theca 314

graphiarium 314

graphium 314

großi 226

groſſuli 215

grues 142

Gutta 359

gutturnium 180

guttus 164.245

Gymnaſiarches 172

gymnaſium 172

gymnoſophiſtæ idorũ 171

gynæcium 253

gynæconitis 253

grapha 111
H*Abenæ* 132
hædile 119
hæmatopodes aues 141
hæmoptea 298.301
hæmorrhoides 302
hamiotæ 93
hamus 257
hara 119
harpago 32
harpax 32
haſta 328
haſtarium 329
haſtati equites 328
haſtile 328
Hecta 252
hedera 90
hederæ ſpecies 90
hederatæ lances 208
helcearius 136
helcium 136
helcoſis 300
helenium 76
heliocaminus 161
heliogabalus imp. 288
heluolæ uuæ 225
hemicyclus 197
hemina 351
hepſema 37
heracliotica nux 214
hercules 272
heredium 58
hernia 301
herices 117
hermaphroditus 253
heteromala 268
hexaclinos 175
Hieratica *papyrus* 312
hila 50 *hilũ* 50.346
hinnulus 124
hinnus 124
hippagones 134
hippiades 134
hippiatros 134
hippocampus 134
hippoconij 134
hippocrene 123
hippomanes 120.134
hippona 134
hippoperæ 136
hirci 98
hircum mulgenti cribrum ſupponere 350
hira 50
hirudo 94
hirundo 141
hiſpanum olus 71
hiſtrices 117
Holocauſtum 145
holographũ teſtamẽtũ 145

holoſerica	283	Idiographus	315
homo bulla	304	Ientaculum	189
horæ	289	Ignarius lapis	232
hordeolum	297	*ignigena*	232
hordeum	344	*ignigenius lapis*	232
horologia excitatoria	290	*ignis*	231
horologium	289	*ignitabulum*	233
horreum	33	Imbrices	357
horripilatio	302	*impluuium*	25
hortus	58	Incernicula	350
hoſtiorium	351	*inciſoria*	199
Humaniores literæ	173	*incoctilia*	239
humeralia	324	*incœnis*	190
Hyacinthus	82	*indicum milium*	345
hydraulica	243	*inerticula uua*	225
hydrocephalia	296	*infumibulum*	233
hydromantia	243	*infundibulum*	42
hydromel	243	*infurnibulum*	252
hydropiſis	243	*inſtratum*	267
hydropotes	243	*inſtrumenta ad aquarum uſum pertinentia*	29
hypocauſtum	161	*inſula*	12
hypogea	33	*interfœmineum*	49
hypogeſſon	359	*intergerini & mediani parietes*	12
hypothyra	17	*inter os & offam, prouerb.*	247
hyſopus	69	*interticula uua*	225
IAculum	334	*intertrigo*	301
ianua	16	*inteſtina terræ*	94
Ibices	116		
Ichthyocolla	335		
ichthyophagi	273		

inteſtinum opus 22
intinctus 250
intuba 67
inula 69
inule acres 69
Iris 83.171
Iſchia 302
iſicia 50
Itis 139
Iubæ 323
iuli 215
iuliana ceraſa 220
iuliatica uua 225
iuncatæ 46
iuniperus 89
iurulentum 207
iuſculum 209
iuſcum 209
iuſſulata offa 247
iuſſulentum 207
Ixionij amici 190
LAbellum 163
labrum 163.225
labruſca 225
lac 44
lac nutriceum 260
lacertus 101
lachrymoſa cepa 76
laconica ſiligo 342
laconicum 161
lactes piſcium 96
lactuca 66
lacuna 33
lacunar 177
lacus 40.177
lacuturres 70
læna 290
lagana 208
laliſio 125
lamina 192
lamperia 94
lampyris 288
lancea 329
lances 207
lanetum 280
laniena 47
lanificium 256
laquearium 177
lararium 306
lardum 46
lares 233
laſanum 298
laterales cingulæ 135
laterum genera tria 13
latrina 291.292
latrones 285
lauatrina 243
laurea 87
laurea pyra 222
laureta 87

lauretum 108
laurentum 108
laurus 87
Lebes 180.242
lechitus 245
lecanomantia 243
lectica 264
lecticarij 264
lectiſterniator 264
lectiſtrator 264
lectus 263
legumina 341
lemargi 42
lendes 296
lens 348
lentuli 347
leo manſuefactus 110
leopardi 111
leporarium 107
lepthorhaga 225
lepuſculi 114
lethargus 296
leucoſtictos 14
lex Numæ 35
Libanotis 62
libellio 310
libellus 310
liber 310
liber bacchus 204
libraria 308
librariũ atramentũ 315
librarius 310
librorum delectus haben-dus 309
lichen 298
ligna 134
lignile 251
lilium 83
limax 105
limen 18
limentinus & forculus de-us 19
liminaris lapis 19
lingonicum tomentũ 265
lingulæ 210
lingulaca 95
lintea 163
linum 257
linum uiuum 197
lithiaſis 301
lithoſtrata 170
lituus 357
liuiæ columbæ 354
lix 236
lixa 236
lixignani balnea 159
lixiuium 236
lixulæ 208
Lobæ 243.345
locelli 285

loci	49	lychnus	178
loculamenta	354	lypothymia	302
loculus	331	MAcellotæ	59
lodices	267	macellū	47.60
loligo	96	machera	332
lolium	345	macherophori	331
lora	38.263	macheropius	331
lorica	172.324	machinæ	339
loricatio	15	madiaſtini	238
loricula	172	madulſæ	29
Luca bos	109	magydæ	208
lucanica	49	maialis	146
lucerna cubicularis	288	mala	215
lucta	173	mala colligenda	216
lucullea lancea	329	malicorium	217
lumbrici	41	malina poma	218
lupa	97	maleolus	84
lupanar	97	maltha	15
lupatum	133	malua	78
lupinus	348	maluuium	180
lupus	32.97.332.155	mammæ	161.260
lupus ceruarius	111	manalis urceolus	180
lura	42	manica	324
lurcones	42	manni	122
luſcinia	151	mannuli	122
lutamenta	159	mantica	137
lutea uiola	82	manticula	137
luter	136	manticularia	198
luxuria in ueſtibus	283	mantile	197
Lychnobius	178	mantelium	197

manuariæ molæ 251
manus 108.325
mapalia 358
mappa 197
margaritæ à conchis conceptæ 103
margo 310
marmoris uſus & uaria nomina 13
mars 321
martij panes 203
marubium 69
matellio 291
matella 291
mater 213
materarij 88
materia 88
matrix 49
matta 265
mattiacæ pilæ 255
mattula 291
mazapanes 203
mazoniomum 203
Meconium 66
mediaſtini 158
medica poma 216
medici æruſcatores 294
medimnus 351
mel,& illius uſus 52
mel frugum 345
mel quomodo apes producunt 53
melandrya 48
melitei canes 128
melacium muſtum 37
mellimella mala 217
mellis 118
melones 72
melopepones 72
melopes 78
membrana 312
membranei pugillares 314
mena 98
menianum ædificium 355
menſa 188
menſa ſecunda 211
menta 60
mentagra 298
mentula 301
merena ceraſa 220
merenda 189
meridiari 273
meritorij equi 126
merula 150
merulatim 150
merum uinum 206
meſpila 221
meta 251
Micæ 229
miliarium 242

milica

milicæ 345
milites contati 329
milium 345
millare 96
millus 128
mina 351
miniari 316
minutal 209
mirteta 91
miſcellæ 354
miſſus. us 201
mixtarium 186
Modiolus 31.351
modius 351
mola 251.301
moletrina 251
monedulæ 155
moneta 286
monetarij 286
monile 135
monocerus 118
monoculus 297
monopolium 226
monoxylon 54.244
mora 221
morborum numerus 295
moreta 250
mortarium 250
moſcus 217.278
Mucidum 40
mucro 331
mugilis 95
mulæ ſteriles 124
mulio 124
mullei 96
mullus 96
mulotriba 132
mulſum 36
mulus 123
mundus muliebris 256
munerarius 332
murena 93
muria 54
murrha 185
murrhina 185
murtia Venus 90
mus alpinus 118
muſcæ 229
muſcari 27
muſcarium 64.227
muſcarium bubulum 284
muſcarium ſetaceum 284
muſcilla 227
muſcoſi fontes 27
muſcus 27
muſtax 87
muſtea mala 217
muſtella piſcis 94
muto onis 301
Mylæcon 251

myrapea pyra 222
myriophyllon 69
myriſtica nux 56
myrmetia 302
myropola 279
myropolium 279
myrothecium 279
myrtea corona 91
myrti genera 91
myrtus 90
NAna mala 217
napus 75
narantia poma 216
narcyſſus 83
narium morbi 298
naſturcium 67
naſus 186
natabulum 160
nauicellæ 360
nauticus 203
Nebrides 116
necromantia 243
necydalus 283
nemuſculum 86
neruici 304
neruus 335
Niuarius 352
nix æſtiua 42
Nominum *pueris impo nendorum ratio* 260
notarius 310
nouacula 250
nox 273
Nuces 212
nuciperſicum pomum 219
nucleus 212
nuculæ 213
numerus conuiuarum 195
numiſma 285
nummularius 187
numus 285
nux auellana et minima 213
nux iuglans 212
Nymphea *lauacra* 160
OBex 20
obſonator 230
obſtetrix 261
Ocrs 325
ocrea 325
oculorum morbi 297
ocymum 62
Oenomel 36
œnophoron 206
Offa 247
offula et offella porcia 247
offula et offella uitulia 247
Olea 85
olearia cella 52
olearium uas 52
oletum 85.292

olitor	59	orificium	49
olitorium forum	59	origo luxuriæ	230
olitoria inſtrumenta	60	oris morbi	298
oliua	223	oriza	343
oliuarum conditura	224	ornithones	137
oliuarum genera	224	orthographia	317
oliuetum	85	ortygometra	141
olla	241	orum	98
olus	59	oryges	116
olympicus aper	113	Oſtium	16
Omphacinum	250	oſtraciſmus	240
amphacium oleum	37	oſtrearia	102
omphacium uinum	37	oſtreum	102
omphax	37	Ottus	141
Onagri	125	Oua meliora	55
onychites	14	ouile	119
onychomantia	243	ouum	54
Operculare	34	Oxos	38
ophites	14	oxygala	38
opilio	124	oxymel	38
opiſtographum	312	oxypora	38
opiſthotonon	299	oxyporopolæ	38
opium	66	PAginæ	310
oppeſſulata ianua	20	pagus, & ab eo deri uata	29
oppilare	356	pædotribæ	164
Orbes	199	pala	349
orbiolæ	327	palæſtra	173
oreæ	132	palæſtrita	172
orexis	273	palea	131
orichalcum	98		

patella 245
palma 213
paltaſtæ & peltati pedites 327
palumbes 354
panace 69
panariola 227
panarium 202
panicum 345
panificæ 252
panificium 252
panis 201
panis unde dicatur 202
panis genera 202
pantheræ 111
pantherinæ menſæ 191
papauer 66
papiliones 241.283.342
papilla 260
pappus 80
papyrus 310
papyrus claudiana 311
papyrus emporetica 312
papyrus imperialis 312
papyrus regalis 311
paradiſea mala 215
paradromidæ 24
paraſtatæ 356
parazonia 332
pardalis 111
pardi 111
paries 12
parietum genera 12
parma 327
parmenſes chartæ & Fabrianæ 311
parmenſium ingenia 328
parmula 85.327
paronychia 300
paropſis 209
parſimonia 303
parulides 298
paſſer 99
paſſum 36
paſtilli 208
paſtinaca 74.100
patagium 282
patella 245
patibulum 19
patina 246
patinarius 246
pauimentum 169
pauo 139
pauonium muſcariū 227
Pecten 274
pectenatum 358
pectunculi 97
pecunia 285
pedamenta 84
pedicilli 297

pediculi 222.275
pedioli 222
pegaſi equi 123
pelta 326
peluis 180.243
peluſiotæ cur cepis abſti= neant 76
peluuium 180
penaria cella, & penua= ria 43
penarium 43
peniculi 244
penis 244
penna 316
pennaria theca 316
pennarium 316
penſa 257
penſiles horti 59
penſilia candelabra 178
pentathlus 172
penula 281
penus 43
pepones 72
perdix 140.154
peredia 273
pergamenæ 312
pergula 84.171
peribolus 172
peripetaſmata 269
periſtereos herba 353
periſtromata 269
periſtylium 21
periſtylus 22
perna 47
perniones 302
perſa 61
perſica poma 219
perticæ 163
peſſulus 19
petaſo 47
petaſunculus 47
petroleon 52
petroſelinum 63.76
pexa 230
Phalaris 144
phalera 135
pharetra 336
pharmacopolæ 295
pharmacorũ mixtiões 294
phaſianæ 139
phiala 186
philomena 151
phimoſis 301
phœbea ales 154
phœnicopterus 142
phrygio 258
phyliræ 313
phymata 302
Pica 152
picenæ oliuæ 223

picłæ	172	*pixidula*	249
pictura	15	*Plagæ*	267
pila	251.334.356	*plagulæ*	267
pillaris	150	*planaratrum*	322
pinacotheca	21	*plancæ*	358
pincernæ	200	*plantaria*	85
pinea nux	214	*plaſtice*	188
pincola uua	225	*platanus*	86
pinguedo	103	*platicerotes*	116
piperati panes	244	*plaudi*	127
piperatum	250	*plectrum*	276
piper longũ & candidũ	56	*pliniana ceraſa*	220
piperitis	90	*pluma anſerina*	144
pipiones	142.354	*pluteus*	314
piſces gregales	102	*plutonis nomina*	183
piſces molles	97	*plutus*	286
piſcina	91.160	*Pneumatoſis*	300
piſcinarum duo genera	92	*Pocillatores*	200
piſcium coitus	98	*poculum*	186
piſcium qui præcipue ſale condiendi	43	*podagra*	202
		podiltronum	31
piſcium ſpecies	92	*podiolum*	16
piſones	347	*podium*	16
piſtacia	215	*polenta*	344
piſtillum	250	*polinaria cribra*	350
piſtores	252	*polintor*	350
piſtrinarij	252	*polubrum*	180
piſtrinum	251	*polymyxos*	178
piſum	347	*polypi*	97
pixidecula	249	*pomaria*	59

pomona dea 215
pomarium 216
potica nux 213
popæ 249
popina 230
popinones 230
porcæ 266
porcaria uulua 49
porcarius 124
porphirites 14
porphyrio 141
porri ſuccus 78
porrum 78 *porta* 17
porticus 22
porticus celebriores olim apud Romanos 23
porticus miliariæ & ſtadiatæ 23
portulaca 68
portunus deus 18
poſtes 17
poſticula 18
poſticum & poſtica 18
poſtilena 135
poſtliminium 19
poſtomis 133
Præcia uua 225
præficæ 183
præfurnium 161.252
prælum 40
præneſtina nux 213
præpilata haſta 334
præſepe 128
præſepium 128
prætoria porta 17
præſtigiator 259
prandium 189
prata 130
proboſcis 109
proceres 169
proceſtrum 171
procœton 171
progymnaſmata 172
promptuarium 43
promulcidarium 209
promus 43
promuſcis 109
pronubus 319
propinator 200
propnigeon 161
propylæon 16.162
proſodæ 120
proſtibulæ 120
proteruia 190
prototomus 70
protropum 36
pruna 235
pruna poma 218
prunicipes 239
Pſeudothyron 18

pſillotrum	254	*pumilij*	217
pſitacus	152	*pumiliones*	217
Pteroti	187	*punica cera*	319
ptiſana	344	*punica mala*	216
Puer	182	*purpuræ conchæ*	103
puerpera	261	*purpuriſſus*	254
puerperium	261	*puſillanimes*	116
pugillaris	313	*putearius*	26
pugio	332	*puteorum origo*	26
pugiunculus	332	*puteus*	25.26
pulegium	69	Pycnoſtilon	22
pulices	229	*pygargi*	116
pullarius	146	*pygmei*	142
pullaſter	148	*pyra*	222.231
pullatus	149	*pyrales beſtiolæ*	232
pulli gallinacei	148	*pyramis*	231
pullini dentes	148	*pyretra*	66
pullorum aſinarum uſus in epulis	125	*pyricauta*	231
		pyromantia	231
pullus	148	*pyrotus*	232
pullus Iouis	149	*pyrpolis*	231
pullus color	149	*pyxagathus*	172
pulmenta	241	*pyxis*	249
pulpellæ	248	QVà cerui relinquunt cornua, prouerbium	113
pulpulæ	248		
pultaria	209		
puluillus	266	*quadræ*	199
puluinus	266	*quadrigati*	286
pumex	14	*qualeæ*	140
pumiliæ gallinæ	147	*quali*	41.257

quartanarij 302
quartarius 351
quaſilli 257
quinqueſolium 221
quinquertiones 172
R Accmatio 131
radium 351
raia 100
rana 100
rana ſeriphia, Prouer=
bium 100
rapaciolum 75
raphanus 73
rapacium 75
raponcium 75
rapum 74
raſtelli 129
raucitas 299
Recidipna 190
recocta 45
redemptores 15
refrigeratorium 187
regalis papyrus 311
regius auis 155
reiectio 303
reiectus 303
repages 20
repugula 20
repoſitoria 193
reſegmina 275
reſerare 19
retinacula 133
Rhedarij 123
rhemenſis tela 276
rhemi populi 276
rheumatiſmus 298
rhodiacũ peryſtyliũ 22
rhodinũ oleum, & roſea=
ceum 81
rhõbus & rhũbus 100.256
Rima 169
Roboraria 107
romphea 332
rorarij 337
roſa 80
roſarium 81
roſea mala 215
roſetum 81
roſmarinus 62
roſtrum 141
Rubea fiſcina 131
rubia 132
rude æs 285
rudetum 170
rudus nouũ & uetus 170
rulla 322
ruma 48
rumia dea 48
rupicapræ 116
ruſcatrices 229

ruſcor 229
ruſcus 229
ruſpatrices 229
ruta 65.76
rutabulum 252
rutrum 252

SAbina herba 89
ſabulum 13
ſaccarum ubi & quomodo gignatur, eiusq; uſus 55
ſaccus 352
ſaccus frumētarius 352
ſacellum 305
ſacri piſces 100
ſacrum 305
ſagittæ 335
ſaginarium 137
ſalamandra 232
ſal 53
ſalarij 54
ſales 54
ſalgama 44
ſalgamarij 44
ſalgamarium 44
ſalinæ 54
ſalinum 198
ſalita 45
ſalitus 54
ſaliunca 83
ſalmæ 126
ſalmo 94
ſalſamentarij 54
ſalſamentarium 54
ſalſura carnium quænam probetur 47
ſaluia 62
ſaluiata 246
ſamia uaſa 188
ſamium 54
ſandala 343
ſandapila 331
ſandaraca 89
ſanſæ 224
ſanſarum oleum 224
ſanſucus 61
ſapa 37
ſapo 255
ſardæ 102
ſarire 19
ſariſſa 334
ſartago 245
ſaturea herba 65
ſatyri 118
ſatyria 67
ſaxatiles 354
Scabellum 264
ſcalæ 167
ſcamnum 196.264

ſcandulæ	357	*ſcurra*	159
ſcalphium	291	*ſcuta*	326.336
ſcalpularis	282	*ſcutati milites*	329
ſcapus	70.347	*ſcutella*	209
ſcarus	98	*ſcuticæ*	336
ſchachi	285	*ſcutra*	210
ſchedæ	313	*ſcutulæ*	210
ſchedulæ	313	*ſcutulata ueſtis*	210
ſchenobates	172	*ſcymni*	112
ſcholæ	173	*ſcyphi homerici*	184
ſcintilla	236	*ſcyphus*	186
ſciomantia	243	*ſcytalia*	112
ſcioтericon	289	*Secale*	344
ſcipiones	78	*ſecundaria uina*	38
ſcirron	301	*ſecuris*	330
ſclopeti	339	*ſedes*	301
ſclopus	339	*ſedile*	194
ſcobina	229	*ſegmentatæ menſæ*	191
ſcobes	229	*ſegmentum*	191
ſcolopendrium	76	*ſelinada braßica*	70
ſcopæ	228.229	*ſelinis*	64
ſcopina	284	*ſella*	196
ſcopus	337	*ſemen*	343
ſcopulus	337	*ſemen roſæ*	80
ſcorpio	339	*ſementinum pyrum*	222
ſcranteum	336	*ſemicinctia*	255
ſcriniarij	320	*ſemiluxulæ*	208
ſcrinium	320	*ſemiſpatha*	331
ſcriptoriũ atramẽtũ	315	*ſenectus*	64
ſcrupi	322	*ſepatiæ candelæ*	181

ſepia	97.315	ſilus	118
ſer	282	ſimbella	286
ſera	19	ſimia	117
ſergius orata	97	ſimus	118
ſeriæ	34	ſinapi	69
ſerica ueſtis	282	ſinapium	250
ſericum	282	ſiparia	269
ſerpullum	61	ſiphonculus	29
ſerpyllum	61	ſiphones	30
ſerra	19	ſiſama	345
ſerrati dentes	99	ſiſer	74
ſeruiæ coronæ	81	ſitaces	152
ſerum	46	ſitanius panis	203
ſeſelli	76	ſitularium	243
ſeßilles lactucæ	67	Socordes	130
ſetacea cribra	350	ſolaria	289
ſeuum	182	ſolarium	168
ſextarius	351	ſolea	99
Sicilire	129	ſolearius	100
ſigma	197	ſoleatus	100
ſignina pauimenta	170	ſolium	42.162
ſignina pyra	222	ſolum	246
ſilatum	189	ſomnus	273
ſilicare	119	ſorba	222
ſilicata	119	Spadix	223
ſiligineus panis	202	ſpadones	223
ſiligo	342	ſpatha	223.331
ſiliquæ	341	ſpathaleon	223
ſiliquaſtrum	69	ſpathiſcri	331
ſilurus	103.107	ſpecilla	278

ſpecula argentea 277
ſpecula brunduſina 277
ſpecula ocularia 278
ſpecularia 176
ſpeculum 254.277
ſpelta 343
ſperma 212
ſphæriſterium 162
ſphinges 118
ſpicilegium 130
ſpicula 334.335
ſpinacia 71
ſpinæ 34
ſpingardæ 337.339
ſpinus 157
ſpira 24
ſpoliarum 160
ſpoliatorium 160
ſpondylus 256
ſpongiæ 79
ſpongiare 244
ſpongiati panes 244
Stabularius 120
ſtabulum 119
ſtannea 239
ſtannum 239
ſtaphylinus 74
ſtele 356
ſtellio 101
ſtibadia 175
ſtica 224
ſticha 36
ſtilla 359
ſtillicidium 359
ſtipare 34
ſtipula 131
ſtiria 359
ſtoria 216
ſtomachus 300
ſtragula 267
ſtragulæ ueſtes 267
ſtramen 131
ſtramentum 130
ſtrapedes 134
ſtrata 134
ſtrati & inſtrati equi 134
ſtratiotici 122
ſtrepſicerotes 116
ſtriga 23.129
ſtrigilecula 165
ſtrigilis 132.165
ſtrigles 23
ſtrigiles piſces 132
ſtrigmenta 165
ſtringere 132
ſtrobilus 80.214
ſtrophia 81
ſtructores 200
ſtrutea mala 217
ſtrutiocamelus 145

ſturio 107
ſturnus 151
ſtylus 314
Suarius 124
ſubare 120
ſubcernicula cribra 350
ſubdialis promus 166
ſuberatæ crepidulæ 255
ſublicium 22
ſubrumi 48
ſubſcudes 176
ſubſellium 196
ſubulones 113
ſubſerica 283
ſuccidia 46
ſuccuſſare 121
ſuccuſſores 121
ſudariolum 276
ſudarium 276
ſudatoria 158
ſudor 227
ſuffitores 237
ſuffuſio 297
ſuggrundia 259
ſuggrundiaria 259
ſulphurata 237
ſumen 48
ſumptuariæ leges 194
ſuperba pyra 222
ſuperliminare 18
ſuppellex 192
ſutorium atramentũ 315
Sycelis 227
ſycoton 246
ſymbolum 318
ſympoſiarches 200
ſyn 340
ſynanchis 299
ſyncopis 301
ſynēticus 304
ſyntexis 304
ſyndones 267
ſyngraphum 317
ſyri 340
TAbellio 310
tabernæ 357
tablinum 20
tabulata 169
tabulatio 169
tæmpocon 317
talus 285
talia talea 77
tapetes 268
tarantula 101
taureæ 326
Tectorium 15
tectum 352.355
tectum ſcandulare 358
tegula 357
tela 321

telamones 18
telo,& tollo.onis 30
temetum 205
templum 357
temulentia 205
tendiculæ 93
terraneola 155
terripudium ſoliſtimũ 146
tertiaria uina 38
teſſalatum 169
teſſara 77
teſſera 285
teſtæ 33.240.288
teſtuaceum condimentum. 246.
teſtudinatum tectum 358
teſtudinum genera 105
teſtudineũ opus 192
teſtudo 104.262
teſtula 233
teſtus 246.252
tetanos 299
tetanothra 254
texendi ars 258
Thalamus 263
thalaſio 257
thalaſius 257
thecæ maris 341
theca calamaria 316
theriaca 76
thermæ 158
thieldones 121
thoës 111
thorax 281.324
thurio 101
thymbra 65
thyræ 17
thyridion 17
thyrſi 70
Tibiales calami 316
tibicines 356
tigilla 168
tignarium 168
tignum 168
tigrinæ menſæ 191
tigris 111
tigris manſuefacta 112
tina 40
tinea 41.342
tinia uaſa 40
titio 235
tmolus 58
toles 298
tollutares 122
tollutarij equi 122
tomentum 264
tonſæ 322
tonſilla 298
tonſores 275
tophus 14

topiarij	91	*trulleum*	180
topiarium opus	91	*truſatiles*	251
toralia	266	*trutina*	322
torcular	40	*tryginon*	39
torcuma	184	*Tubera*	220
tormentum	338	*tuberes*	220
torminale	222	*tubi*	360
torquati	240	*tubuli*	360
torquati palumbes	354	*tuceta*	241
torques	240	*tudicula*	248
torquis	324	*turdus*	150
torris	234	*turris*	352
tortiuum uinum	36	*turris tota domus*	354
tortores	339	*turtur*	149
torus	263	*turundæ*	147
Trabes	169	*tyberiana pyra*	222
trachea	78	*tympana*	31
tranſenna	175	*tympania*	104
tranſtra	355	*tyriæ ueſtes*	266
trapetum	40	*tyrocneſtis*	250
trapetes	51	*VAccra*	128
triclinium	174.193	*uagina*	333
triglypha	184	*ualetudinarius*	293
trigonalis pila	273	*uallus*	349
trimeſtre triticum	342	*ualuæ*	17
tripes	242	*ualuoli*	346
tripodes	193	*uannus*	349
tripudium	146	*uappa*	39
triticum	341	*uariæ beluæ*	111
trochleæ	30	*uariæ picæ*	153

uariæ

uariæ uuæ 225
uariola uua 225
Vectes 26
uelabrenſis caſeus 45
uelabrum 349
uelites 337
uellus 280
uenabulum 333
uenafranum oleum 51
uenationis autor 128
uenatici canes 127
uenatoris culter 249
uenena ne noceant 65
uentilabrum 349
uentilator 349
uentriculi, & interiorum morbi 300
ueredarij 122
ueredi 122
uernatio 64
uernix 89
uerrucæ 300
uerſicolores ueſtes 281
uerſura 15
uertagus 128
uerticillus 256
ueru 248
ueruex 146
ueruta 248.335
ueſperna 189
ueſtes ſegmentatæ 191
ueſtibulum 16
ueſtimentum 280
ueſtis 280
ueſtiſpici ſerui 284
ueſtium nomina 280
ueterina animalia 126
ueterinarij 126
Viatoria uaſa 183
uibriſſæ 275
uicia 347
uiciarium 347
uictoriatus 286
uiere 34
uietor 34
uigilia prima 289
uigilia ſecunda 289
uigilia tertia et quarta 289
uina deſecanda quãdo 39
uina quomodo medenda 35
uinaria cella 33
uinarius 352
uini commoda 204
uini incommoda 204
uini inuentor 35
uini probatio 34
uini ſapores & colores 35
uiniſer 188
uinum 34.204.
uinũ regibus nõ dandũ 205

uiola 82
uipiones 142
uirgulata 280
uiridaria 59
uiſceratio 210
uiſus 297
uites 84
uitex 157
uitiarium 347
uitrum 183
uitellus 55
uiuaria 108
uiuerra 118
Vligo 33
Vmbilici 309
umbraticus condus 166
Vnctor 164
unctuarium 164
undulata ueſtis 280
unguenta 278
ungulum 318
unicaulis 70
uniones 104
Volſellæ 254
uolua 49
uomitus 303
uotum frequens 295
Vrceolus 187
urinare 31
urinatores 31
urna 31.160.351
urnarium 160.243
urſus 114
Vterus 49
utres 323
Vua 224
uulcanus 231
uulgæ 136
uulnerarius 293
uulturij 154
uulua ſuilla 49

XEnophilus muſicus 295
xylocinamum 57
xylon 257
xyſtici 24
xyſtus 24

ZEphyria 147
zetæ 161
Zizipha 220
Zographia 317
zonæ 283
Zuthus 344

Ἄδενες 293
Αἰγιπάνες 118
ἄλυρος 340
ἀκανθὶς 157
ἀκάπνισον 234
ἀκράτισμα 189
ἀλείπτης 164
ἀμφημερινὸς 302
ἀμφίβια 144
ἀνατομίαι 319
ἀνδράχνη 68
ἀνδρόγυνος 235
ἀποδυτήριον 160
ἀποξυόμενος 165
ἄπυρωτον 187
ἀργυρότοξος 335
ἀρχιμάγειρος 231
ἀσκαλαβότης 101
ἀσπὶς 326
ἀσαφὶς 225
ἀσύμβολοι 197
ἀτράφαξις 71
αὐλητικοὶ 316
αὐτόπυρος panis 201
Βαπτισμὸς 162
βάπτω 162
βασάζοντες 323
βάτραχος 100
βιβλιογράφος 310
βίβλος 308
βλὰξ 72
βορβορυγμὸς 207
βορὺς 225
βόμαθος 224
βόνιον 75
Γάλα 46
γῆσα 359
γλύφω 326
γλωττὶς 95
γραμματοκύφον 317
γράφω 314.317
Δακτύλιον 318
Δασύπους 114
Δενδροκισσὸς 90
Διάπασμα 273
Δίμυξος 288
Δορκάδες 116
Δόρυ 329
Δορυφόρος 329
Δωροφόρος 188
Ἐδέασμος 241
ἐδέσματα 241
εἰλεὸς 301
ἐλαιοθέσιον 164
ἔλαφος 113
ἐλελισφακὸν 62

ἐμβολή 331
ἐμπόριον 312
ἔμπορος 312
ἐντελέχεια 233
ἔντομα 227
ἐπιδρομίδες 93
ἐπιθαλάμιον 263
ἐπιστάτης 231
ἐπιτραπέζια 187
εὔζωμος eruca 67
εὐφρόσυνος bugloſſus 68
Ζεά 343
ζυμίτης panis 201
Ἡδύοσμον 60
ἥδυσμα 273
Θήκη 308
θηριοτροφεία 108
θρόνος 156
θρυαλλίς 178
Ἰά 82
ἰατραλείπτης 293
ἱεροκῆπος 59
ἱπνολέβης 242
ἱππάκη 45
ἱππόδρομος 86
ἱπποθύλαι 124
ἱπποτοξότης 335
ἰσμοειδῆς 298
ἰχθυοκόλλα 92
ἰχθυοπώλιον 93
ἰχθυοτροφεῖα 92
ἰχθυοφάγοι 93
ἰχθύς 92
Κάμπαι 68
κανᾶ 228
καπνός 234
καρύον 213
κλύσπος 213
κασσιτερός ſtanni genus 239
κεράμιον 240
κῆπος 59
κηπουρικά 59
κηπουρός 59
κισσοφόρος 228
κίττα 153
κλιβανίτης 247
κλίβανος 252
κλίνη 264
κλινίδιον 264
κλινοπόδια 264
κοίτη 265
κόραξ 153
κορυβαντία 114
κορυδαλός 155
κορώνη 334
κόσκινον 350

κρίνον 83
κρόμμυον 76
κωμωδία 227
κύτος 326
κωβιός 102
κωκάλιον 214
κώνωψ 217
Λαγωβοφρία 107
λαγωφόν@ 138
λάχανον 209
λαχανοπώλιον 209
λεκάναι 243
λινοβάτης 40
λινός 40
λιχανόν 319
λόγχη 329
λογχοφόρ@ 329
λυχνία 178
λωπάς 246
Μαγειρεῖον 231
μάγειρος 231
μάγμα 278
μάζα 203
μαλάχη 78
μάραθρον 64
μηλοφόρ@ 188
μήτηρ 214
μικρόψυχοι 116
μίλτος 316
μονοποδία 193
μονόφθαλμος 297
μυάγρος 227
μύλος 251
μυοκτόνος 340
μύξα 279
μυωπία 116
μύωψ 297
Νάνοι 217
νάρκη 83
ναυμαχία 164
νεβρός 116
νῆσσα 144
νησσοτροφεῖον 144
νόμος 285
Οἰκέω 253
οἰκονομία 253
οἶκος 253
οἰνοπώλης 206
οἶνος 206
οἰνοφόρ@ 188
ὀλολύζοντες ranæ 100
ὄλυρα 343
ὀπισοκόμαι 313
ὅπλα 321
ὁπλόμαχος 321
ὀπωροθήκη 216

ὀρνιθοτροφεῖον 138
ὄρτυξ 140
ὄστρακον 240
παλίμψεστος 312
πάμφαγος 202
πάνθεον 202
πανκαρπίαι 202
παντόμιμος 202
παράδεισος 59
παράλληλοι 192
παράνυμφαι 319
παράνυμφοι 319
παράξιμα 302
πέλαργος 144
πέμματα 212
πέπλιον 63
πέπτικαι 300
περιστερή 353
περιστεροτροφεῖον 353
περιφορητός 264
πέταυρον 148
πέψις 300
πίθικος 118
πλῶτη 93
πνῖγος 161
πνίγω 161
πολιορκίτικα 339
πολύμυξος 173
προκοίτιον 265
προπνιγέον 161
πύελον 162
πῦς 231
πυρετός 303
πυρινὸς panis 201
πυρόβολαι 339
Ῥόδον 81
ῥοῖκον 217
ῥόπαλον 334
Σκευοφόρια 323
σκόλιμος 80
σκύτος 336
σπάω 223
σταφύλη 298
στεφανόπλοκος 81
στέφανος 81
στοιχάδαι oleæ 85
στρέμμα 302
στύμμα 278
συγκομιστὸς panis 201
συκόμορον 226
σῦκον 226
σύκωσις 226
συμπόσιον 200
συμπότης 200
σύνοικος 253
συσσίτια 197

σφαιρομαχία 162
σχέδιον 313
Τήγανον 246
τόξος 335
τραγήματα 212
τράγος 300
τρίγλα 96
τρίμυξος 288
τρώξιμος κυα 225
τυρός 250
Ὑδρέλαιον 52
ὑδρία 243
ὑπανέμια 147
ὑπέθραι 84
ὕπνος 272
ὑποκόρισμα 266
ὑποπόδιον 264
Φαλακροκόρακες 153
φθεῖρ 296
φθειρίασις 296
φλοῖσβος 207
φλόμος 178
φυλακή 320
φυσήματα 104
Χαμαικισσός 90
χαρτοπώλης 312
χαρτοφυλάκιον 320
χειροθήκη 325
χειρομύλος 81
χειρονομῶν 199
χελιδὼν 141
χηνοβοσκεῖον 144
χρυσός 326
χυτρόπους 242
Ψευδοβούνιον 75
ψυχρολουτρός 160
Ὠατάριχα 48
ὠμοφάγοι 208

ΤΕΛΟΣ.

EXCVDEBANT LVGDV
NI MELCHIOR ET
GASPAR TRECHSEL
FRATRES. 1555

RESTAURO DEL LIBRO